Item sciendum est quod nos dictus Philippus, procurator ecclesie Valentinensis, per nos et successores nostros, concedimus vobis dicto fratri Rupherio, priori predicto, recipienti nomine dicte domus Vallis Ste Marie, quod dicta domus Vallis Ste Marie possit in mandamento Montilisii facere septaginta (70) sestariatas prati, sine juris prejudicio alieni; et dictas 70 sestariatas prati possit dicta domus defendere quod nullus alius animalia introducat in dictis 70 sestariatis prati, nec alias bestias pascere in eisdem. Item concedimus, nos dictus Philippus, vobis fratri Rupherio, ut animalia dicte domus possint duci et reduci per mandamentum castri Alexiani, et quod in adducendo et reducendo possint dicta animalia in mandamento Alexiani pernoctare una nocte adducendo et alia reducendo.

Item concedimus, nos dictus Philippus, vobis fratri Rupherio, recipienti nomine dicte domûs, quod dicta domus possit facere unam grangiam in mandamento Montilisii ad reponendum fena sua et animalia, cujuscunque generis sint, conservanda; et quod in dicta grangia dicta domus possit facere unam furnum ad coquendum tantummodo panem suum et familie dicte domus, si eis necesse fuerit.

Item nos, dictus Philippus et milites et domicelli, confitemur et recognoscimus nos habuisse et recepisse, nomine integrii, a vobis fratre Rupherio centum libras Viam. et Valentinis monete; quarum, medietas est nostri dicti Philippi, et alia medietas nostrorum, militum et domicellorum predictorum, inter nos dividenda secundum quod majus vel minus possessionum, possidebimus in mandamento Montilisii supradicti. — Renuntiantes exceptioni non habite et non recepte pecunie, doli et in factum actioni. Omnia supradicta universa et singula, prout superius sunt expressa, Nos, dictus Philippus, procurator ecclesie Valentinensis, et nos dicti milites et domicelli, per nos et successores nostros, promittimus, bona fide, vobis fratri Rupherio

Rupherio, nomine domus Vallis Ste Marie, Campsitas stipulanti, rata et firma habere et tenere in perpetuum, et contra eorum aliquo, non venire. Et hoc nos dicti milites et domicelli, parte et scientes juramus, ad sancta Dei evangelia corporaliter prestito juramento. — Renuntiantes omni juri canonico et civili, scripto et non scripto, habito et habendo et consuetudinario, per quod contra predicta venire possemus, vel contra aliquo predictorum; et juri dicenti generalem renuntiationem non valere; et specialiter nos, dicti milites et domicelli, quod non possumus petere absolutionem prestiti juramenti. —

Insuper nos Arbertus de Chabeolo, decanus, et capitulum Valentie dictam assensationem factam vobis, fratri Rupherio recipienti nomine domus Vallis Ste Marie, laudamus, approbamus et confirmamus, probantes eidem assensationi et albergagio assensum, pactum et consuetum; et recensemus a vobis, dicto fratri Rupherio, nomine domus Vallis Ste Marie (recipienti?), pro decem solidis Viennen. nobis in festo beati Michaelis, in perpetuum, annis singulis, persolvendis, omnia pascua, quecumque sint, in ipso mandamento Montilibi spectantia ad capitulum Valentie, salvis pactis et conventionibus nominatis et expressis in assensatione superius nominata. Et excluditur a dicta assensatione territorium, nostrum de Lontignac quod territorium intrare non audeant nec debeant animalia nostre decime dicte domus, cujuscumque generis sint, non pascere in eodem territorio de Lontignac supradicto. Et confitemur et recognoscimus nos habuisse et recepisse a vobis, fratre Rupherio, nomine introgii, centum solidos Viennen. et Valentin. monete. Renuntiantes exceptioni non habite et non recepte pecunie, dicti et in factum, actioni, et omni juris auxilio et beneficio, per quod contra predicta venire possemus, vel contra aliquod predictorum: et specialiter restitutioni in integrum, si ecclesia Valentie lesa esset in aliquo predictis vel in aliquo predictorum.

Ut autem, que dicta sunt superius et expressa, rata et firma in perpetuum habeantur, et processu temporis memorie commendentur, Nos dicti Philippus bulla nostra Valent., et nos dicti Albertus et Capitulum sigillo sancti Apollinaris, et nos dicti Guillelmus de Montilibi, proprio et privato meo, Odilo miles, Artaudus et Bertrandus de Stella Charbani, presentem cartam sigillis nostris fecimus communiri. Preterea

... Laderea scilicet quod nos dictus Philippus, procurator ecclesie Valentinensis, pro nobis et successoribus nostris, promittimus vobis, fratri Ruffario nomine domus Vallis Ste Marie solempniter stipulanti, defendemus vos et dictam domum, et alios abbates proposite nostre pascua supradicta ab omnibus hominibus religiosis et omnibus aliis animalia adducentibus aliqua alienia.

Acta fuerunt hec Valentie, anno Domini M°CC°LVI° mense decembris, presentibus testibus: magistro Girardo de Montmorato, magistro Joanne Capelli, magistro Stephano Chais, Guidone de Bossorelle, Petro de Lang... militibus, magistro Joanne officiali Valentinensi, Petro Conreario Valent. fratre Stephano Breschete, fratre Richardo et pluribus aliis fide dignis.

(Magnat I. pag. 13; pag. 4 dans un vidimus de 1320; et VII, pag. 3, où il a fait de l'original ce qui n'était pas dans les autres. — Voir traduction libre dans Ulysse Chevalier.)

---

41. — 1256. — Lambert d'Ostun confirme la donation qu'il a faite au Val Ste Marie des pâturages de Beauregard, et pour laquelle il a reçu 40 sols viennois.

Anno ab Incarnatione Domini M°CC°LVI°. Nos Lambertus de Ostuno confitemur et recognoscimus nos olim donasse et concessisse, intuitu pietatis, domui Vallis Ste Marie pascua de Belregart, ita quod animalia sua, cujuscunque generis sint, possint ibi pascere, pro voluntate sua, tam yeme quam estate, et uti iis omnibus que pertinent et pertinere possunt et utilia sunt ad pascendum animalibus. Que pascua habuimus in dote pro uxore nostra Delina. Et quia donatio predicta minus firma fuit, iteram donamus et concedimus, intuitu pietatis, voluntate et assensu uxoris nostre Deline et filiorum nostrorum Lantelmi, Bonet, Artaudi, Lamberti et Jacobi. Promittentes quod animalia alia in dictis pascuis non inducemus, nec induci patiemur, exceptis animalibus hominum habitantium in mandamento Castri de Belregart. Et specialiter promittimus quod animalia cujuscunque religionis

religionis non permittamus pascare in pascuis supradictis. Quam et quem pascuis volumus uti tam uxor nostra quam filii nostri donent et confirmen pascua dicta domui nominata. Et nos Dalina, uxor predicti Lamberti, et nos filii predicti Lamberti, videlicet Lantelmus, Bonetus, Artaudus, Lambertus et Jacobus, donamus et concedimus pascua dicta, sicut supradictum est, domui Valli Ste Marie in perpetuum. Et nos dicta Dalina specialiter in hoc facto renuntiamus dotis, ea quod hec sunt de dote nostra; ita ut de cetero non possimus venire contra donationem istam vel concessionem. Et nos predicti Lambertus et Dalina fatemur et recognoscimus, pro donatione quam olim fecimus de dictis pascuis, nos habuisse et recepisse a predicta domo XL (40) solidos Viennenses monete. Et nos predicti omnes Lambertus et Dalina et filii eorum predicti promittimus quod contra predictam donationem et concessionem non veniemus, vel venire faciemus, per nos vel per interpositam personam, sed ratam et firmam eam habemus nunc et in seculo seculorum, et dictam domum faciemus dictam donationem habere et tenere, et ab omni contradictore et inquietante dictam domum in perpetuum defendemus, si Deus nos adjuvet et hec sancta Dei quatuor evangelia a nobis corporaliter tacta. Et ut hec rata permaneant in perpetuum, cartam istam nos predicti Lambertus sigillorum nostrorum fecimus roborari. — (Magnat, V. page 5. dans videmus de 1335. — Voir Ul. Chevalier extraits. -) —

42.- 1257, Avril. - Odon Olrici vend au Val Ste Marie, pour 18 livres Viennois et, un tiers de condamine chargée de cens envers l'évêque de Valence et deux pièces de terre franches voisines de ladite condamine, situées au territoire de Montalieu; le tiers de cens de la condamine sera doublé. —

Noverint universi tam presentes quam futuri, quod ego Odo Olrici non coactus, non coactus nec in aliquo circumventus, vendo pro precio decem et octo librarum Viennensium et Valentinensium monete, fratri Stephano

Bruschata

Bruchati, amenti nomine domus Vallis Ste Marie, tertiam partem, cujusdam condamine. Que condamina est de dominio episcopi Valentini, et facit tria sestaria frumenti, tres solidos et unum agnum, et tres jornals bouum censuales. Item due pecias terre, que sunt subtus dictam condaminam, franchias et liberas ab omni censu et servagio. Et est dicta condamina in mandamento Montilesii, in loco qui vocatur Mothosas. Dicte due pecie terre sunt ibidem subtus dictam condaminam, quodam vicio intermedio; et confrontatur, ab una parte, vie qua itur versus Sanctum Desiderium: et ab alia, nemori dicti Petri Alrici; et si qui alii sint confines. Vendo, ingquam, dicto fratri Stephano, amenti nomine domus predicte, dictam terciam partem condamine cum duabus tertiis partibus dicti census; et dictas due pecias terre franchias, ad habendum, tenendum, ac possidendum, et quicquid domui Vallis Ste Marie de dicta tertia parte condamine et duabus peciis terre placuerit faciendum, cum ingressibus et egressibus, juribus et pertinentiis suis; cedendo et concedendo domui predicte omne jus et omnes actiones, que michi dicto venditori pro predicta tertia parte condamine et duabus peciis terre modo competunt vel possent competere in futurum. Et de dictis duabus peciis terre et tertia parte dicte condamine ego, dictus venditor, me devestio et dictum fratrem Stephanum, nomine domus Vallis Ste Marie, investio et mitto in corporalem possessionem et vacuam de eisdem. Et promitto eidem fratri Stephano, nomine domus Vallis Ste Marie solempniter stipulanti, quod, si quis domum Vallis Ste Marie, occasione predictarum tertie partis condamine et peciarum terrarum, molestaverit, ego me opponam, et domum Vallis Ste Marie defendam, in jure et extra: et illud quod evincatur et dampnum et expensas, quod vel quas fecerint vel sustinuerint occasione molestationis dicte domui restaurem, integre et completa. Si vero dicta tertia pars condamine et due pecie terre plus valent pretio supradicto, totum plus valens dicto fratri Stephano dono et concedo ex nunc domui Vallis Ste Marie.

Renuntians

Renuntians juri dicenti pacta vendatur minus justi pretii, venditio rescindatur, vel quod de justo pretio supplebitur. Fane pretium supradictum ego dictus venditor confiteor et recognosco me habuisse et recepisse a dicto fratre Stephano; et in utilitatem meam et commodum versum fuisse. Renuncians exceptioni non habiti et non recepti pretii, doli et in factum actioni. Omnia autem supradicta universa et singula, sicut superius sunt expressa, ego dictus venditor me plene servaturum et fideliter complaturum, et contra, casu aliquo, non venturum, bona fide, promitto et juro, ad sancta Dei evangelia corporaliter, dicto fratre Stephano solempniter stipulante nomine domus Valli Ste Marie. Renuncians omni juri canonico et civili aliquod predictorum statutis et statuendo, et omni alii juris auxilio et beneficio, per quod contra predicta venire posset, vel contra aliquod predictorum, et legi dicenti generalem renunciationem non valere. Et ad majorem firmitatem omnium predictorum, ego prefatus venditor rogo dominum magistrum Johannem officialem Valentie, coram quo acta sunt omnia supradicta, et presentem cartam sigillet sigillo curie Valentinensis. Verum nos dictus officialis, ad instantiam dicti venditoris, presentem cartam sigillamus sigillo curie Valentie in testimonium predictorum.

Acta sunt hec anno Domini M° CC° L° VII°, mense Aprilis, presentibus testibus P. abbe Correario Valent., Berengario Durco, magistro Guidone Baudoval, Raimundo et Guillelmo Donsa, canonicis sancti Felicis. — Et est sciendum quod cum, qui dabatur predicta tertia parte condamine, debet de eadem duplicari, quia venerabilis dominus Philippus, procurator ecclesie Valent. permisit dictum fratrem emere tertiam partem condamine superius nominate. —

(Magnat I. page 18. — Ulyme Chevalier longue analyse). —

---

43. — 1257, Nov. — Lantelme de Faurac vend au Val Ste Marie, pour 20 livres, un tiers de condamine, située à Montalier, sous les

Mantoun

Notum sit omnibus presentibus pariter et futuris quod ego Lantalmus de Jamac, sponte et sciens, vendo, pracio viginti librarum Viennensium, fratri Stephano Bruschetæ, emenți nomine domus Vallis Stæ Mariæ, tertiam partem indivisi condamine, quæ est in mandamento Montilisii, subtus Motalis, et contigeatur, ab una parte, terræ Odonis Olrici : ab altera, terræ de Tob, et ĩ quæ alia sunt confines : ad habendum, tenendum, ac possidendum et quicquid domui Vallis Stæ Mariæ de dicta tertia parte condamine perpetuo placuerit faciendum ; transferendo in dictum fratrem Stephanum, recipientem nomine domus predictæ, omne jus et omnes actiones reales et personales, directas et utiles, pretorias sive mixtas, quæ mihi, occasione tertiæ partis dictæ condamine, modo competant vel possint competere in futurum. Et de dicta tertia parte me revestio, et dictum fratrem Stephanum, nomine domus predictæ, investio, et mitto in corporalem possessionem et vacuam de eadem. Promitto etiam, bona fide, quod ĩ quis domum Vallis Stæ Mariæ, occasione dictæ tertiæ partis, molestaverit, ego me opponam et domum Vallis Stæ Mariæ in jure et extra defendam ; et illud quod evincetur, in toto vel in parte, domui Vallis Stæ Mariæ restituam integre et complete. Si vero dicta tertia pars condamine predicta plus valet pretio supradicto, totum plus valens, quantumcumque sit vel fuerit, domui Vallis Stæ Mariæ dono et concedo. Renuntians juri dicenti, si res venditas minus dimidia justi precii, rescindatur venditio, vel quod deest justo precio suppleatur. Precium autem supradictum confiteor et recognosco me habuisse et recepisse a dicto fratre Stephano. Renuntians exceptioni non habiti et non recepti precii, doli et in factum actioni.

Promitto ego Adamara, uxor dicti venditoris, sponte et prudens dictam venditionem laudo, approbo et confirmo, et... ne teneo pro facta ; et promitto et juro, ad sancta Dei evangelia, me unquam contra venturam, aliquo jure vel aliqua ratione. Omnia supradicta

supradicta omnia et singula, sicut superius sunt expressa, nos Lantelmus vanditor et Adamara, conjuges supradicti, nos plane sana et fidelitate completuros, et contra, casu aliquo, non venturos, bona fide, promittimus et juramus ad sancta Dei evangelia corporaliter, dicto fratri Stephano, nomine domus Vallis Ste Marie sollempniter stipulanti.

Renunciantes omni juri canonico et civili, per quod contra predicta venire possemus, vel contra aliquod predictorum; Et specialiter ego dicta Adamara juri hypothecarie quod habeo in bonis dicti mariti mei, Adma-jorani autem firmitatem omnium predictorum, nos dicti Lantelmus et Adamara rogamus Dominum magistrum Johannem, officialem Valentie, ut presentem cartam sigillet sigillo curie Valentie.

Verum nos dictus officialis, ad instantiam dictorum vanditorum et rogatus ejus, presentem cartam sigillamus sigillo curie Valentie.

Et est sciendum quod dicta tertia pars condamine faciebat ipsi-cope Valentie tertiam partem trium sestariorum frumenti, trium sicilicorum, unius agni et trium jornalium boum, cum aliis.

Acta sunt hec anno Domini M°CC°L°VII°, mense Novembris, pres-entibus testibus: G. de Virvaco, P. Corcasio, Bonifacio, Guillermo Dusa. — Et est sciendum quod census, quod debebatur ipsi cope Valentie pro dicta tertia parte condamine, debet de cetero duplicari pro eo quod venerabilis Dominus Philippus, procurator ecclesie Valentie, fermisit dictum fratrem Stephanum emere tertiam partem condamine supranominate. — (Magnat, V. pag. 6-7. Analyse dans Ulysse Chevalier)

---

44. 1257. — François d'Urre vend au Val Ste Marie, pour 3001. 6 viennois, une condamine de 11 setérées à Montalieu lieu dit au Trouchet et dans diminués de terre au même Montalieu lieu dit à Bramalen. —

Ego Franciscus de Urro, miles, notum facio universis presentibus pariter et futuris quod ego, nomine Domini Guenesii patris mei et meo de voluntate et expresso consensu ejusdem, vendo tibi fratri Stephano

Brunchati

Bruschetis, converso domus Vallis Ste Maria, nomine ejusdem domus recipienti et stipulanti, quandam condaminam, quatuordecim sestariatarum, sitam in mandamento Montilidii, in loco qui dicitur al Tranchet, et contiguatam, a parte boreali, terre sancti Petri de Burgo, et a parte australi, terre Giraudi Raschatz. Item vendo tibi duas aminatas terre sitas in eodem mandamento, in loco qui dicitur à Brumalau, juxta terram Dulcie Bonardelle; vendo, inquam, predictas terras pretio trecentorum solidorum Vienn. et Valentin. monete. Quod pretium habui et recepi integre et complete a te fratre Stephano supradicto. Unde si plus valent dicte terre pretio nominato, de voluntate patris mei, dono plus valens, quantumcumque fuerit, Deo et Beate Marie et domui Vallis in perpetuum, pro redemptione animarum nostrarum. Devestio autem me et dictum fratrem meum, de voluntate ejusdem, de terris predictis, et prefatam domum investio de eisdem, in manu tua, fratris Stephani predicti. Cedo etiam et concedo tibi dicto Stephano et, per te, fratribus domus Vallis, presentibus et futuris, et in eosdem transfero omnia jura et omnes actiones reales, personales, mixtas et omnia interdicta petitoria et possessoria quecumque mihi competunt et patri meo predicto, vel possent competere aliquo jure seu aliqua ratione. Insuper promitto tibi, dicto Stephano, de evictione, bona fide, sub obligatione bonorum, meorum, habitorum et etiam habendorum: et quod omnia damna, expensas et gravamina, que faceret domus Vallis pro evictione predictorum, eisdem fratribus resarciam. Istas autem terras franchias et liberas absque censu et usagio et sine omni genere servitutis vendo tibi, fratri Stephano, nomine dicte domus, ad omnes voluntates fratrum dicte domus in perpetuum faciendas; et quod universa et singula, prout dicta sunt et expressa, vel possent dici et exprimi ab aliquo sapiente, attendam fidaliter et compleam, et contra non veniam, per me vel per alium, facto vel verbo, jure, tactis evangeliis sacrosanctis. — Renuntians exceptioni non numerati et non soluti pretii, dolo et in

fraudem

fraudem actioni, et omni juri canonico et civili generali et speciali, scripto et non scripto, statuto et statuendo aut specialiter juri dicenti, quod donatio factarum inscriptionum ultra quingentos solidos non valeat: et legi dicenti generalem renuntiationem non valere, et omni alii juris auxilio et beneficio, quo contra venire posset. Et ego Guenibus, de Urro Dominus, predictas venditionem, investitionem, cessionem et concessionem, et pretii solutionem, prout factum est superius, ratas habeo, approbo et confirmo; et quod contra non veniam, bona fide promitto; et me et mea obligo. — In quorum omnium firmitatem et testimonium, sigillum meum appono huic carte et apponi facio sigillum Francisci, filii mei predicti.

Actum Valentie, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, testibus presentibus: Bertrando priore Vallis Navigii, Joanne Brunoti, Richardo Monneire, Joanne Baussa, Humberto de Tabulis. —

(Magnat, I, pag. 19. — Analyse dans Ulysse Chevalier). —

---

45. 1259, 30 Juin. — Le chapitre de Romans approuve la vente faite par Villelma, veuve d'Aimon Meyer, au prieur du Val Ste Marie D. Lautard, pour 70 livres Viennois, d'une maison sise à Romans rue des Beaux, et de 3 sols de cens sur des maisons voisines. —

Noverint universi quod Willelma, relicta Aymonis Meyer, vendidit et concessit fratri Lautardo, priori domus Vallis Ste Marie, tenementum suum, domorum, quod habebat in Rialibus, et tres solidos censuales, quos percipiebat in domibus habitis juxta tenementum: cujus tenementi et domorum, que faciunt census (limites) sunt hii: ab oriente, cum via publica: ab aquilone, possidet Willelmus Julius; a meridie, dicta domus Vallis Ste Marie: ab occidente, Solarii. Et fuit pretium septies aginta libre Viennenses. — Verum, cum jus directi dominii dicti tenementi et censuum, spectaret ad Capitulum Romanis, dicebat capitulum quod dicta venditio stare non poterat nec debebat, cum esset in ejusdem capituli prejudicium et gravamen, et super hoc Capitulum rationes quam plurimas proponebat; tamen, cum dictus prior, qui tenementum et census nomine domus sue (emerat), nomine suo et conventus sui precibus affuerent Capitulo, ut proprio

... et propter necessitatem domus sue imminentem, venditionem predictam concedebat et confirmabat. Capitulum benignas preces intelligens, de speciali gratia concessit dicto priori, recipiente nomine ecclesie domus sue, et confirmavit dictam venditionem, et voluit esse ratam in perpetuum, atque firmam, salvis Jura! domini et ... usagiis sibi salvis. — Actum Romans, in venerabili capitulo in (cinctorio) sic (le lendemain, dit M. Chevalier) beatorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini millesimo CC° L° nono. In cujus rei testimonium et firmitatem, sigillum dicti capituli presentibus est appensum. —

(Magnat, I. pag. 37. — Ulysse Chevalier traduction large et explication). —

---

46. — S. d. — vers 1260. — « Nous rapportons au milieu du XVII^e siècle une charte sans date, qui relate la vente faite par Odon de Frayce, fils de feu Guichard de Roussas, à frère Lautard, prieur de la maison du Val Ste Marie, d'un fromage de cens, que le monastère lui devait annuellement pour le pâturage de Roussas, au mandement de Quint ; 35 sols viennois étaient le prix de cette redevance, mais il était ajouté que le vendeur, en acquittant la maison de cette redevance annuelle, réclamait qu'elle valait plus que la somme payée. Odon maintint les chartreux dans la jouissance des pâturages de Roussas, se contentant de six deniers de cens annuel. Tout ceci se passa à Die, dans la maison d'un seigneur Bertrand Brunat, en présence d'un certain nombre de témoins. Les deux parties prièrent le seigneur Amédée, évêque de Die, d'apposer son sceau à la charte, ce qu'il fit sur leur désir. » Ulysse Chevalier. Cette charte ne peut pas être d'avant 1257, vu que Lautard n'a pas été prieur avant la fin de 1257. — Amédée de Genève, évêque de Die 1247-1276.) : —

---

47. — 1261, 15 Juin. — Echange de possessions à Montélier entre Gontard de Montélier et L. prieur du Val Ste Marie. Gontard donne une pièce de bois ou de terre en Jaunac — le prieur une bonne terre à la Blachette et 7 livres et 10 sols.

Nos Gontardus de Montilicio, domicellus, Raymalda uxor ejus et Girandetus (nostri) filius ... et quilibet prose, Notum facimus

facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, pro nostra immensa
utilitate, non vi... liberaliter constituti, permutationem quarumdam
terrarum, sitarum in territorio et mandamento de Montilibo nobis uti-
-lium, cum germano nostro (notro tuis char, d'Ul. char.) L. Vallis Ste Marie priore
nomine dicte domus fratrumque omnium, ibidem residentium, contrahente
contractimus et inviolabiliter et perpetuo induximus perenniter duraturam,
scilicet ut nos predicti Gontardus, Raynalda, Girardetus, pro nobis nostris-
-que heredibus et successoribus, tam ab intestato quam ex testamento decedentibus
et venientibus, donamus, guerpimus, cedimus et concedimus, prout melius
et expressius possit intelligi sive scribi, predicto Domino Ls. priori suisque
in dicta domo successoribus, quamdam peciam nemoris sive terre, sitam
in territorio quod vulgariter nuncupatur Taunac; cui nemori sive terre
contiguum est, (ex) una parte, nemus Gilberti de Unrace civis Valentie;
Quod nemus fuit quondam Petri de Monte Vandiro; et (ex) alia parte, pecia
nemoris que fuit Guillelmi Macete; permutavimus, inquam, et cessimus,
cedimus et concedimus dicto priori, nomine domus Vallis Ste Marie, dicte
nemoris et pecie terre vacationes, fauces, talem, dicti nemoris liberos
exitus et introitus; De quo nemore sive terra possint de cetero facere ad
eorum omnimodam voluntatem. Inqua quidem nemoris sive terre pecia
nichil omnino retinuimus censûs, dominii, usagii, theloneî; imo cum omni
pleno dominio predicti renuntiamus priori et domui supradicte et perpetuo
duximus possidenda. De quibus quidem nemore sive terra nos devestimus
et dictum priorem, nomine dicte domus, investimus et in possessionem duxi-
-mus corporalem. Et ne si dictum nemus sive terra magis valeat... damus
... in elemosynam donamus... promittentes predicta quod si aliquis vel
aliqua nostri generis vel parentele... aliquam moveat questionem, vel
eam curam, nos predicto Vallis opponere et causas tenere cum effectu
propriis et propriis expendere proviribus... renuntiantes... beneficio...
Confitentes et cognoscentes dicto Ls. priori, nomine domus Vallis,
pro cambio et permutatione recepisse quamdam bonam peciam terre

sitam

sitam alla Blachata, quam domus Vallis acquisierat de Domino Francisco d. Urre, de qua nos tanamus liberaliter et sufficienter pro contentis. Nam, equivalentam, scimus et credimus, imo etiam potiorem. Item septem libras Viennenses et X solidos inde numeraliter recepimus et habuimus, quas redu-
dotta nostro honori et commodo confitamur. Renuntiantes exceptioni...
Ite cujus rei testimonium et firmitatem, dicte permutationis paremi-
tur obtinentem, dictam cartam, rei series continentem, nostro sigillo sigillavimus et sigillum domini prioris de Montilibus apponi facimus in testimonium premissorum. — Actum apud Vallem Ste Marie retro ecclesiam, die mercurii infra octavas Pentecostes, anno Domini Mo CCo LXIIo, his presentibus testibus... Bernardo vicario, Raymondo, Guillelmo, Pairolo, Petro de Helemanco, Aymone, Lantelmo d'Ostun, Guillelmo Baudeyno, L. Garardi, Guillelmo Bus procuratore, Iuvene, monachis: Stephano Bruchet, fratre Anselmo, conversis et jurisbus.
(Magnat, I. pag. 15. — Voir Ulysse Chevalier longue analyse) —

---

48. — 1261, 29 oct. — Accord entre le prieur de St-Félix de Valence et le Val Ste Marie au sujet des pâturages de Montalieu. Le prieur de St-Félix dit que ces pâturages ont été donnés en 1169 à son couvent par l'évêque de Valence, d'ailleurs ils ont été albergés au Val Ste Marie en 1256, déc. — St-Félix pourra y mettre 26 bœufs et le Val Ste Marie donne audit couvent 18 livres Viennois. —

Nos B. de Geolos, curatus archipresbiter de Royans, abbas Ste Felicis, notum facimus universis, ad quos presentes littere pervenerint, quod St Remy U.d. controversia mota erat inter magistrum Guillelmum de Sancto Romano, priorem Ste Felicis juxta Valencian, nomine suo et conventus Ste Felicis, ex una parte: et Leuchardum, priorem Vallis Ste Marie, et conventum ejusdem monasterii, ex altera parte: pro pascuis ipsis in territorio Montilesii. — Dicebat enim prior Ste Felicis quod animalia Ste Felicis domus et pastorum, horum communes essent, et quocumque nomine censerentur, habebant libera pascua per totum territorium castri Montilesii. Hoc

lisio. Hoc prob ab et per quandam litteram sigillatam sigillo venerabilis patris Odonis, quondam episcopi Valentinensis, cujus littere tenor talis est:

« Nos Odo, Valentinensis episcopus, notum facimus universis presentibus et futuris quod, cum discordia verteretur inter Hugonem Gallerii, priorem Ste Felicis Valentie, ex una parte: et chaslanos castri Montilisii et alios habitatores dicti castri, ex parte altera: super eo quod dictus Hugo, prior Ste Felicis, dicebat quod animalia domus Ste Felicis et pastorum suorum, quecumque essent et quocumque nomine censerentur, habebant et longo tempore ... habere debebant libera pascua per totum mandamentum castri Montilisii; quod dicti chaslani et alii habitatores dicti castri Montilisii penitus (denegabant) ... (Idcoque) .. partibus in nostra presentia constitutis, prior Ste Felicis probavit legitime coram nobis, quod domus Ste Felicis, longo tempore, habuerat (pascua libera per totum mandamentum Montilisii ...) nec obstabat quod chaslani superius nominati ... (denegabant) ... Nos ... confirmantes .... Actum fuit hoc Valencie, anno Domini M°CC° sexagesimo nono, presentibus: Gui ... Ameliensi episcopo, Marcio et Abbate Lacuretis fratre nostro, Guillelmo cantore, Astone de Alatio, Hugone de Stella, Ludovico, Hugone Achardi, Guillelmo Bayllardi, Petro Crulerii, Poncio Benedicti, Guillelmo .... Orgerio, Nicholao Payrolerii et pluribus aliis fidedignis. — In cujus rei testimonium, nos Odo, predictus episcopus, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. »

E contra, dictus prior Valls Ste Marie proponens quod dicti prior et conventus Ste Felicis usi non fuerunt dictis pascuis a longissimis temporibus citra, et proponebat (cessare) libera pascua tocius mandamenti dicti Castri Montilisii a venerabili patre Johanne (sic lire Philippe) Dei gratia procuratore ecclesie Valencie et ab aliis dominis dicti castri de Montilio et de hoc fidem plenariam faciebat. (que lesdits patureges avaient été allegés à la chartreuse en 1256 par Philippe, procureur de Valence et les seigneurs de Montélier)

Tandem, predicte partes coram nobis tanquam coram arbitratoribus et amicabilibus

et amicabilibus compositoribus .... sciantes quod dubius et eventus litis, pro bono pacis, nobis mediantibus et tractantibus, convenerunt in hunc modum : Quod dictus prior et conventus Ste Felicis, retento et salvo eis jure, quod in dictis pascuis tenementi castri de Montilio possint viginti sex boves masculos .. tenere et facere pasci, sine contradictione prioris et conventus Vallis Ste Marie et successorum suorum ; et quod tempore libere pascua habeant per totum mandamentum .... cum ingressibus et agressibus suis, et viis et aquagio, quantum ad vigintí sex boves supradictos. Omne aliud jus et actiones, quod vel que competunt vel competere possunt ipsi priori et conventui domus Ste Felicis, ex predicta causa, contenta in littera supradicta, vel quacumque alia causa, quantum ad alia animalia .. dicte domus Ste Felicis, ex causa hujus compositionis dant, cedunt et concedunt dicto I... priori Vallis Ste Marie, recipienti nomine sue domus .... et quod, de cetero, exceptis dictis XXVI bobus, non possint tenere alia animalia in dictis pascuis, ratione domus Ste Felicis, sive per se sive per alios .... quam pastorum suorum in pascuis predictis. Et promittunt dicto priori Vallis Ste Marie, stipulanti nomine dicte domus, quod (sic) contra dictam donationem, in nullo tempore, per se vel per alium, venturos (nous venturos !). Promittunt eciam dicto Lancoardo, stipulanti nomine dicte domus, se michil dixisse vel facisse, quod dicta donatio .. non habeat .. firmitatem .. et concessionem.

Confitentur eam dictus prior Ste Felicis quam conventus ejus dem loci se a dicto Lancoardo, priore Vallis Ste Marie, habuisse (et receptisse) .. octo (18 d. U. chevalier) libras viennenses .. (propter dictam) donationem et concessionem, subsequentes .. priori Vallis Ste Marie, nomine suo (et ejus conventus) .. concedenti priori Ste Felicis, recipienti nomine suo et ejus conventus .... (tenere) .. vigintí sex boves masculos, sine contradictione ipsorum (et) successorum suorum, et quod (liberas pascuas quarantus) .. cum ingressibus et agressibus suis, viis et aquis, quantum ad dictos XXVI boves masculos, et stipulanti .. Ste Felicis, recipienti nominaque

nomine tue domus et conventui, de nichil decima vel fructu ...

Nos vero predictus G. prior et conventus Ste Felicis, et Nos I. prior et conventus Vallis Ste Marie ... (confitemur predicta esse vera) ... facta a nobis et concessa, ut supra continetur. Promittentes nobis de invicem ... omnia predicta et singula nos perpetuo servaturos et complaturos, et contra non venturos ... In rerum supradictarum testimonium, nos prior et conventus Ste Felicis, sigilla nostra, et nos prior et conventus Vallis Ste Marie ... sigilla nostra ... duximus apponenda.

Actum anno Domini M°CC°LX°primo (sabbato ante festum omnium sanctorum, 29 oct. dit Ul. Chevalier) ... presentibus ... Petro Bajuli canonico Ste Felicis, fratre S. Bruchat ...

(Magnat, IX, pag. 59 dans un vidimus de 1370 «très lacéré», dit-il. — Voir longue analyse dans Ulysse Chevalier, qui a mieux lu certaines choses)

49.— 1268, 4 Juillet. — L'Archevêque de Vienne et le chapitre de St Barnard de Romans exempte le val Ste Marie de tout péage et passage à Romans, excepté pour les fromages. —

Notum sit omnibus presentibus pariter et futuris, quod Nos J(oannes de Bernin) divina miseratione sancte ... ecclesie Viennensis archiepiscopus, abbas ecclesie Romanensis, et R(obert de Genève) sacrista et capitulum dicte ecclesie, donamus et concedimus in perpetuum priori et conventui domus Vallis Ste Marie et eorum successoribus, obreverentiam ordinis et propter affectionem specialem, quam habemus circa dictum conventum, immunitatem de rebus suis propriis et pecoribus et pastorum suorum (quando in) villa de Romanis quecumque modo adducerint ipsi vel eorum nuntii aut pastores, et dum per aquam vel per terram; ita quod nullum pontonagium, vel aliquid aliud exigimus, pro dictis rebus et pecoribus suis et pecoribus etiam pastorum suorum, alicui prestare teneantur hoc excepto, quod pro casei prestare consueverunt, quia in hoc per presentes litteras nichil intendimus immutare.

Actum Romanis, in refectorio, in capitulo generali, anno Domini M°CC°

XII°

XII^c (sic) IIII^c nonas Julii. In cujus rei firmitatem et testimonium, nos supradicti archiepiscopus et sacrista sigilla nostra presenti carte, una cum sigillo sancti Barnardi, duximus apponenda. -

(Magnat, I, pag. 17 et VII, pag. 3, aux deux endroits avec la date de 1212. Ulysse Chevalier avait d'abord donné la date de 1212, d'après l'inventaire de 1737; mais ayant vu l'original, il dit que c'est 1262, seulement la date est un peu effacée surtout le I, c'est pourquoi les autres se sont trompés. - D'ailleurs l'archevêque de Vienne en 1212 n'était pas J.) -

---

50. - 1265, 9 Juin. - Odon d'Alixan loue pour 5 ans à L. prieur du Val Ste Marie deux prés situés audit Alixan, moyennant 24 livres viennoises. -

Noverint universi presentes licteras inspecturi, quod anno Domini M° CC° LX° quinto, quinto idus junii, Ego Odo de Alexiano, domicellus, jure proprio, + prome et meis, loco et trado vobis venerabili L. priori domus Vallis Ste Marie, presenti et conducenti recipienti que nomine domus vestre, scilicet nomine monachorum atque conversorum, ibique residentium, a festo beati Michaelis proxime venturo usque ad quinque continuos annos et completos: I^o pratum meum, quod habeo, situm in territorio de Alexiano, inter pratum Giberti de Viriaco et condaminam Beatricis de Flandinas, et stratam publicam, que tendit versus Valencian. Loco, inquam, et trado, ego dictus Odo, vobis predicto L. priori, recipienti nomine quo supra, duo prata cum aquarum decursibus consuetis, de quibus adaquari consueverunt: ad habendum, tenendum, possidendum, vel quasi, et fructus dictorum pratorum, scilicet herbam et fenum integraliter, quolibet anno, per dictum tempus percipiendum; et de toto loco, quod fuit viginti et quatuor librarum viennensium, confiteor et recognosco michi esse a vobis, predicto L. venerabili priore domus Vallis, plenarie satisfactum in pecunia numerata. Renuntians exceptioni non numerate et non habite pecunie, et pretii non soluti, dolo et in factum actioni, et omnibus juris auxiliis et beneficiis, et juridicenti generalem renunciationem non valere. Et promitto per stipulationem, et tactis sacrosanctis Evangeliis, et sub obligatione omnium bonorum meorum, presentium et futurorum, prome et meis,

et mais, vobis prefato Ie. priori, stipulanti et recipienti nomine quo supra, dicta prata vobis salvare et defendere et manutenere ab omni homine et persona usque ad tempus supradictum: scilicet a festo beati Michaelis, per dictos quinque annos, et non contra venire vel facere, per me vel per alium, occasione minoris vel majoris locarii, seu qualibet alia ratione cercierates (?) etc. Si vero, quod absit, de fructibus dictorum pratorum, pastu vel alitor, aliquis vobis dampnum fecerit seu dederit in dictis pratis, illud dampnum, quicquid sit et quantumcumque sit, promitto vobis integraliter restaurare, sub virtute prestiti juramenti. Renuncians expresse et ex certa scientia, in hoc facto certus, exceptioni doli erroris que et in factum actioni, et omni juri scripto et non scripto, promulgato et promulgando, dicto et dicendo, statuto et statuendo, usitario et consuetudinario, consuetudini et statuto cujuslibet patrie, civitatis aut ville atque castri, per quod contra predicta vel aliquod predictorum, in toto vel in parte, aliquo tempore, possem venire, vel de facto facere vel venire, vel ea vel aliquid eorum irritare; et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere: —

Actum in domo inferiori Vallis Ste Marie, presentibus testibus: I. priore domus Vallis, et I. Berrardi procuratore, et Guillelmo Fabri convorso, et Petro de Podio Acuto domicello, et Petro de Ensage, et Jaudemario de la Mota de Subia. In cujus rei fidem, et testimonium, sigillum meum, dicti presentibus apponendum. — (Magnat, I. pag. 20. — Ulysse chevalier, analyse). —

51.— 1266, 20 Mai. — D. Lautoard, prieur du Val Ste Marie, dans une charte de Léoncel. — (Magnat. I. pag. 21). —

52.— 1269, 27 oct. — Pierre de Arlia, chanoine de Romans, donne à Lagier et Barthelemy Fabri, frères, et à Jean d'Amonay, tous bourgeois de Romans, des cens qu'il a sur certaines maisons à Romans en faisant d'autres construire des maisons achetées par lui en vente de Pierre de Arlia, archiprêtre de Romans, pour la bastide construite par feu

Jean

Joan, archevêque de Vienne. —

Nos Petrus de Arlia, canonicus Romanis, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, cum olim, inclite recordationis Dominus Johannes quondam archiepiscopus Viennensis, in villa Romanis, quamdam battidam, videlicet domum fortem, construxerat et firmaverat ad angulum clausure murorum, versus dictam villam, versus portam que dicitur Porta de Clayriaco, a parte superiori, in loco qui olim Battida archiepiscopi nuncupatur: Dominus Petrus de Arlia, avunculus meus quondam, tunc temporis archipresbiter et canonicus Romanis, nomine et vice dicti Domini archiepiscopi et de ejus mandato, tempore edificationis dicte Battide, ad ampliandum locum et appendicias superiorate batita, quosdam tenementa et quosdam domorum dominia ipsi battide adjacentia acquisivit, servavit alia, acquisivit quasdam domos, que erant de dominio Lagerii Rayet, burgensis tunc temporis Romanis, videlicet, (1°) domum quam emit Bartholomeus Fabri, burgensis Romanis, a Guillelmo de Rate, sitam juxta domum domini Francisci de Castronovo, canonici Romanis; que domus Bartholomei Fabri faciebat dicto Lagerio Rayet duodecim denarios censuales. — (2°) Item alia duo casalia ibidem contigua, sita inter dictum casale, a parte una, et predam que fuit domini Guillelmi de Arlia, patris quondam nostri et altera; que quidem duo casalia similiter erant domus, et faciebat et quodlibet dicto Lagerio quatuor denarios censuales. Et preterea habebat dictus Lagerius super ipsis tribus casalibus communiter unam gallinam censûs. (3°) Item, duas domos contiguas sitas juxta dictam portam, a parte batitie superius nominate, quarum quelibet sibi faciebat dicto Lagerio duos denarios censuales. — (4°) Item domum aliam (cigoa) inter Johannem Gratii, domum dicti Bartholomei coherentem, que dicto Lagerio faciebat tres denarios censuales. — Et cum postmodum dictus Lagerius Rayet decesserit, relictis duobus liberis, qui similiter postea decesserint, videlicet Guillelmo Lagerii et Guigone Rayet, laudum accedentes ad nos Lagerius Fabri, dictus Bartholomeus Fabri, fratres, et Johannes de

Armoniaco

Amoniaco, burgenses Romanis, asserentes quod, tam ex donatione a dicto Guillelmo Lagerii quondam facta dicto Lagerio Fabri, quam ex testamento dicti Gregorii Prayet, omnia jura et dominia, que dictus Lagerius Prayet quondam habebat et habere debebat in domibus et in predomibus predictis, ad dictos Lagerium et Bartholomeum, Fabri, fratres, et Johannem de Amoniaco sunt totaliter devoluta; Et quod dicto Lagerio Prayet vel ejus successoribus, predictis censibus et dominiis, nondum fuerat aliquid assignatum. Asserentes etiam, quod dictus dominus Archiepiscopus quondam ipsi dicto avunculo nostro tantum debebat et debetur, quod dum nostri avunculus quondam dicto Lagerio Prayet vel ejus heredibus alios tres vel raditus equivalentes predictis censibus assignare et remanere debebat, petebant a nobis alios tres et raditus usque ad valorem predictorum censuum sibi reddi. Cum nos videlicet ex testamento dicti nostri avunculi quondam in bonis suis sibi successimus, et damores nos tradere usque dubito solvere tenebamur, nos itaque dictus Petrus de Arlia, damorum dicti nostri avunculi tradere de plano et pacifice cupientes, scientes et sponte nec non dolo inducti, nec aliquatenus circumventi, nomine nostrorum heredum atque successorum nostrorum imperpetuum, reddimus, cedimus, concedimus et donamus in emendam et restitutionem censuum predictorum dicti Lagerio Fabri, Bartholomeo Fabri et Johanni de Amoniaco, nomine suo et heredum atque successorum suorum imperpetuum recipientibus, census alios infrascriptos cum juribus et dominiis, que nos habemus et habere debemus in domibus infrascriptis, de quibus ipsi burgenses pro restitutione et emenda supradictorum censuum se tenuerint plenius pro contentis: videlicet: (1°) quatuor denarios censuales quos facit Guillelmus Breyars pro domo sua, quam inhabitat, sita subtus dictam bastidam, via quadam intermedia, ante domum Petri Marle, via alia intermedia, videlicet de cellario ipsius domus et de domo supra idem cellarium in lato prout ducitur et in longo. (on doit avoir passé quelque chose) - (2°) Item alios quatuor denarios censuales quos facit Margarita

relicta

relicta Guillelmi Lagerii de domo sua contigua domui Guillelmi Bruer supradicti. — (3°) Item unum obolum, cantus quem facit Johannes Cayfors de domo sua sita juxta domum Margarite supradicte, (4°) et unum predictum sive pictam cantus quam facit idem ipse Johannes de alia domo sua sita super viam, juxta domum suam aliam formatam. (Tout ceci ne fait que 8 deniers, un obole et une picte de cens, tandis que les cens des maisons achetées par Pierre d'Arlia montait à 23 deniers et une poule. Il semble que Me Magnat a passé quelque chose).

Quibus propositis censibus et omnibus juribus et dominiis, que in predictis domibus habere possemus ullatenus et debemus, nos, dicti Patres de Arlia, nos et heredes atque successores nostros in perpetuum devestimus, et dictos Lagerium et Bartholomeum, et Johannem, corporaliter investimus, et eos mittimus in possessionem etc. formales.. Promittentes etc.. Renuntiantes etc... Et in testimonium omnium premissorum nos, dicti Patres de Arlia, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. — Actum Romanis, in domo quam nos dicti Patres de Arlia inhabitamus, que fuit dicti nostri avunculi quondam, VI° Kalendas novembris, anno Domini M°CC°LX°IX° nono, presentibus testibus: Ponsio de Valencia, Guillelmo Monton, burgensibus Romanis, Ponceto de Arlia, nepote nostro, et Richardo, fratre ejus laico. — (Magnat, H. frageJ, dans un vidimus de 1305. — Ces biens des Fabri passèrent plus tard à la chartreuse). —

---

5 3/4. — 1270, 17 Mai. — Jean d'Annonay, le jeune, du consentement de son père Jean, vend pour 35 livres viennois aux frères Lagier et Barthelemy Fabri, bourgeois de Romans, la 6e partie indivise d'une maison située à Romans, de 7 sols, 228 deniers, 2 oboles et 5 poules de cens perçus sur différentes maisons, et d'une vigne en conquers. (Il y a 41 articles différents) —

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod Johannes Damonay junior, burgensis Romanis, sciens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo, non metu inductus, nec alicujus fallaci suggestione vel precibus circumventus: verum etiam

etiam pro ipsius utilitate et commodo evidenti, et etiam de voluntate et consensu Johannis Damonay patris sui, ipse Johannes Damonay patre presente et consentiente, nomine suo et successorum seu heredum suorum, vendidit titulo perfecte et irrevocabilis venditionis, pure, libere et absolute dedit, cessit et tradidit atque in perpetuum habere concessit, prout melius et sanius potest intelligi sive dici, Lagerie et Bartholomeo Fabri, fratribus, burgensibus Romanis, emptoribus et recipientibus nomine suo et heredum et successorum suorum in perpetuum, sextam partem pro indiviso omnium possessionum et censuum, seu reddituum infrascriptorum, cum ipsis sexte partis pertinentiis et appenditiis, ingressibus et egressibus, usagiis, placitamentis et juribus, actionibus et servitutibus universis: videlicet: (1°) sextam partem cujusdam domus site Romanis, juxta domum domini Franconis de Castronovo, canonici Valentin., ex una parte: et juxta domum liberorum Johannis Serrati quondam, ex altera; que quidem domus est de dominio Domini Guillelmi de Lauzonna, canonici Romanis.—(2°) Item sextam
9 d. partem novem denariorum census, de quibus facit Guillelmus Brun ... quatuor denarios pro aula domus sue, quam ipse inhabitat: et Margarita uxor Guillelmi Lagerii quondam, quatuor denarios pro domo sua, quam ipsa inhabitat, sita juxta domum prope dictam: et Johannes Guoyferii unum denarium pro tenemento suo sito ibidem. Que quidem census seu redditus predicti sunt de nuero et libero allodio
7 d. sive franco.—(3°) Item sextam partem septem denariorum census, quos facit Johannes Toffredi, pro domo sua quam ipse inhabitat, et ... unius galline
1 poule census, quam facit dictus Johannes Toffredi pro domo que fuit Berralli Toffredi quondam, que contiguatur domui sue propedicte.—(4°) Item
6 d. sextam partem sex denariorum census, quos faciunt liberi Girini Aurifabri quondam, pro quadam domo sita juxta portam ferream.—(5°) Item sextam
6 d. partem sex denariorum census, quos facit Petrus Curandi, pro quadam domo sua contiguente domui propedicte.—(6°) Item sextam partem sex denario-
6 d. rum census, quos faciunt liberi Durandi de Portu quondam pro tenemento quod tenent versus portam ferream.—(7°) Item sextam partem duorum
2 d. denariorum census, quos facit dictus Johannes Curandi pro quadam domo, quam ipse

quam ipse hab et infra cartile tenamenti predicti, et pro octo denariis census
quos idem Johannes Gerardi percipit in domibus coherentibus domui sue
10.d. propedicte. — (8°) Item sextam partem decem denariorum, census, quos facit
Julianus Audoardi, pro tenamento quod ipse inhabitat, et pro sex denariis
census quos ipse Julianus percipit in domo Martini Oryant, sita juxta
3.d. tenamentum propedictum. — (9°) Item sextam partem trium denariorum
1.ob. et unius oboli census, quos facit Armandus Gibelini pro quinque istagiis sitis
7.d. prope Bastiam. — (10°) Item sextam partem septem denariorum census, quos facit
Bontosus Gibelini pro quadam domo sua, sita in Bastia, et pro quinque gal-
linis et quinque solidis census, quas et quos ipse Bontosus percipit in domibus
sitis juxta domum suam propedictam. — (11°) Item sextam partem sex
6.d. denariorum census, quos facit Johannes Mercerii pro censibus quos ipse
3.d. percipit versus portam Farream. — (12°) Item sextam partem trium dena-
1.ob. riorum et unius oboli census, quos facit Guillelmus Romani, pro domibus quas
3.d. ipse habet in Bastia. — (13°) Item, sextam partem trium denariorum census,
quos facit Bernardus del Mas, pro domibus quas ipse habet extra portam
10.d. Farream juxta fossatum. — (14°) Item sextam partem decem denariorum
census, quos facit Robertus Notarii pro grangia sua sita extra portam
Farream juxta grangiam patris Macellarii, et pro censibus quos ipse Robertus
percipit super domos sitas ibidem. — (15°) Item sextam partem duodecim
12.d. denariorum, census, quos faciunt sacerdotes pro cartilibus et domibus sitis
juxta grangiam patris Macellarii propedictam. — (16°) Item sextam par-
3.s.8.d. tem trium solidorum et octo denariorum census, quos facit dominus (20.d.)
de Marsanty, pro quinque istagiis, que ipse d.ni habet juxta domum de
12.d. Montailz. — (17°) Item sextam partem duodecim denariorum census, quos
facit dominus de Montailz pro quadam domo sua. — (18°) Item sextam
4.d. partem quatuor denariorum, census, quos facit Julianus Francisci pro
16.d. domo sua sita ibidem. — (19°) Item sextam partem sedecim denariorum
census, quos faciunt liberi Bontosi Ortolani quondam, pro grangia sua
1.pond. sita juxta domum propedictam. — (20°) Item sextam partem unius galline

census

census, quam facit Bernardus Raymberti pro domo sua sita juxta grangiam
13.d. propedictam. — (21°) Item, sextam, partam, tredecim denariorum census, quos facit
Bonifacius, patrè Raymberti filius quondam, pro domibus quas ipse habet juxta
1.d. domum propedictam. — (22°) Item sextam partam unius denarii census, quam
facit Bonafomina de Rayis pro censu quam ipsa percipit in domo Bernardi
4.d. Grassati. — (23°) Item sextam partam quatuor denariorum census, quos facit
dictus Bernardus Grassati pro domo sua sita ibidem, juxta domum suam
5.d. propedictam. — (24°) Item sextam partam quinque denariorum census, quos
faciunt dicti Lagerius et Barthalomeus Fabri, fratres, pro decem solidis
et sex denariis census, quos ipsi percipiunt super domos sitas ibidem
11.d. juxta domos propedictas. — (25°) Item sextam partam undecim denariorum
census, quos facit Richardus de Platea, pro domibus quas ipse habet extra
portam Turream, et pro censibus quos ipse percipit ibidem, et pro duobus
denariis census, quos ipse percipit super vineam Radulphi Radulphi,
11.d. sitam juxta la Chauracha. — (26°) Item sextam partam undecim den-
ariorum census, quos facit Guillelmus Barlators pro tenemento, quod
7.d. fuit vel dicitur. — (27°) Item sextam partam septem denariorum
census, quos facit Robertus pro tenemento, quod fuit domini Hugonis
de Sancto Porciano. — (28°) Item sextam partam trium denariorum et
unius galline census, quos et quam facit Johannes Pellicers pro domo
sua, quam ipse inhabitat, sita ibidem. — (29°) Item sextam partam
1.d. unius denarii census, quem facit Johannes Joffredi pro quadam domo
sua sita ibidem. — (30°) Item sextam partam duorum solidorum census
quos facit Albertus Radulphi pro domo sua, que fuit de domo Dⁱᵉ Donati.
12.d. (31°) Item sextam partam duodecim denariorum census, quos faciunt Ste-
phanus et Boncius de Valentia, fratres, pro domibus quas ipsi habent ibi-
dem, et pro censibus quos ibidem percipiunt. — (32°) Item sextam partam
6.d. sex denariorum census, quos faciunt liberi Hugonis Saunerii quondam,
pro grangia quam ipsi habent ibidem. — (33°) Item sextam partam duo-
2.d. rum denariorum census, quos Lagerius et Barthalomeus fratres predicti
faciunt

faciunt pro grangia quam ipsi habent ibidem. — (34°) Item sextam partem
5 d. quinque denariorum census, quos facit Barnardus Pag ani pro domo quam
1 pulla ipsa habet ibidem. — (35°) Item sextam partem unius galline census,
quam facit Tus uxor del Tau Br, pro omnibus quas ipsa habet ibidem. —
1 d. (36°) Item sextam partam unius denarii census, quam facit Guillelmus Gar-
-cini pro octo denariis et una galline census, quos et quam ipse percipit
4 d. super domum Tue uxoris seignoriat. — (37°) Item sextam partam quatuor
denariorum census, quos facit Durandus de Vienna pro omnibus et horto
quas ibi habet ibidem. — (38°) Item sextam partam duorum
2 s. solidorum census, quos facit ecclesia Ste Barnardi pro quinque solidis
et quatuor gallinis census, quos et quas ipsa ecclesia percipit super
tenementum illorum de Rayis fratrum ibidem. — (39°) Item sextam
6 d. partem sex denariorum census, quos facit Guillelmus Motons (où?) pro quadam
domo sua sita in Saunaria. — (40°) Item sextam partem sex denariorum
census, quos facit dictus Lagerius Fabri pro quadam domo sua sita juxta
1 vigna domum prefatam. — (41°) Item sextam partam cujusdam parve vinee
site in Conquers, juxta vineam Romani de Pleta, ab una parte; et
juxta vineam Johannis Morle Cayratarii, ex altera. Que quidem
vinea et omnes census seu redditus predicti tenentur a domino Petro
de Arlia, canonico Ramatis, ad eodem franum; et facit dictum se-
-num in morte cujuslibet tantummodo triginta solidos Viennenses. —
Vendidit inquam, dictus Johannes d'annonay venditor, predictam sextam
partam pro indiviso possessionum, tenementum, seu reddituum predictorum
cum ejusdem extra portis pertinentiis et appendiciis, ingressibus, egressibus,
usagiis, placitamentis et juribus, actionibus, servitutibus universis, supra
dictis emptoribus, nomine suo et heredum et successorum suorum em-
-entibus et recipientibus, ad habendum, tenendum, vendendum, donan-
-dum, possidendum, vel quasi, et quicquid sibi heredibusque suis et
successoribus de dicta extra parta possessionum, tenementum seu reddita-
-um predictorum, deinceps perpetuo placuerit faciendum. Eodem dictus

Venditor

venditor et concedens ex supradicta causa venditionis ejusdem emptoribus recipientibus vel quasi, omnia jura et omnes actiones utiles et directas et consuetudinarias, et omnia jura et actiones, que ipse venditor, heredibus seu successoribus suis, ex causa quacumque competebant vel competere videbantur, aut possunt competere ullatenus in futurum, in dicta secta parte vendita possessionum, et censuum seu redditum predictorum, et ejus pertinentiis et appendiciis, ingressibus et egressibus, usagiis, placitamentis quibuscumque. Dedicta igitur secta parte vendita ... etc. ... et ejus pertinentiis ... etc. ... sa et suos imperpetuum servitiis prefatos venditor, nichil sibi vel suis ... penitus retinens in eisdem, et dictos emptores ... investivit corporaliter de eisdem : mittens ipsos ... in possessionem corporalem et vacuam ... secundum bonas consuetudines ville Romanis. Promictens. dicto defendere contra omnes qui eis attaquerent

Fuit autem precium hujus venditionis triginta quinque libre Viennenses. De quo precio dictus venditor ... confessus fuit ... sibi fuisse plenarie satisfactum .... Renuntians à tout droit qui lui permettrait dire contre cette vente .... Jurafer promisit etc. sous l'obligation de ses biens de ne jamais venir ni faire faire contre cette vente ... Que omnia supradicta universa et singula rata habebit et tenebit per se et suos imperpetuum atque firma et in omni tempore observabit.

Preterea sciendum est quod Johannes Dannonay, pater dicti Johannis venditoris, sciens, prudens et spontaneus, sine vi, sine dolo et sine violentia supradictam venditionem laudavit, confirmavit et ratifficavit et acceptavit et se contra non venturum, de eadem promisit, juramento supra sancta Dei evangelia ab eodem prestito corporali.

Actum Romanis in domo magistri Ysmidonis Radulphi quam ipse inhabitat, XVI° Kal. junii, anno Domini M°CC° septuagesimo tertio, testibus presentibus : Petro Fabri, Petro Taumar, Nicolao Lagerii et Brundo scriptore. In quorum omnium predictorum testimonium et firmitatem et perpetuam memoriam in posterum habendam sigillum

sigillum, domini Desiderii de Cassanatico, vicarii Romanis, demandato Johannis Dannonay venditoris et Johannis patris sui predictorum, prescutibus litteris est appensum. —

(Magnat, II, pag. 3-7 dans un vidimus de 1305. — Analysé dans Ulysse chevalier qui s'est trompé dans l'addition des cent vendus) : —

---

54. — 1272, 22 Avril. — Bulle de Grégoire X. — Le Pape mande au prieur de Gourdaigues, diocèse d'Uzès, de faire restituer au Val Ste Marie, les biens qui auraient été quasi aliénés par certains contrats. —

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio priori de Gordanicis, Uticensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ad nostram audientiam pervenit quod tam dilecti filii... prior et conventus monasterii Vallis Ste Marie, Cartusiensis ordinis, Diensis diocesis, quam predecessores eorum, decimas, terras, domos, vineas, redditus, piscarias, prata, nemora, molendina, jura, jurisdictiones, maneria, possessiones et quedam alia bona ipsius monasterii, datis super hoc litteris, factis renunciationibus, juramentis interpositis et penis adjectis, in ejusdem monasterii lesionem enormem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus, et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt; quorum alii super hiis confirmationis litteras in forma communi dicuntur a Sede apostolica impetrasse. — Volentes itaque super hoc eidem monasterio, de benignitate Sedis apostolice, providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea que de bonis prefati monasterii per concessiones hujusmodi alienata invenoris illicite, vel distracta, non obstantibus litteris, renuntiationibus, juramentis et penis seu confirmationibus supradictis, ad jus et proprietatem ejusdem monasterii legitime revocare procures : contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. —

Restes autem

Testes autem, qui fuerint nominati, si de gratia, odio vel timore subtraxerint, causa similis, appellatione cessante, compellat veritatis testimonium perhibere. — Datum apud (Urban v etoren X=X cl. Maii Ul. cher. Magnat n'a pas déchiffré ceci) pontificatus nostri anno secundo. — (Magnat, I. pag. 21. — Mentionné dans Ulysse chevalier). —

---

55. — 1273, Mars. — Pierre Olrici, de Montélier, donne en emphytéose perpétuelle à Guillaume Mollat, du même endroit, un jardin situé sous Montélier, moyennant 60 sols pour l'investiture, 12 deniers de cens annuel et 2 sols à toute mutation de seigneur ou de possesseur.

« Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod ego Petrus Olrici, habitator castri Montilidii, non coactus, non circumventus, sed propria voluntate et evidenti mea necessitate, vendo, trado et concedo in perpetuam ansitosiam ortum meum, quod habeo prope castrum Montilidii, et confrontatur, ex una parte, via qua itur Romanis, et ex alia, orti Richardi Pelliciarii: et ex alia parte, terre Gontardi de Montilidio: tibi Guillelmo Mollati, habitatori dicti castri: precio LX solidorum Vienn. tex valentin. monete pro investitura, et XII denariis censualis et duobus solidis in mutatione domini vel possessoris. Trado, inquam, dictum ortum tibi dicto Guillelmo cum omni jure meo, quod habeo vel habere videor. Et ut clarius quod ego dictus Petrus confitear et recognosco me habuisse et recepisse a te dicto Guillelmo dictam pecunie summam, et in utilitatem meam totaliter fore versam. Promittens tibi dicto Guillelmo, bona fide, et sub obligatione omnium bonorum habitorum et habendorum, dictum ortum tibi et heredibus tuis manutenere et defendere perpetuo coram omnes. Cedens et concedens tibi et heredibus tuis omnes actiones reales et personales quas cumque (que) mihi competebant vel competere poterant, occasione dicti orti, contra quascumque personas: et eas transfero ego dictus Petrus in te dictus (dictum?)

Guillelmum

Guillelmum, et heredes tuos post te, exceptis predictis XII denariis annuatim, censualibus et nobis solidis in mutatione tantummodo domini vel possessoris. Insuper ego Tarentona, uxor dicti Petri, et ego Petronetus, filius ejus, dictum ortum seu dictam accusationem factam a dicto Petro, tibi dicto Guillelmo, cum universis et singulis pactionibus, conditionibus superius expressis, gratificamus et acceptamus. Confitentes omnia supradicta ad nostra facta de voluntate et expresso consensu nostro : et promittimus universa et singula supradicta firmiter et inviolabiliter observare et nullo unquam tempore contravenire, in judicio vel extra. Renunciantes nos dictus Petrus et Tarentona uxor et Petronetus, filius ejus, in hoc facto, exceptioni doli, mali et in factum actioni, et rei minus juste pacti vendite omnique auxilio juris canonici et civilis per quod possemus contravenire vel aliquid de predictis. — Actum anno Domini M° CC° LXXIII, mense marcii, testibus presentibus : Richardo (Brotinencis), Petro Chambaniari, V. de V.... In cujus rei testimonium, ego predictus Petrus presentem litteram sigilli mei munimine roboravi. — (Magnat, II. pag. 1. — Analysé dans Ulysse Chevalier).-

---

56. — (1276. stil.). 1275, 14 février. — Hugonat d'Hostun vend et donne au prieur de N. d. et Ste Marie, D. Lantelme, ses droits sur le pré de Bramalèu à Montelier près des Mantouset. Il reçoit 3 quarterons de fromage. —

In nomine Domini nostri Thesu Xti, Amen. Anno Incarnationis ejusdem M° CC° LXX° V°, indictione 6a, XVI° Kalend. marcii : per presens publicum instrumentum cunctis appareat, quod, in presentia mei infrascripti notarii publici et testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Hugonetus de Ostuno, filius Artaudi de Ostuno quondam, non coactus, non deceptus, non aliqualiter ab aliquo circumventus, set mera et spontanea voluntate sua, pro se suisque heredibus et successoribus, vendidit, et, pro remedio anime sue, in helemosina dedit et tradidit, vel quasi, et ex causa venditionis et donationis pure, libere et + absolute in perpetuum, habere concessit domino Lantelmo, priori domus Vallis Ste Marie, cartusiensis ordinis, ementi et nomine emptionis et donationis recipienti, nomine suo et nomine totius conventus dicte domus et successorum eorum

omnium

omnium, et etiam dicte domus nomine, omne jus, omnemque actionem et requisitionem realem et personalem, quod et quam habebat vel habere poterat aut debebat seu etiam habere videbatur, ex causa quacumque, in quodam prato sito in mandamento de Montilisio, juxta pascua seu pascagia, que vocantur Las Mottousas. Quod quidem pratum predictum vocatur pratum de Braunalet, ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dicto domino priori et dicto conventui et successoribus eorum deinceps perpetuo placuerit faciendum; precio trium carlagranorum, cas eorum. Quod precium dictus Hugonetus confessus fuit et recognovit publice, de requisitionem dicti domini prioris, se habuisse et recepisse integre ab eodem domino priore, et sibi solutum et traditum fuisse plenarie et perfecte. Et de omni jure, usu, actione et requisitione sibi in dicto prato, vel pro ipso, competente se et suos devestivit Hugonetus prefatus, et dictum dominum priorem, investituram recipientem nomine suo et nomine quo supra, investivit corporaliter et quasi de eisdem. — Promittens idem Hugonetus, pro se suisque heredibus et successoribus, per stipulationem sollempnem et per juramentum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum, ab eodem, supradicto domino priori, nomine suo et nomine quo supra sollempniter stipulanti, de evictione et dictas venditionem et donationem attendere firmiter et complere, et ratas habere et tenere perpetuo et servare, et numquam contra facere vel venire, per se vel per alium, in toto vel in parte, in judicio et extra, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto; nec alicui contravenire volenti aliquatenus consentire. — Renuntians dictus Hugonetus, sub virtute prestiti juramenti et ex certa sciencia, in hoc facto, exceptioni pretendi precii non habiti et non recepti, et dicte donationis non facte, doli et in factum actioni, et juri per quod deceptis venditoribus ultra dimidiam justi in venditionibus subvenitur; omni beneficio restitutionis in integrum, et omni juri scripto et non scripto, canonico et civili, sibi vel suis advenicendum vel faciendum contra predicta vel aliquid predictorum in posterum competenti, et juri dicenti generalem renuntiationem non valere nisi precesserit specialis.

Actum Romanis, in domo dicte Vallis Ste Marie, anno et die supradictis, testibus presentibus

presentibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis : fratre Richardo converso dicte domus, Andraveto Vitalis, Petro Vachier, et Johanne Arbicol de Lodio Mediano. Ugo Brunetus, dictus de Hospitali, scriptor, habitator Romanis, auctoritate imperiali notarius publicus interfui et hec omnia rogatus scripsi, signoque meo signavi et tradidi. — (Magnat, I. pag. 22. — Analyse dans Ulysse Chevalier).

---

57. — 1276, 17 Avril. — Transaction entre Artaud de Montelier, qui prétendait avoir 5 sols de cens annuel sur les possessions qu'a la Ste Marie à Montelier en Bramalau ; ce que niait D. Lantelme, prieur de la chartreuse. Artaud renonce à ses prétentions moyennant 30 sols viennois que lui donne le prieur. —

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod, cum discordia seu questionis materia verteretur seu verti speraretur inter Artaudum de Montilicio, domicellum, ex una parte : et virum religiosum, dominum Lantelmum, priorem domus Vallis Ste Marie, Cartusiensis ordinis, nomine suo et nomine dicte domus, ex altera : super eo videlicet quod dictus Artaudus dicebat et quod dicta domus quinque solidos Viennenses censuales sibi facere et dare tenebatur pro terris et possessionibus, quas domus ipsa tenet in mandamento castri Montilicii, scilicet, in loco ubi dicitur vulgariter en Bramalau. Quos quinque solidos Viennenses censuales petebat dictus Artaudus a dicto domino priore, nomine dicte domus, sibi solvi et tradi ; dicto domino priore, nomine suo et nomine quo supra, in contrarium asserente et dicente, se et dictam domum ad solutionem et prestationem ipsorum quinque solidorum Viennensium censualium predictorum in aliquo non teneri. — Tandem, mediantibus amicis communibus, videlicet, Domino Lantelmo de Liberone priore Montilicii, et domino Odilone ejusdem loci, milite, dicta discordia sopita fuit inter partes predictas in hunc modum : videlicet, quod dictus Artaudus sciens, prudens et spontaneus dedit, cessit, guerpivit, desemparavit, quittavit penitus et remisit, nomine suo et heredum atque successorum

successorum, in perpetuum dicto domno priori, nomine suo et nomine successorum suorum dicte domus recipienti vel quarenti, omne jus et omnem actionem et requisitionem realem et personalem, quod et quam habebat vel habere poterat aut debebat, seu actionem habere videbatur, contra dictum domnum priorem, nomine dicte domus, seu contra domum ipsam ratione seu occasione terrarum et possessionum predictarum. Confitens dictus Artaudus et recognoscens se habuisse et integre recepisse a dicto domno priore, nomine dicte domus, pro quittatione et remissione predicta, triginta solidos Viennenses in pecunia numerata. Promittens dictus Artaudus, pro se et suis heredibus et successoribus, per stipulationem solemnem et per juramentum, super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum ab eodem, supradicto domno priori, nomine suo et successorum suorum et dicte domus stipulanti, quod contra solutionem sibi factam et contra quittationem, cessionem et remissionem predictas non veniat vel faciat ullo unquam tempore, per se vel per alium, in toto vel in parte, in judicio vel extra, facto vel verbo, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto; nec aliqua contra venire volenti prebeat consilium, auxilium vel assensum. Renuntians idem Artaudus, sub virtute prestiti juramenti et ex certa sciencia, in hoc facto, exceptioni non numerate et non recepte dicte pecunie, et dicte quittationis non facte, secundum quod superius continetur; spei future minationis, dolo, malo metuique et erroris, et in fraudem actioni, et omni juri scripto et non scripto, canonico et civili, quod sibi vel suis suffragari posset ad veniendum vel faciendum contra predicta vel aliquid predictorum; et juri dicenti generalem renuntiationem non valere...

Actum apud Montilisium, in ecclesia Ste Jacobi, XV° Kalendas Maii, Anno Dominice Incarnationis M° CC° LXX° sexto, presentibus testibus ad hoc specialiter vocatis: Domino Humberto capellano dicte ecclesie, Lantio Raynaudi canonico Ste Fidicis, Poncio Olrici, Petro Olrici, Bernardo Raschatz, et pluribus aliis fide dignis. Inquorum omnium predictorum

testimonium

testimonium et firmitatem et perennem memoriam, in posterum habendam, supradictus Artaudus de Montilisio sigillum suum duxit, unacum sigillis Domini prioris Montilisii et domini Odillionis ejusdem loci militis, ad horum communium predictorum, presentibus litteris apponendum. —

(Magnat, I. pag. 23-24). —

---

58. — (1278. stil. n.). 1277, 21 Janvier. — Accord entre Guillaume Champan, de Romans et le prieur du Val Ste Marie, au sujet d'une maison située à Romans dans la rue droite du quartier de la Salière. Guillaume Crillon avait légué cette maison à sa femme Pascore, et cette dernière, après la mort de son mari, l'avait donnée à Guillaume Champan. — Le prieur du Val Ste Marie, après la mort de Crillon, avait fait raser la maison, sur laquelle il prétendait avoir des droits. — Pour tout arranger le prieur donne 105 sols viennois à Guillaume Champan. —

In nomine Domini nostri Jhesu Xti. Per presens publicum instrumentum, appareat omnibus, tam futuris quam presentibus, evidenter, quod Anno Domini Mo CCo LXXo VIIo, Indictione sexta, XIIo Kalendas februarii, regnante Domino Rudolfo, Dei gratia Romanorum, ut dicunt, Imperatore electo: Cum inter virum religiosum fratrem Ancelmum, priorem domus Valdis Ste Marie, Cartusiensis ordinis, nomine suo et dicte domus sue, ex parte una; et Guillelmum Champan, de Romanis, ex altera: questio, causa et querimonia verteretur super eo, videlicet, quod dictus Guillelmus Champans dicebat et asserebat quod Guillelmus Grilhons, habitator quondam Romanis, in ultima voluntate sua heredem sibi instituit Pascoram, uxorem quondam ipsius G. Grilhonis. Item dicebat et asserebat quod postmodum, dicto Guillelmo Grilhonis marito, dicta mulier donavit, donatione inter vivos, ipsi Guillelmo Champan omnia bona, res et jura, possessiones et quasi, que ex testamento dicti G. Grilhonis, ad ipsam mulierem obvenerant et obvenire poterant aut debebant. Item asserebat quod

dictus

Dictus Guillelmus Grilhonis, mortis sue tempore, possidebat et habebat quandam domum suam in villa Romanis in Balcario, in recta carreria Balcarii, juxta domum Guillelmi Bernardi. Item, asserebat dictus Guillelmus Champans quod prior et fratres dicte Vallis Ste Marie dictam domum, que fuit dicti G. Grilhonis, aderant (ierant) et apprehenderant (rant) post ejus obitum, minus juste, et ipsam domum vendiderant et ejus precium, habuerant et receperant ab emptore. Quare dicebat dictus G. Champans precium dicte domus vendite, ex donatione sibi facta a dicta muliere, ad se totaliter pertinere; petens idem G. Champans a dicto priore, nomine quo supra, dictum precium sibi reddi. —

Dictus autem prior in contrarium asserens, multis serationibus hinc inde habitis, tandem dictus prior, nomine suo et dicte domus sue et successorum ejus imperpetuum, in eadem, et dictus G. Champans, nomine suo, heredum, atque successorum ejus imperpetuum, super dicta questione et querimonia, communium amicorum, mediante industria, in presentia mei mei infra nominati publici notarii et testium subscriptorum, composuerunt et transegerunt et finierunt concorditer et amicabiliter in hunc modum, quod videlicet dictus prior, pro bono pacis et concordie, dedit et solvit dicto G. Champan centum et quinque (105. Ulysse chevalier dit 500) solidos Viennenses, de quibus ipse Guillelmus Champans protinus satisfecit totaliter in pecunia numerata. Dictus autem G. Champans, nomine suo et suorum imperpetuum, dicto priori presenti et recipienti vel quasi, tam nomine et dicte domus sue imperpetuum, cessit, quittavit et per acceptationem liberavit penitus et dimisit omne jus et omnem actionem, quod et quam idem G. Champans, ex causa qualibet, habebat vel habere poterat in dicta domo vendita, vel ejus precio quomodo. — Promittens, per obligationem omnium bonorum, suorum et per juramentum, super sancta Dei evangelia corporaliter ab ipso prestitum, dicto priori, nomine quo supra stipulanti, dictam domum Vallis Ste Marie, vel quemlibet alienum, super eadem domo vendita vel super dicto precio, nullatenus de cetero molestare, et compositionem, transactionem et finem hujusmodi

hujusmodi firmam tenere, per se et nos, imperpetuum observare, et contra premissa vel aliquid ex premissis, aliquo tempore, non venire. — Renuntians dictus G. Champans, ex certa scientia, in hoc facto, per stipulationem, et prestito juramento, (exceptioni?) doli et in fraudem actioni, non numerate pecunie et specialiter numerationis, conditioni sine causa, omni beneficio restitutionis in integrum, omni juri per quod deceptis ultra dimidiam subvenitur, et omni alii juri, tam canonico quam civili, et juri dicenti generalem renuntiationem non valere. — Actum Romanis, in domo Valcis Ste Marie, presentibus vocatis et rogatis testibus: Petro Tomari, Durando de Vienna, Rychardo de Platea, burgensibus Romanensibus, et pluribus aliis fide dignis. Et ego Humbertus de Gabenna, habitator Romanis, imperiali auctoritate notarius publicus interfui et dictum publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi rogatus et tradidi. — Et ad majorem cautelam premissarum, sigillum Domini G(uil de d'Auvergne), Dei gratia Viennensis archiepiscopi in Romanis, ad preces dicti Guillelmi Champan, apposuimus, est huic publico instrumento. —

(Magnat, I. pag. 26. — Analyse et réflexions dans Ulysse Chevalier. —

---

59. — (1278. stil.). 1277, 15 Février. — Testament de Pierre Abrici de Montelier. Abrici

Il lègue: à Humbert, son chapelain, 5 sols: au prieur de Montelier 10 sols — à sa femme Jacentone la maison qu'il habite et la restitution de sa dot de 10 livres: à ses filles Marguerite et Raymonde chacune 25 livres, la dernière est mariée et a déjà reçu quelque chose. — Il institue son fils Peronet son héritier universel et donne ledit fils avec tous ses biens au Pt de Ste Marie, qui le recevra quand les supérieurs le voudront. Si Peronet quitte la chartreuse, il n'aura droit qu'à 10 livres. Les exécuteurs testamentaires sont: Richard de Montvendre et Aubert de Montélier.

In nomine Domini nostri Jhesu Xti. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis Dominice M° CC° LXX° septimo, Indictione VI a, XVI° Kal. martii, in presentia mei infrascripti notarii publici et testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum

rogatorum, Petrus Alrici de Montilisio de bonis et rebus suis disposuit et testamentum, seum nuncupativum, seu ultimam nuncupativam voluntatem condidit et ordinavit in hunc modum, qui sequitur : In. In nomine Domini nostri Jhesu Xti. Anno Incarnationis ejusdem M°CC°LXX° septimo, XVI° Kal. martii : Ego Petrus Alrici, de Montilisio, sanus mente, licet debilis corpore, de bonis, rebus et juribus meis disposui et testamentum meum nuncupativum seu meam ultimam voluntatem nuncupativam, condo et ordino in hunc modum : Imprimis, volo et precipio debita mea persolvi, et pro hiis solvendis et persolvendis relinquo bona mea mobilia et immobilia obligata. Item domino Humberto, capellano meo, do et lego quinque solidos : — Item domino priori de Montilisio do et lego decem solidos. — Item confiteor et recognosco me habuisse et recepisse a Tarentona, uxore mea, nomine dotis et prodote Tarentone ejusdem, decem libras viamendes in pecunia numerata, et quamdam domum, quam vendidi. Pro qua domo vendita reddo sibi et assigno et restituo in solutionem domum meam, quam inhabito, sitam in castro Montilisii. Quam domum et quas decem libras predictas volo et precipio sibi reddi et restitui, tam predicta dote sua quam promelioramentis. —

Item Margaritam, filiam meam, heredem instituo in viginti quinque libris viamentibus, et pro hiis volo et precipio ipsam esse contentam de omnibus bonis meis. — Item Raymundam, filiam meam, heredem michi instituo in viginti quinque libris viamentibus, quas sibi dedi in dotem quando eam maritavi. De quibus solvi sibi et reddidi centum solidos et in decem solidis viamentibus amplius. — Item Peronetam, filiam meam, heredem michi instituo in omnibus aliis bonis meis mobilibus et immobilibus, de quibus superius non ordinavi vel inferius non ordinabo ; et illam Peronetam, filiam meam, cum bonis predictis dono Deo et domui Vallis Ste Marie, quocumque vel tempore priori seu conventui dicte domus ipsum Peronetam recipere placuerit. Cum vero dicta Peronetta, filia mea, a dicta domo recepta fuerit, si contingat ipsam, de jure vel de facto,

vel de facto, ab eadem domo aliquo tempore separari: nolo quod ipse possit dictam domum, supradictam, superdicta hereditate seu superdictis bonis inquietare vel infestari seu etiam molestare, nisi ad valorem decem librarum Viennensium, quas volo et precipio a dicta domo sibi reddi de bonis predictis, dicto casu contingente. — Executores autem hujus testamenti mei nuncupativi seu mee ultime voluntatis facio et constituo Richardum Monvendre et Audebertum de Montilibio, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis. Et volo et precipio quod ipsi executores mei clamores meos sedent et debita mea persolvant, legata mea et helemosinas compleant fideliter et attendant de bonis meis. Hoc est autem testamentum meum nuncupativum seu mea ultima voluntas, quod et quam volo et jubeo valere jure testamenti, et si non valeat jure testamenti, valeat jure codicillorum, vel jure cujuslibet alterius ultime voluntatis secundum quam melius valere poterit; et si non valeat secundum leges, valeat secundum canonicas sanctiones. Testes autem infrascripti, videlicet: Dominum Lantelmum priorem de Montilibio, et dominum Humbertum capellanum loci ejusdem, Audebertum de Montilleis, Richardum Monvendre, Lonetum Alricii, a me vocatos, rogo ut testes sint hujusmei testamenti nuncupativi seu mee ultime voluntatis; et de ipso seu ipsa perhibeant testimonium veritatis, cum necessa fuerit et super fuerint requisiti. —

Actum, hoc in domo prioratus Montilibii, anno et die quibus supra, presentibus testibus supradictis. Et ego Brunetus dictus de Hospitali, scriptor habitator Romanis, auctoritate imperiali notarius publicus predictis omnibus interfui et rogatus dicti testatoris predicta omnia scripsi, et informam publicam redegi, signoque meo signavi et tradidi. Et ad majorem certitudinem omnium premissorum sigilla domini Lantelmi prioris, et domini Humberti capellani, et Audeberti et Ponsii et Lantelmi Alricii, testium predictorum, ad preces dicti testatoris, presenti publico instrumento sunt appensa. — (Magnat, I. pag. 24. — Analyse dans Ulysse Chevalier.) —

---

60. —

60.- 1278, 24 Août. — Amédée de Roussillon, évêque de Valence et de Die, confirme la donation faite au Val Ste Marie par Pierre Alrici dans son testament du 15 février 1278. —

Nos A(madeus) de Rossilione, per miserationem divinam, Valentinensis et Diensis episcopus, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, cum Petrus Alrici de Montilisio legaverit seu donaverit in sua ultima voluntate domui Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, omnia bona sua, exceptis bonis aliis que aliis personis legavit, prout in quodam instrumento, super hoc facto, publico per manum Brunati dicti de Hospitali habitatoris Romanum, publici notarii, et quinque sigillis, videlicet, domini Lantelmi prioris de Montilisio, et domini Humberti capellani de Montilisio, Audebati, Poncii et Lantelmi Alrici, sigillato, plenius vidimus: quatinus nos donationem predictam seu legatum dicte domui ab eodem Petro Alrici sic factam seu factum, et prout in dicto instrumento continetur: laudamus, confirmamus ac etiam approbamus et perpetuo ratam seu ratum habemus, salvo jure domini nostri magni Pauli (al)? eliano. In cujus rei testimonium, presenti ratificationi et approbationi, prout superius declaratur, nos supradictus episcopus sigillum nostrum jussimus seu mandavimus apponi. Datum et actum apud Valentiam, die mercurii in festo beati Bartholomei apostoli, anno Domini M°CC°LXX°VIII°. — (Magnat, I. pag. 27 et 28. — Analyse dans Ulysse Chevalier.). —

61.- 1278, 24 Août. — Le même évêque de Valence confirme au Val Ste Marie l'allongement des pâturages de Montalieu fait à la Chartreuse en déc. 1256, et en particulier de pouvoir faire traire 6 bœufs dans tout le territoire dudit Montalieu.

Nos A(madeus) de Rossilione, miseratione divina Valentinensis et Diensis episcopus, notum facimus universis, quod, cum predecessores nostros concessum sit religiosis patribus domus Vallis Ste Marie, ut ipsi habeant

habeant et habeare valeant apud Montilibum, et in territorio ejusdem castri, sex bovas, prout in quodam instrumento, sigillo capitali Valentinensis sigillato et Bulla Valentin. bullato, plenius continetur : Nos, dictarum predecessorum vestigiis inhærentes, dicte domui et religiosis fratribus ejusdem domus damus et concedimus, quod dicti sex boves et non plures apud Montilibum et in mandamento ejusdem castri habeant et teneant, secundum quod in predictis litteris, super hoc confectis, continetur (v. infra hanc nr. 1256). Laudantes, ratificantes ac etiam confirmantes quicquid alias statutum est de sex bobus predictis, sane etiam ordinatum per illustrem virum dominum Philippum quondam primo maria? Lugdunensis ecclesie electum, nec non et procuratorem, tunc temporis ecclesie Valentinensis, et per plures alios viros, prout continetur in instrumento predicto. Universis et singulis castellanis, correariis ac ceteris publicis nostris nichilominus inhibentes ne religiosos viros fratres predictos super dictis bobus perturbant, inquietant aliqualiter seu ab aliquo inquietari permittant, imo potius eos custodiant et defendant, permittentes eos, cum bobus predictis, terras excolere et arare ac commodum suum et utilitatem suam facere, prout eisdem melius videbitur expedire. Si vero aliquis habitator Montilibi super hoc sentiat in aliquo aggravari, coram nobis seu curia nostra comparent, cum religiosus vir prior dicte domus paratus sit omnibus de re conquerentibus exhibere justitie complementum. In cujus rei testimonium et firmitatem, sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M°CC°LXX° octavo, in festo beati Bartholomei. —

(Magnat. I. pag. 27. — Analyse dans Ulysse Chevalier.) —

---

62. — 1279, 16 Nov. — Marguerite Alrici reconnait avoir reçu du prieur du Val ste Maria les 25 livres viennoises, à elle léguées pour sa dot par son père Pierre Alrici. Voir 1278, 15 février. —

Nos magistar Girardi ita officialis Valentinensis, notum facimus universis ad quos presentes littere pervenerint, quod in nostra presentia constituti Martinus

Martinus Grosa et Margarita, ejus uxor, de Montilibus, confitentur et in veritate recognoscunt sibi satisfactum, et integraliter et plenarie a religioso viro domino I. priore valis Ste Marie, in viginti quinque libris Viennensibus, quas ipse responderat pro Petro Alrici, patre supradicte Margarite, pro dote et nomine dotis supradicte Margarite. De quibus viginti quinque libris ipsum dominum priorem et domum suam et bona dicti prioratus, quacumque sint et ubicumque, liberant et quittant predicti conjuges totaliter et absolvunt, et pactum de non petendo quomodocumque in posterum, a dicto domino priore vel ejus successoribus eidem domino priori faciendo. Promittunt etiam predicti conjuges, bona fide et per juramentum, coram in sancta Dei evangelia corporaliter prestitum, sub obligatione bonorum suorum omnium, se non (repetituros) aliquid de cetero in bonis dicti Petri Alrici; sed eumdem Petrum et bona sua quittant et solvunt et penitus liberant, et omnino supradicta universa et singula, prout dicta sunt superius et narrata, promittunt dicti conjuges sorata et firma tenere, et contra per se vel per alium non venire, corporali super hoc ab ipsis prestito juramento. Renuntiantes in hoc facto dicti conjuges, ex certa scientia et in virtute prestiti juramenti, exceptioni doli, mali metusque causa erroris, et in factum actioni et exceptioni dicte satisfactionis non facte, seu non rite facte, ex causa predicta, et omni juris auxilio et beneficio seu defensioni, quibus contra predicta vel aliquid de predictis possemus, per nos vel per alium, facere vel venire: et juri dicenti generalem renuntiationem non valere, nisi processerit specialis. — Actum anno Domini M° CC° LXX° IX°, XVI° Kalendas decembris, testibus presentibus: pa... Pontio de Chalanco, et domino B... Capellano. In quorum testimonium, nos dictus officialis, ad preces dictorum conjugum, presentibus apponi sigillum curie Valentie. — (Magnat, I. pag. 28. — Analyse dans Ulysse chevalier.—)

63.— 1281, 3 Juin. — « Le 3 Juin 1281, indiction 9e, Saysse, veuve d'Etienne de Roins, bourgeois de Romans, et son fils Etienne vendirent à Lagier Fabri, aussi bourgeois de Romans, un emplacement (palagium), situé à Romans, dans la Pavigne

la Pavigne (in Pagavia), près de la maison de feu Guillaume Barlat et de celle de Durand de Vienne dont il était séparé par la rue qui donne dans le courtil du Bruc. On note qu'il était du domaine du sacristain de St-Barnard de Romans, à qui il faisait un denier de cens annuel. L'acte fut passé dans la maison des anniversaires de l'église, que habitait le notaire Brunet dit de l'Hôpital. → (Ulysse Chevalier.) —

64.- 1281, 13 octobre. — Martin, lieutenant du commandeur des Templiers de Valence, avec l'assentiment du maître des maisons de la province, donne en emphytéose perpétuelle au prieur du Val Ste Marie, D. Gontier, un moulin situé à Montalieu en Taunac, moyennant 16 livres Vien. d'intrage et un cens annuel de 2 setiers de froment : —

Nos frater Martinus, tenens locum preceptoris domus Militie Templi Valentie, notum facimus universis, ad quos presentes littere pervenerint, quod nos, considerata utilitate dicte domus Templi Valentie, de voluntate et assensu domini fratris Poncii de Brocto, domorum Militie Templi in provincia magistri venerabilis, et de consilio fratrum nostrorum, fratris Petri Girardi, fratris Johannis Eschyron, fratris Willelmi Diderii, damus et concedimus imperpetuum, emphitosim, ac etiam accensamus, pro nobis et successoribus nostris in dicta domo Templi Valentie, vobis fratri + Gontero, priori Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie, Dyensis dyocesis, recipienti nomine vestro et nomine dicte domus et conventus et fratrum dicte domus Vallis Ste Marie, et successoribus vestris in dicta domo imperpetuum : mounarium seu molendinum quod habemus en Taunac, in tenemento seu mandamento Montilisii, cum orto et prato sitis ante ipsa juxta, et cum tribus quartalatis terre, que tenebat Petrus Olrici. Et contiguant mounarium et pratum et ortus, ex una parte, prato nostro Vallis Ste Marie, ex parte boree : et ex uno via de Chanavella ; et ab oriente, prato Templi, alvcomedio ; et dicte tres cartalate terre contiguant ex una parte, vie de Chanavella : et ex altera, vignali Petri Olrici, et si qui alii

qui alii sunt confines : damus, inquam, et concedimus vobis dicto priori recipienti nomine dicte domus Vallis Ste Maria imperpetuum et vestro et successorum vestrorum, in dicta domo, dictum manuarium, sive molendinum, et ortum et pratum et dictas tres cartalatas terre, ad habendum, tenendum et perpetuo possidendum, et quicquid vobis et successoribus vestris in dicta domo et dicte domui perpetuo placuerit faciendum, cum ingressibus et egressibus, aquagiorum ductibus et aliis pertinentiis ad dictum molendinum seu manuarium, et ad ortum et pratum et terram predictam pertinentibus seu spectantibus ; et cum omni jure, usu, actione et acquisitione nobis et domui Templi Valentie, in dicto manuario seu molendino, prato et orto et terris prefatis spectantibus seu pertinentibus ; salvis et retentis domui Templi Valentie ducibus sextariis frumenti annualibus, ad mensuram Valentie, solvendis perpetuo dicte domui Templi annuatim, in festo Ste Michaelis : sine aliqua alia exactione, usagio, seu alia servitute ; quia illi, qui antea tenuerant, unam eminam frumenti et alium ordei tantummodo persolvebant predictis, seu faciebant. — Et pro investitura, introgio seu capite confitemur et recognoscimus vobis, dicto priori, nos a vobis habuisse seu recepisse, nomine introgiorum, capitis, viginti sex libras Valentie in pecunia numerata quas confitemur et recognoscimus in utilitatem domus Templi totaliter fore versas. — Unde promittimus, bona fide, pro nobis et successoribus nostris imperpetuum, in dicta domo Templi, vobis dicto domino G. priori Vallis Ste Marie, recipienti nomine vestro et conventus et fratrum, et domus Vallis Ste Marie, dictum manuarium seu molendinum, pratum, ortum et terram cum suis aquis et locatibus et aliis pertinentiis suis, ingressibus et egressibus defendere, salvare, manutenere contra omnes et ab omnibus, secundum bonas consuetudines terre, garentire ; et de evictione vobis promittimus, bona fide, etiamsi ab alio plus posset inveniri ; et si plus valent res predicte, totum plus valens damus vobis, nomine domus Templi, et domui Vallis Ste Marie, donatione pura, simplici, irrevocabili et inter vivos.

Renunciantes

Renunciantes, in hoc facto, nos frater Martinus, nomine nostro et nomine domus Templi, exceptioni doli, mali et metus actioni, et non habita et non recepte pecunie, et non facte assensationis sive dationis et concessionis in emphiteosim sive alia non facte, beneficio restitutionis in integrum, nomine domus Templi: et omni alii juri canonico et civili, scripto et non scripto et consuetudinario, per quod nos vel successores nostri in dicta domo, contra predicta vel aliquid de predictis possemus, per nos vel per alium, facere vel venire. — Acta fuit hec assensatio seu concessio anno Domini M°CC°LXXX° primo, in domo Lyoncelli, tertio idus octobris, testibus presentibus: fratre Hugone, priore de Silva; fratre Umbarto, priore de (Poitou(ia)): fratre Laurentio et fratre Benedicto, fratribus dicte domus: et Guigone Bajulo valentie: Guit.. de Turnone; Jacobo Francoisi presbytero: Pasqueto et Johanne de Lugduno notariis et pluribus aliis fide dignis vocatis et rogatis.

Hanc autem donationem et concessionem rerum predictarum, factam vobis priori Vallis Ste Marie, predictorum monasterii sive molendini, prati, orti sibi adjacentibus, et terciam cartalatarum terre, per dictum fratrem Martinum, tenentem locum preceptoris domus Templi Valentie, Nos frater Poncius de Broto, magister humilis domorum Militie Templi in Provincia, volumes rata, grata et acceptata habemus et laudamus, et contra nos non venire, promittimus, heredibus et nostris successoribus, promittimus. In quorum testimonium, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum; et nos dictus frater Martinus, nomine etc...

(Magnat. IX. pag. 1-3. — Analyse dans Ulysse Chevalier.). —

---

65. — 1281, 3 Déc. — Guillaume Chabreta, de Chabeuil, et sa femme Guillemette approuvent la vente d'une pièce de terre à Montalieu aux Mantoulas, faite par Bernard Gras, autrefois mari de ladite Guillemette, au Val Ste Marie pour le prix de 7 livres Viennoises. Pour cette confirmation ce prieur D. Gontier leur remet 46 sols, 2 setiers de froment et 4 de seigle,

qu'ils

qu'ils devaient à la Chartreuse. —

Noverint universi presens publicum instrumentum inspecturi et audituri, quod, cum questio verteretur inter religiosos viros priorem et conventum Vallis Ste Marie, ex una parte; et Guillelmum Chabrete, de Chabeola, et Guillelmam ejus uxorem, filiam Lagerii quondam, ex altera: super quadam pecia terre sitam in mandamento Montelicii, juxta viam que ducit de Montelicio ad Valentiam, ex una parte; et juxta manum de las Motolas, ex altera; quam peciam terre eisdem priori et conventui Vallis Ste Marie vendidit mag. Bernardus Grassi, quondam maritus Guillelme, ut dicebant; quam quidem peciam terre fuerat de dote dicte Guillelme, ut dicebat; que vendita fuerat dictis priori et conventui precio sopitam librarum Viennensium, ut dicebant: Quod anno ab Incarnatione Domini M°CC°LXXX° primo, indictione nona, in mensi decembris (entête d'dt 3e mensis - Ut. chev. à aussi 3 dec.); in presentia mei infra scripti publici notarii et testium subscriptorum, dicti Guillelmus Chabrete et Guillelma, ejus uxor, non coacti, non decepti, non vi, non dolo, nonnullo ducti, neque ullo alio modo circumventi, sed certi et consulti et spontanea voluntate ducti, ut dicebant, dictam venditionem dicte pecie terre factam, predictis priori et conventui Vallis Ste Marie per dictum Bernardum Grassi volucrunt, laudaverunt, concesserunt et ratificaverunt, et promiserunt, bona fide, dicti Guillelmus et Guillelma conjuges et super sancta Dei evangelia corporaliter juraverunt dictam venditionem attendere et servare, et superius et adpositum et se contra ipsam venditionem, in parte vel in toto, illo tempore, non venturos, per se vel per alium, in judicio vel extra, verbo vel facto; et quod dictam venditionem, pro se et successoribus suis, ratam et firmam servabunt. Verum sciendum est, quod predicta laudatione, concessione et confirmatione venditionis predicte, frater Guntarius, tunc temporis prior Vallis Ste Marie, eisdem Guillelmo et Guillelme conjugibus relinquit et quittavit videlicet, quadraginta sex solidos Viennensium, que reclamabat

duo sextaria frumenti et quatuor sextaria siliginis, que omnia supradicta dicti Bernardus Gras et dicta Guillelma, quondam uxor sua, debebant, ex causa mutui, domui Vallis Ste Marie supradicte. — Renunciantes siquidem, in hoc facto, dicti Guillelmus Chabrata et Guillelma, ejus uxor, exceptioni non numerate et non soluta pecunie, et spei future numerationis, doli, metus et in factum actioni; privilegio fori, oblationi libelli, epistole divi Adriani, constitutioni (presenti [illegible] omni) per quod deceptis in contractibus ultra dimidiam justi pretii subvenitur; conditioni sine causa et omni beneficio restitutionis in integrum; omnibus privilegiis, graciis et litteris a quocumque principe, domino vel judice concessis et concedendis; exceptioni conditionis non facte et non secute facte, et omni auxilio et beneficio juris tam canonici quam civilis et juri dicenti generalem renunciationem, nisi precesserit specialis. Voluntas hanc generalem renunciationem, prout valere debet, omnibus juribus sibi competentibus superius specialiter renunciarunt. Item, voluerunt et concesserunt dicti Guillelmus et Guillelma conjugas, quod simul vel pluries presens publicum (instrumentum), ad consilium cujusdam sapientis vel plurimorum, possit fieri et dictari.

Actum extra Chabeolum, in platea Ospitalis ejusdem loci, ubi fuerunt testes vocati et rogati, videlicet: frater Guillelmus Perdicis preceptor dicti Ospitalis, Oricionus Burs e Domicellus, Bernardus Varachon de Burgundia... Ugo Gaufridus de Briquaville, imperiali auctoritate publicus notarius, hiis omnibus interfui et, de voluntate dictorum Guillelmi et Guillelme conjugum, et rogatus ab eisdem, presentem cartam scripsi et tradidi signoque meo signavi. —

(Magnat, IX, pag. 3-4. — Analysé dans Ulyne Chevalier). —

---

66. —

1282, 12 Nov. — « Le 12 nov. 1282 nous trouvons Une vente faite par Pierre Quintenat, et Ion épouse, habitants de Romans, à Lagier Fabri, bourgeois de la même ville; ils lui cédèrent une maison située à la Lavigne

à la Savigne, au prix de 6 livres viennois et, elle fait 12 deniers de cens annuel à l'once de Valence. Guillaume Seignoret le porta caution, en présence des témoins et du notaire Pierre Fabri de Voiron. ✠ Ulysse Chevalier.

67.- 1283, 17 Juin. — Jean Mercier, bourgeois de Romans, vend pour 8 livres viennois à Lagier Fabri et à Nicolas Lagier, aussi bourgeois de Romans, 5 sols, 2 deniers et 3 poules de cens annuel qu'il perçoit sur différentes maisons à Romans dans la rue de Malaroa.

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Per presens publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod, cum Johannes Mercerii, burgensis Romanis, teneret a Lagerio Fabri et Bartholomeo Fabri, fratribus, et a Nicholao Lagerii, nepote eorum, burgensibus Romanis, quinque solidos et duos denarios viennenses et tres gallinas censuales quos et quas percipiebat in villa Romanis, scilicet in carreria de Malaroa; de quibus facit Guigona filia quondam Hugonis de Sancto Joyre duodecim denarios viennenses et unam gallinam censuales pro domo sua; quam ipsa inhabitat, sita in dicta carreria, juxta domum Petri Brunelli quondam, ex una parte, et juxta domum Johannis Curardi quondam, ex altera; Item, relicta dicti Petri Brunelli quondam facit duodecim denarios viennenses et unam gallinam censuales pro domo ipsius Petri Brunelli quondam, sita ibidem juxta domum dicte Guigone, ex una parte, et juxta domum Bonetti Gibelini, ex altera; Item Richardus Chirons de Sancto Donato facit duodecim denarios viennenses censuales pro domo, que fuit Richardi Aymon quondam, sita ibidem, juxta domum Guigonis Romani, ex una parte, et juxta domum Anthonii Macellarii, ex altera. Item dictus Anthonius Macellarii facit duodecim denarios viennenses et unam gallinam censuales pro dicta domo sua, sita ibidem, juxta domum dicti Richardi Aymon quondam, ex una parte, et juxta domum Jacquineti Aurifabri, ex altera; — Item dictus Jacquinetus Aurifaber facit duodecim denarios viennenses censuales

pro domo

pro domo sua sita ibidem, juxta domum Orphane quondam, ex una parte, et juxta domum dicti Anthonii, ex altera; Item Juvenis Audoardi facit duos denarios Viennenses census, pro porta et curia Juliani Audoardi quondam, patris sui, sitis ibidem, juxta domum Johannis Joffredi quondam, ex una parte, et juxta domum Martini Oyant quondam, ex altera; tenerat, inquam, dictus Johannes Marcerii dictos census a predictis Lagerio et Bartholomeo et Nicholao sub censu annuo duodecim denariorum Viennensium, quos dictis Lagerio et Bartholomeo et Nicholao, amicis singulis, facere et facere tenebatur: Ipse idem Johannes Marcerii non coactus, nec deceptus nec aliquatenus ab aliquo circumventus, set certus, spontaneus et consultus, nomine suo et heredum atque successorum suorum, vendidit et tradidit vel quasi, titulo perfecte et irrevocabilis venditionis, puere, libere, absolute, prout melius et sanius potest intelligi sive dici, imperpetuum habere concessit, anno sicilicet Incarnationis Dominice M°CC°LXXXIII°, Indictione VI^a (sic l'indiction era 1283 a la XI^e) XV° Kalendas Julii, in presentia mei infrascripti notarii publici et testium subscriptorum, supradictis Lagerio Fabri et Nicholao Lagerii, ementibus et recipientibus communiter pro indiviso, nominibus et heredum atque successorum suorum imperpetuum, census supradictos cum omni jure et dominio, usu, actione seu requisitione sibi in ipsis vel in ipsis competente modo aliquo seu aliqua ratione: ad habendum, tenendum, possidendum vel quasi, et quicquid dictis Lagerio et Nicholao Lagerii et eorum heredibus et successoribus de dictis censibus deinceps imperpetuo placuerit faciendum: precio octo librarum Viennensium; de quo precio dictus venditor confessus fuit et recognovit publice, ad requisitionem predictorum emptorum, sibi ab eisdem emptoribus fuisse plenarie satisfactum, in pecunia numerata, etc.. Les interminal les formules ordinaires, se devestit et investit les achetaurs Promettant etc.... Renuntians etc.... Se devestit entre les mains de Barthelemy Fabri quand a la domaine pour un quint sur les cens vendus; et Barthelemy investit les achetaurs.

Actum Romanis in operatorio ecclesie, quod dictus Lagerius Fabri tenet, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus: Arnaldo Boulardi, Radulpheto filio quondam Radulphi de Moyranco, et Porceto Matellarii, habitatoribus Romanis. —

Post hec autem dictus Nicholaus Lagerii sciens, prudens et spontaneus, sine vi

sacevi, sine dolo et sine violentia, amoquo supra V° nonas Julii (1283, 3 Julii) coram me notario et testibus infrascriptis, cum ipse nichil solvisset de precio supradicto, ut dicebat: mediatatem sibi contingentem cum censuum predictorum, quos ipse et dictus Lagerius Fabri communiter pro indiviso emerant a dicto Johanne Marcarii, prout superius continetur, nomine suo et suorum, cessit, querpivit, desamparavit imperpetuum, penitus et quittavit supradicto Lagerio Fabri, recipienti nomine suo et suorum heredum et successorum: nichil dictus Nicholaus sibi vel suis penitus retinens in eisdem, jure tamen dominii et census sibi debito in predictis sibi in omnibus semper salvo. Promittens etc... ne aliquo facere contra... Renuntians etc... à tout ce qui pourrait lui servir pour aller contre cette cession...

Actum Romanis in operatorio supradicto, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus: Radulphato filio quondam Radulphi de Moyranco supradicto, et Guigonet Fabri, habitatoribus Romanis... Et ego Brunetus Dictus de Hospitali, scriptor, habitator Romanis, auctoritate imperiali notarius publicus predictus omnibus interfui, et presens publicum instrumentum scripsi signoque meo signavi rogatus et tradidi. — Et est sciendum quod mediatas dominii et census predictorum, censuum videlicet tres denarios, est et esse debet Nicholai Lagerii superius nominati. — (Magnat. II. pag. 9, dans un vidimus de 1305). —

---

68. — 1283. — « Nous trouvons, sous la date de 1283, un acte d'acquisement de Guillaume Malaton et de ses frères, et de Guigues Allodi, gentilshommes de Bouvante, pour la grange de Malatra, dont l'original manquait en 1704. » Ulysse Chevalier. —

---

69. — 1284, 11 Août. — Bontous Gibelin vend pour 120 livres Viennois, au prieur du Val de Ste Marie, une vigne au territoire de Romans en Conques, signalée plus loin dans la reconnaissance de cette vente 1285-19 oct. —

---

70. — 1284, 1er Déc. — « Le 1er Dec. 1284, Ponet et Hugonet Masart, frères, de Montelier, vendirent au frère Gontier, prieur du Val Ste Marie, cinq setérées

sitorées de terre sises au mandement de Montélier, confrontées aux terres du prieuré de St Félix de Valence, d'Audebert, damoiseau, de Sornin et de Lantelme Olrici, au prix de cent sols viennois et 12 deniers de cens. Maître Girard, official et chanoine de Valence, appose à l'acte le sceau de la cour. ?? Ulysse Chevalier.

---

71. - (1285. st.n.) 1284, 7 Mars. - Pierre Raynaud, prieur de Montélier, avec la permission du prieur de St Félix de Valence, albergue au Val Ste Marie une terre située à Montélier et touchant d'un côté à une propriété de la chartreuse, sous le cens annuel de 12 deniers Viennois. -

Nos Petrus Reymundi, prior de Montilisio, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos, pro utilitate et commodo dicti prioratus nostri, de consensu fratrum nostrorum ac etiam de mandato domini Lantelmi de Quinto, prioris nostri Ste Felicis : licentes, presentes et spontanei accensamus et titulo perfecte et pure accensationis tradimus, concedimus, et concedimus in perpetuum, religioso viro fratri Gontario, priori Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, et per ipsum, suis successoribus universis, quandam peciam terre, sitam in mandamento Montilisii, juxta (terram) Bertrandi Montiventris, a parte vente, ex una parte : et juxta terram domus Vallis Ste Marie, a parte boree, parte ex altera : et si qui alii sunt confines, cum omnibus ingressibus, egressibus, edificiis et pertinentiis, juribus et actionibus dicte terre accensate sub annua censu duodecim denariorum Viennensium, a dicto fratre Gontario et ejus successoribus, nobis et nostris successoribus annis singulis, in perpetuum, solvendorum. Damus etiam et concedimus dicto domino Gontario nomine domus sue predicte recipienti, omnia jura omnesque actiones reales et personales, que nobis ..... dicte terre accensate competunt et possunt competere vel videntur. Et dictum priorem Vallis Ste Marie de dicta terra investimus, et verum facimus possessorem. Promittimus sibi, bona fide et per stipulationem, ipsum priorem et ejus successores, propriis nostris, defendere

defendere et manutenere, pro nobis et nostris successoribus : si quis forte, super dicta terra accensata, sibi aut quis successoribus, quastionem de cetero moverit vel queralam, quod omnia supradicta promittimus attendere, et contra, per nos vel per alium, factum vel verbo, in toto vel in parte, de cetero non venire, nec aliquid contravenire volenti dare consilium vel assensum. — Renunciamus, in hoc facto, exceptioni dicte accensationis non facte, beneficio restitutionis in integrum, et juri dicenti generalem renunciationem non valere specialis precesserit constitutioni. ..... et omnibus privilegiis impetratis et impetrandis : et omni alii juri, per quod contra predicta vel aliquid de predictis venire possemus, vel eadem aliquatenus impugnare : ac omni alii juri canonico et civili. Et in testimonium veritatis, sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. — Hanc autem accensationem Nos Lantelmus de Quinto, prior sancti Felicis Valentie, laudamus et confirmamus et sigillum nostrum, una cum sigillo conventus nostri, presentibus litteris duximus apponendum in robur et testimonium promissorum.

Datum (nonis Ill. chavalcar) Marcii, anno Domini M°CC° LXXX° quarto. — (Magnat. IX, pag. 4. X n'a pas déchiffré la jour : Analyse dans Ulysse Chevalier.) —

---

72. — 1285, 17 oct. — Bontous Gibelin reconnait avoir reçu du procureur de Val Ste Marie, D. Guillaume Baudoin, 60 livres Viennois sur le prix d'une vigne dans terroire de Romans, en Conquiers, qu'il a vendu à la chartreuse 120 livres. —

In nomine Domini nostri Jesu Xti. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis Dominice M°CC° LXXXV°, indictione XIIIa, XV Kal. novembris, et in presentia mei infrascripti notarii publici et testium subscriptorum, Bontous Gibelini filius quondam Armandi Gibelini burgensis quondam Romanis, sciens, prudens, sponteneus confessus fuit et publice recognovit, ad instantiam et requisitionem

× et ragnisitionem fratris Guillelmi Baudoyni, procuratoris domus Vallis beate Marie, cartusiensis ordinis, se habuisse et integre recepisse ab eodem fratre Guillelmo Baudoyni, procuratore predicto, solvente nomine procuratorio domus predicte, sexaginta libras viennensis in pecunia numerata, de sex viginti libris viennensibus, quas dicta domus Vallis eidem Bontos debebat ex emptione cujusdam vinee, site in territorio de Romanis, sicilicet en Cougnars, juxta vineam Jahannetti Gibelini, fratris ipsius Bontosi, ex una parte: et juxta vineam Mathei Gibelini, fratris ejusdem Bontosi, ex altera. De quibus 60 libris viennensibus supradictis se tenuit dictus Bontosetus plenarie propagato; et de ipsis eisdem 60 libris dictus Bontosetus Gibelini, nomine suo et heredum atque successorum suorum, quittavit supradictam domum Vallis et priorem et conventum domus ejusdem, et bona et successores eorum liberavit penitus et absolvit; pactum dicto fratri Guillelmo Baudoyni, procuratorio nomine dicte domus, faciens de non petendo ultrius imperpetuum ab eadem domo, seu a dicta priore vel conventu seu successoribus eorum. Ipsas 60 libras viennensibus supradictas promittens dictus Bontosetus Gibelini, nomine suo et heredum atque successorum suorum, bona fide, supradicto fratri Guillelmo, nomine procuratorio dicte domus Vallis sollempniter stipulanti, quod contra solutionem, sibi factam, et contra quittationem, liberationem et absolutionem predictas non veniet vel faciet, per se vel per alium, in toto vel in parte, in judicio vel extra, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto: nec alicui contra venire volenti prebebit consilium vel assensum. Renuncians dictus Bontosetus, bona fide et ex dicta scientia, in hoc facto, exceptioni non numerate pecunie, non habite domo recepte, et dictarum quittationis, liberationis et absolutionis non factarum, secundum quod superius est expressum, spei future numerationis et receptionis, doli et in factum actioni, et omni alii juri tam canonico quam civili, quod sibi vel suis suffragari posset, ad veniendum vel faciendum contra predicta vel aliquid predictorum, et juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit

procuratoris specialis. — Actum Romanis in domo Amicorum, quam ego infrascriptus notarius inhabito, presentibus et advocatis et rogatis testibus: fratre Stephano Carpentario, conversis dicte domus Vallis, Johanne Merle corratario, et Guillelmo Magistri, habitatoribus Romanis; et Ego Brunetus dictus de Hospitali, scriptor, habitator Romanis, auctoritate imperiali notarius publicus interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi rogatus et tradidi. —

(Magnat, IX. pag. 5. - Analyse dans Ulysse Chevalier). —

---

73. — 1285, 17 octobre. — Pierre Moulin, procureur des prêtres de l'église de St-Barnard de Romans, vend à Bonto de Gibelin, pour 6 livres et 4 sols viennois, les 6 deniers de cens annuel que les dits prêtres percevaient sur la vigne au Conquers vendue à la chartreuse. —

Nos Petrus Molini, sacerdos ecclesie Ste Barnardi de Romanis, procurator presentium sacerdotum, ejusdem ecclesie, Notum facimus universis presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis, quod, cum Bontos dictus Gibelini, filius quondam Arnaudi Gibelini burgensis quondam Romanis, clim vendidit domui Vallis Ste Marie, cartusiensis ordinis, quondam vidasam, sitam in territorio de Romanis, scilicet en Conquers, juxta vineam Johannetti Gibelini, fratris dicti Bontos ex una parte, et juxta vineam Matthei Gibelini, fratris ejusdem Bontos ex altera: et juxta viam per quam itur versus ulmum Ste Andree, ex altera; et tres (denarios) censuales vel circa dicte vinee (faciunt) et facere (tenentur) domui sacerdotibus supradictis.

Nos Petrus Molini, procurator dictorum sacerdotum, nomine eorum, ex certa, non decepti nec aliqualiter ab aliqua circumventi, sed certi, spontanei et consulti et etiam pro utilitate dictorum sacerdotum et commodo, ... nomine procuratorio sacerdotum eorum, vendimus et concedimus vel quasi, et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis ..... prout melius et amplius potest intelligi sive dici, imperpetuum habere concedimus supradicto Bontos Gibelini, emenli et recipienti nomine suo et heredum atque

atque successorum, morum, imperpetuum, dictos tres denarios cum ... omni jura et dominio, actu actiona seu requisitione, dicti sacerdotibus in ipis tribus denariis competentia modo aliquo seu aliquatione, ad habendum tenendum, possidendum vel quomodo et quicquid dicto Bontoreto et ejus haredibus et successoribus, a dictis tribus denariis causis, deincaps perpetuo placuerit faciendum: precio 10 librarum et quatuor solidorum. (Quod precium) nos Petrus Molini, procurator supradictus, confitemur, nomine procuratorio dictorum sacerdotum, publice et recognoscimus, ad requisitionem dicti Bontoreti Gibolini, nos habuisse et tracepisse et mobis tradictum et solutum, facta ab eodem Bontoreto instrumenta, et in utilitatem dictorum sacerdotum totaliter factum ... Cedentes nos Petrus Molini, procurator supradictus, nomine procuratorio dictorum sacerdotum, concedentes, et dicta causa venditionis, eidem Bontoreto recipienti vel quasi, omnia jura et omnes actiones reales et personales, directas, meras, mixtas et anormales, ut arias et consuetudinarias, et omnes alias, que dictis sacerdotibus in tribus dictis denariis vicinalibus eorum vel ipsis, vel pro ipsis, competebant vel competere videbantur aut possunt competere ullatenus in futurum. Et ea ipsis tribus denariis etc. ... nos devestimus ... et dictum Bontoretum ... investimus ... promittentes ... etc. formulas ordinarias ... Renuntiantes: etc. ... juri dicenti quod si dolus vel causa contractui non tenent contractus; et si incidat in contractum, quod ejus possit adrasi dari supplementum: et illi clausule generali que dicendit ex edicto pretoris: ligna juste causa mihi dabitur: et illi authentice: hoc jus porrectum est; petitioni et oblationi libelli, transcripto et editioni prescriptum litterarium; et omni alio juri ... Ita teste à l'ordinaire ...

Actum Romanis in capitulo ecclesie supradicte, XV° Kalendas Novembris, anno Incarnationis Dominice M° CC° LXXXV°, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus: Dominis Petro Coignete, Guillelmo Arodfredi et Petro Coduraxii, presbyteris, et Johanne Merli cayratorio, habitatoribus

habitatoribus Romanis. — Super omnium predictorum testimonium et firmitatem, et perennem memoriam, impostarum habendam, nos Petrus Molini, procurator supradictus, sigillum dictorum sacerdotum duximus presentibus apponendum. —

(Magnat, t. X, pag. 6-8. — Analyse dans Ulysse chevalier, qui dit à tort 6 deniers de cens au lieu de bois.)

---

74. — 1285, après 17 octobre. — Bontous Gibelin reconnait avoir vendu le 11 août 1284, au prieuré du val Ste Marie, D. Gontier, pour 120 livres viennoises, une vigne située au territoire de Romans en Conquers, et avoir été intégralement payé. —

(« Cette charte fort laconique mérite quelque partie de son contenu » dit l'abbé Magnat.)

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen, per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Domini Mo CCo LXXXIIIIo (1285, dit Ulysse chevalier, ouvrage qui lui est certainement après les précédentes) in presentia mei inscripti notarii publici et testium subscriptorum... Bontous Gibelini, filius quondam Amandi Gibelini..... ipse aliquatenus ab aliqua circumventus, set certus, spontaneus..... confessus fuit et publice recognovit, et instanti anno

+ ..... viri Domini fratris Gontarii, prioris domus Vallis Ste Marie, canonicorum ordinis, scilicet anno Incarnationis Dominice Mo CCo LXXXIIIIo (IIIo, Ul. chev.) Idus Augusti (11 août), nomine suo et suorum heredum et successorum, de suo proprio alodio vendidisse et ea causa vendicionis irrevocabiliter, pure, libere et absolute in perpetuum habere concessisse, secundum bonas consuetudines Romanis, dicto Domino priori Vallis Ste Marie, emente in perpetuum, et recipiente quandam vineam cum ejus pertinentiis et appenditiis, ingressibus et egressibus universis, sitam in territorio de Conquers, juxta vineam Mathei Gibelini, fratris dicti Bontosati, ex una parte; et

juxta vineam

juxta vineam Guillelmi et Bertrandi Barlatarii, fratrum, ex altera, et juxta vineam liberorum Andree Gibelini grandam, ex altera; ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, possidendum, et quicquid dicto domino priori et successoribus ejus et dicte domui Vallis Ste Marie placuerit perpetuo faciendum; precio sex viginti librarum Viennensium. Quod precium, dictus Bontoratus Gibellini confessus fuit et recognovit publice coram me notario et testibus infrascriptis, ad instantiam et requisitionem dicti domini prioris, se habuisse et integre recepisse, et sibi traditum, et solutum fuisse ab eodem domino priore, nomine suo et nomine dicte domus Vallis Ste Marie, in bona pecunia numerata. Cedens dictus Bontoratus Gibellini, et concedens ex dicta causa venditionis, coram me notario et testibus infrascriptis, supradicto domino priori, recipienti vel quasi nomine suo et suorum successorum et nomine dicte domus Vallis Ste Marie, omnia jura et omnes actiones et requisitiones ... et jura tam reservatoria quam possessoria, omnesque actiones reales et personales .... cum pertinentiis et appenditiis .... Investivit ..... per traditionem unius baculi ... de eisdem, et in possessionem .... predictorum, secundum bonas consuetudines Romanie .... per juramentum, super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum ab eodem, et sub obligatione omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, presentium et futurorum, supradicto domino priori, nomine suo et successorum suorum et nomine dicte domus Vallis Ste Marie solempniter stipulanti ... re evictione predicte vinee vendite; et dictam venditionem attendere, et ratam et firmam tenere in perpetuum, servare et mungnam contra facere vel venire, per se vel per alium, in toto vel in parte, in judicio vel extra, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto: nec aliqui contradicere volenti modo aliquo consentire. Unde dictum dominum priorem et successores suos et dictam domum Vallis Ste Marie .... ratione ubique et perpetuo defendere propriis sumptibus et expensis, secundum dictas bonas consuetudines Romanie, si forte eidem domino priori vel successoribus ejus seu dicte

domui Vallis

Domui Vallis Ste Marie, super dicta vinea vendita vel aliqua ejus parte, ab aliquo imposterum questio moveatur; et facere totaliter et prestare quicquid venditor in causa evictionis tenetur et debet facere vel prestare, de contractu dine et de jure; Et nichilominus ipsi dicto domino priori et successoribus ejus et dicte Domui Vallis Ste Marie restaurire etiam omnia dampna, costamenta, interesse, gravamina et expensas, que inde ipse dominus prior vel successores ejus seu dicta Domus Vallis Ste Marie, simplici verbo suo, sine testibus et juramento aliquo, dicere voluerint se, pretexte dicte evictionis causa, sustinuisse. ... Renuntians dictus Bontonus Gibelini, sub virtute prestiti juramenti et ex certa scientia et per pactum. ...

Actum Romanis in domo dicte Vallis Ste Marie, presentibus advocatis et rogatis testibus: Matheo Gibelini, Desiderio Molendinarii, Petro de Bel Regard cilleriario et A... Molend... habitatoribus Romanis, fratre Hugone Conversi dicte Vallis Ste Marie, et Bertrando Vitrolchoti.... Et ego Brunetus, dictus de Hospitali, scriptor, habitator Romanis, auctoritate imperiali notarius publicus interfui et prestans publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi rogatus et tradidi. —

(Magnat, II. pag. 1-2. — J'ai copié tel qu'il l'a. — Analysé dans Ulysse Chevalier. Ce document est tirement après le 17 octobre 1285, époque à laquelle le procureur payait 60 livres pour ladite vente, puisqu'ici le vendeur dit qu'il a reçu toute la prix de la vigne vendue.). —

---

75 — (1286, st. n.). 1285, 27 Janvier. — Saramande, veuve de Bernard Didier d'Alixan, vend pour 6 livres Viennois au frère convers Laurent du Val Ste Marie, une pièce de terre située à Montélier près de la Blachette de Richard de Mont (Vendre)

In nomine Domini, Amen. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis Dominice M°CC°LXXX°quinto, indictione XIIII, VI° Kalend. Februarii, in presentia mei infrascripti notarii publici et testium subscriptorum, Saramanda, relicta Bernardi Desiderii de Alexiano quondam, non coacta, non decepta, non vi, non dolo, non metu ducta, nequa ullo alio

ullo alio modo circumventa, sed certa et consulta et spontanea voluntate ducta, vendidit et titulo pure et perfecte venditionis tradidit, vel quasi, cessit et concessit nunc et in perpetuum, pro se et heredibus suis seu successoribus suis universis, fratri Laurencio, converso Vallis Ste Marie, presenti et vice et nomine dicte domus Vallis Ste Marie et ad opus ejusdem amenti, unam peciam terre, sitam in mandamento Montilisii, juxta blachetam Richardi Montisveneris, ex una parte; et juxta terram dicte domus Vallis Ste Marie, quam habuerant a claustro Ste Jacobi de Montilisio, ex altera: et sicut alii sunt confines. Cessit etiam eidem emptori, ex causa hujus venditionis, omnia jura et actiones, que sibi dicte Saramande, ex causa terre vendite, competebant et competere poterant in dicta terra vendita: se et suos devestiens dictum fratrem Laurencium, emptorem nomine quo supra, investivit et constituit possessorem vel quasi hujus rei. Venditionis precium est ter libre viennenses. De quo precio se tenuit plenarie pro pagata. Confitens et recognoscens, ad requisitionem dicti emptoris, sibi esse ab eodem emptore de dicto precio plenariam satisfactionem. Promittens, bona fide, et super sancta Dei evangelia corporaliter juravit dicto fratri Laurencio emptori, nomine quo supra stipulanti et recipienti, dictam venditionem tenere, attendere et servare et ab omnibus garantizare, in omni judicio et extra, et per se vel per alium, de cetero contra non venire, de facto vel de jure. Obligans sibi et omnia bona sua de evictione particulari et generali; Et de hiis omnibus fideliter et firmiter adimplendis, Petrus, Guillelmus et Barthelomeus Desiderii, fratres, filii dicte Saramande venditoris, se constituerunt, quemlibet in solidum, fidejussores et etiam principales. Promittentes, bona fide, et per obligationem omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, presentium et futurorum, predicto fratri Laurencio, nomine quo supra stipulanti et recipienti, dictam venditionem tenere, attendere et servare, et hiis expressum est; et per se vel per alium, contra non venire, de facto vel de jure; sed ipsam eidem emptori et dicte domui Vallis Ste Marie ab omnibus defendere et amparare, si quis in posterum in dicta terra questionem movebit vel querelam. Renuncians, sub sigillum, ex certa sciencia, in hoc facto, videlicet, dicta Saramanda venditrix,

dicti

et dicti Petrus, Guillelmus et Bartholomeus, fratres, ejusdem Saramande filii, prestitis juramentis et per sollempnes stipulationes, exceptioni non numerati et non soluti precii, et spei future numerationis, dolo, metus et in factum, actioni, privilegio fori, oblationi libelli, epistole divi Adriani, constitutioni presentis etoque omnibus, per quod deceptis in contractibus ultra dimidiam justi precii subveniatur: conditioni sine causa, et omni beneficio restitutionis in integrum: omnibus privilegiis, graciis et litteris a quocumque principe, domino vel judice concessis vel concedendis: et omni auxilio et beneficio juris, tam canonici quam civilis: et juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis: et specialitas transcripto presentis instrumenti; Et dicti fidejussores legi dicenti principalem prius fore convenciendum quam fidejussorem. Volentes hanc renunciationem generalem proinde valere ac si omnibus juribus sibi competentibus superius specialiter renunciassent. — Actum apud Alexianum, in domo dictorum Petri, Guillelmi et Bartholomei, fratrum, ubi fuerunt testes vocati et rogati videlicet: Durandus de Royanis, Johannes Rayens, Petrus Rossati et G. Bertrandi. Et ego Gaufridus de Briquavilla, imperiali auctoritate publicus notarius, hiis omnibus presens interfui et presentem cartam rogatus scripsi et tradidi, signoque meo signavi consueto. —

(Magnat, IX. pag. 8-9. — Analyse dans Ulysse Chevalier). —

---

76 — (1287. St n.). 1286, 7 Janvier. — Guillaume II de Valence, archevêque de Vienne et abbé de St Barnard de Romans, approuve la donation faite au prieur du Val Ste Marie, D. Guigues, par Pierre Luisel, d'une pièce de terre et de vigne située au territoire de Romans, dans le clos du Chaffal. La chartreuse paiera à l'archevêque la cens annuel de 4 setiers de froment dont cette terre est chargée, et 1 quintal de fromage à chaque mutation. Le prieur paie 19 livres Viennois pour l'investiture et l'approbation. —

Nos G. miseratione divina sancte Viennensis ecclesie archiepiscopus abbasque

abbas qua Romanis, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, cum, Petrus Luysati, homo noster de Romanis, de dicit et ex causa donationis imperpetuum habere concessit (scilicet?) ..... et liberam, pro remedio animæ suæ et salute, domui Vallis Ste Marie, cartusiensis ordinis, et fratri Gregorii, priori domus ejusdem, presenti et recipienti vice et nomine et ad opus domus ejusdem, quandam peciam terre et vinee, sitam in territorio de Romanis, scilicet in clauso de Casaleo, juxta vineam (nostram) .. ex una parte: et juxta vineam Guillelmi de Chausen burgensis de Romanis, ex altera: et juxta viam publicam, que protenditur a (porta) Romanis versus Clariacum, ex altera: et juxta vineam Richardi Talavelli canonici Romanis, vico mediante, ex altera; prout dictus Petrus Luysati confessus fuit coram nobis. Que quidem pecia terre et vinee est de dominio nostro et fuit nobis quatuor sextaria frumenti census.

Nos dictus episcopus et abbas scientes, prudentes et spontanei, nomine nostro et successorum nostrorum, dictam donationem laudamus et confirmamus supradicto priori, nomine suo et nomine dicte domus sue, acceptamus totaliter et ratificamus; et nos contra non veniemus de cetero dicto priori, nomine suo et nomine dicte domus se stipulanti, promittimus bona fide. Confitentes nos dictus archiepiscopus et abbas et publice recognoscentes, adquisitionem supradicti prioris, nos habuisse et integre recepisse ab eodem priore, solvente et tradente nomine suo et nomine quo supra, decem et novem libras Viennenses in pecunia numerata, tam nomine investiture predicte terre et vinee predicte, quam nomine placitamenti nobis, occasione dicte donationis debitas. — Renunciantes nos dictus archiepiscopus et abbas, nomine nostro et successorum nostrorum, bona fide et ex certa sciencia per pactum in hoc facto, exceptioni non numerate et non recepte pecunie et dicte rem laudationis, confirmationis, acceptationis et ratificationis nos factarum, secundum quod superius continetur: spei future numerationis et receptionis, doli, mali erroris que et in factum actioni, et

et illi

et illi authentica, hoc jus paractum est: et omnibus jure tam canonico quam civili, quod nobis vel successoribus nostris suffragari possit ad veniendum vel faciendum contra predicta vel aliquod de predictis, et juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. — Pretera sciendum est quod dictus prior dicta domus vallis Ste Marie et ejus successores tenentur et debent facere et salvare nobis et successoribus nostris, omnibus singulis, perpetuo censum quem ratione predicta terre et vinee pecia, superdictus Petrus Luysatis solvebat et salvare tenebatur; Item tenentur et debent... (dictus prior et ejus successores... dare perpetuo, successoribus nostris, predicta terra et vinea pecia, in mutatione Domini, unum quintalium caseorum. (le cens annuel que M. Magnat n'a pu lire est de 4 setiers de froment, d'après Ulysse chevalier) —

Actum Romanis, in domo nostra, VII° idus Januarii, anno Incarnationis M° CC° LXXXVI°. In cujus rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum duximus presentibus litteris apponendum, una cum sigillo capituli Romanis, quod de voluntate nostra et mandato fuit ibidem appositum et appensum. —

(Magnat: IX, pag. 9-11. — Analyse peu exacte dans Ulysse chevalier)

77.- 1287, 27 Juillet. — Guillaume de Chaussent, bourgeois de Romans, vend pour 44 livres viennoises à D. Guigues, prieur du Val Ste Marie, une vigne au territoire de Romans près du ruisseau de la Chavache. La vigne est chargée de 2 setiers de froment de cens annuel envers l'archevêque de Vienne, qui en donne l'investiture au prieur moyennant 9 livres viennoises. La chartreuse devra en outre un tonnel quintal de fromage à chaque changement de seigneur.

Notum sit omnibus presentibus pariter et futuris presentes litteras inspecturis, quod Ego Guillermus de Chaussent, burgensis Romanis, sciens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo, non metu inductus nec aliquatenus

nec aliquatenus ab aliquo circumventus, verum etiam pro utilitate mea meoque commodo evidenti, nomine meo et heredum atque successorum meorum, vendo, trado et titulo perfecta et irrevocabili venditionis, pure, libere et absolute, prout melius et sanius protestor intelligi sive dici, in perpetuum habere concedo religioso viro fratri + Guigoni, priori domus Vallis Ste Marie, Cartusiensis ordinis, ementi et recipienti nomine suo et successorum suorum et nomine dicte domus, in perpetuum vineam unam cum ejus pertinentiis et appendiciis, ingressibus et egressibus universis, sitam in territorio de Romans, scilicet juxta aquam Chaurachie, ex una parte; et juxta campum Johannis Bastardi, ex altera; et juxta viam publicam Clariaci, ex altera; et juxta terram dicte domus Vallis, ex altera; ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, possidendum et quicquid dicto priori et ejus successoribus et dicte domui, de dicta vinea, deinceps perpetuo placuerit faciendum: precio quadraginta quatuor librarum Viennensium. Quod precium, ego dictus Guillelmus confitor et publice recognosco, ad requisitionem et instantiam supradicti prioris, me habuisse et integre recepisse, et michi traditum et solutum fuisse ab eodem priore, solvente et tradente nomine suo et successorum suorum et nomine dicte domus, in pecunia numerata. — Cedens ego dictus Guillelmus et concedens, ex causa venditionis hujusmodi, eidem priori, recipienti et eligenti nomine suo et nomine quo supra, omnia jura et omnia interdicta, tam restitutoria quam possessoria, omnesque actiones reales et usuales, directas, utiles, mixtas et anormales, usuarias et consuetudinarias et omnes alias, que michi vel meis in dicta vinea vendita et ejus pertinentiis et appendiciis quibuscumque, ex causa quacumque, competebant usque nunc, vel possent competere ullatenus in futurum. — Constituens me, ego dictus Guillelmus, nomine dicti prioris et pro ipso, dictam vineam possidere donec prior ipse (vel alius de) vel per alium possessionem vinee ipsius apprehenderit corporalem. Quam apprehendendi auctoritate sua et retinendi deinceps licentiam omnimodam sibi dono. Promittens... etc. les promesses ordinaires.... Renuncians ego dictus Guillelmus etc.. à l'ordinaire....

Et de predicta vinea vendita devestio me et meos penitus et denudo ego dictus Guillelmus

Guillelmus in manu reverendi in Christo patris Domini G. misericordia divina sancte Vienensis ecclesie archiepiscopi abbatisque Romanis, de cujus est dominio vinea supradicta, et facit ei duo sextaria frumenti censualia. Rogans ipsum dominum archiepiscopum et abbatem, ut dictum priorem, nomine suo et successorum suorum et nomine dicte domus, de dicta vinea investiat et retineat secundum bonas consuetudines Romanis.

Nos vero, archiepiscopus et abbas predictus, ad requisitionem Guillelmi venditoris supradicti, dictum priorem, nomine suo et successorum suorum, et nomine dicte domus, de dicta vinea et ejus pertinentiis et appenditiis, pro ut moris est, investimus totaliter et retinemus secundum bonas consuetudines Romanis, dominio nostro et censu predicto in omnibus semper salvo. Confitentes, nos dictus archiepiscopus et abbas, nos habuisse et recepisse integre a supradicto priore, solvente et tradente nomine suo et nomine quo supra, novem libras viennenses in pecunia numerata, tam nomine investiture predicte vinee, quam nomine placimenti nobis, occasione dicte venditionis, debiti. Pretorea sciendum est quod dictus prior dicte domus Vallis Ste Marie et ejus successores tenentur et debent, ex pacto, dare perpetuo successoribus nostris, pro dicta vinea, in mutationem Domini duodecimum quintallum castorum.

Actum Romanis, in domo nostra, VI° Kalendas augusti, anno Incarnationis Dominice M°CC°LXXXVII°, presentibus et ad hoc vocatis et rogatis testibus, Richardo Tallavelli, canonico Romanis, Guillelmo Mouton, Petro Luysati, et Petro Burgondionis de Chasta, habitatoribus Romanis. In quorum omnium predictorum testimonium et firmitatem et perennem memoriam imposterum habendam, nos archiepiscopus et abbas predictus sigillum nostrum apponi precepimus justimus, una cum sigillo Capituli ecclesie Romanis. Quam quidem predictam venditionem dictum Capitulum Romanis laudavit et acceptavit, confirmavit et omnia ratificavit. —

(Magnat. V. pag. 7-10. — Analyse dans Ulysse Chevalier. —)

---

78. — 1287, 27 Juillet. — La même Guillaume de Chaseaut, bourgeois de Romans, vend pour

Vand, pour 16 livres Viennoises, au prieur du Val Ste Marie, D. Guigues, un champ au territoire de Romans près du ruisseau de la Chauracha. Ledit champ fait 4 sols de cens annuel à Lantelme de Lansonna, chanoine de Romans; par quoi donne l'investiture au prieur moyennant 4 livres Viennoises. —

In nomine Domini nostri Jesu Xti. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis Dominice M°CC°LXXXVII°, indictione decima quinta, VI° Kalendas Augusti, in presentia mei infrascripti notarii publici et testium subscriptorum, Guillelmus de Chausent, burgensis Romanis, non coactus, non deceptus, non aliqualiter ab aliquo circumventus, set certus, spontaneus et consultus, nomine suo et heredum atque successorum suorum, vendidit, tradidit et titulo perfecte et irrevocabilis venditionis, pura, libera et absoluta, prout melius et sanius potest intelligi sive dici, imperpetuum habere concessit religioso viro fratri Guigoni, priori domus Vallis Ste Marie, cartusiensis ordinis, amenti et recipienti nomine suo et successorum suorum, et nomine dicte domus, campum unum cum ejus pertinentiis et appenditiis, ingressibus et egressibus universis, situm in territorio de Romanis, juxta aquam Chauracheie, ex una parte: et juxta vineam dicte domus Vallis, ex altera: et juxta vineam domini Richardi Palavelli canonici Romanis, ex altera, quod est via intermedia: et juxta campum Michaelis Chavalerii, ex altera: ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, possidendum et quicquid dicto priori et successoribus ejus et dicte domui Vallis, de dicto campo, deinceps imperpetuo placuerit faciendum: precio sexdecim librarum Viennensium. Quod precium dictus Guillelmus de Chausent confessus fuit et recognovit publice, ad requisitionem supradicti prioris, se habuisse et integre recepisse et sibi traditum et solutum fuisse ab eodem priore, solvente et tradente nomine suo et nomine quo supra, in bona pecunia numerata. Cedens dictus Guillelmus de Chausent et concedens, ex causa venditionis hujusmodi, eidem priori, recipienti vel quasi nomine suo et nomine quo supra, omnia jura et omnia interdicta, tam restitutoria quam possessoria, omnesque actiones reales et personales, directas, utiles, mixtas et anormales, usuarias et constitutas, denarias, et omnes alias que ipse Guillelmus vel sui competebant vel

competebant

competere videbantur, aut possent competere ullatenus in futurum in dicto campo vendito et ejus pertinentiis et appenditiis quibuscunque. Constituens se, dictus Guillelmus, nomine dicti prioris et pro ipso, dictum campum possidere donec prior ipse possessionem campi ipsius apprehenderit corporalem; quam apprehendendi auctoritate sua et retinendi sibi ipsi, nomine suo et nomine quo supra, licentiam omnimodam sibi dedit. — Promittant dictus Guillelmus, nomine suo et heredum, atque successorum suorum, per juramentum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum, ab eodem, et ab obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, supradicto priori, nomine suo et nomine quo supra stipulanti, de evictione predicti campi vendite et dictam venditionem attendere et dictam et firmam, tenere imperpetuum et servare: et nunquam contra facere vel venire per se vel per alium, in toto vel in parte in judicio vel extra, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto. Nec licitum contra venire volenti modo aliquo consentire; imo dictum priorem et ejus successores et dictam domum ubique perpetuo defendere propriis sumptibus et expensis, secundum bonas consuetudines Romanis, si forte eidem priori vel successoribus ejus vel dicte domui, super dicto campo vendito vel aliqua ejus parte, ab aliquo imposterum questio moveretur: et facere totaliter et prestare quicquid venditor in causa venditionis tenetur ac debet facere vel prestare, de consuetudine et de jure. Et nichilominus ipse prior et successores ejus resumere plenarie omnia dampna, constamenta, interesse, gravamina et expensas, que et quas ipse prior vel successores ejus, simplici verbo ipsorum, sine testibus et juramento aliquo dicere voluerint se, pretextu dicte evictionis cause, sustenuisse ullatenus aut fecisse. — Renunciant dictus Guillelmus, nec virtute prestiti juramenti et ex carta scientia et pro pacto, in hoc facto, exceptioni non numerati precii predicti, non habiti et non recepti; spei future numerationis et receptionis, doli, mali, metus et erroris et in factum actioni, et juri per quod deceptis venditoribus ultra dimidiam justi precii

precii

pacis à venditionibus subveniatur : omni beneficio restitutionis in integrum, juri dicenti quod si dolus det causam contractui contractus non tenet, et si incidit in contractum, quod agi possit ad residui supplementum, illi clausule generali que dolum excludit a dicto pretio : si qua justa causa mihi debetur : conditioni sine causa ; petitioni et oblationi libelli : transcripto et dictioni presentis instrumenti ; et omni alii juri tam canonico quam civili, quod sibi vel suis suffragari possit et ad veniendum vel faciendum contra predicta vel aliquid predictorum et juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. Et de predicto campo vendito se et suos devestivit dictus Guillelmus de Chaussant superdictus in manu domini Lantelmi de Lausonia, canonici Romanis, de cujus est dominio dictus campus.

Pro quo campo dictus prior et successores ejus et dicto domui tenentur et debent facere dicto domino Lantelmo et heredibus seu successoribus ejus, annis singulis, perpetuo quatuor solidos viamontes census.

Rogans dictus Guillelmus dictum dominum Lantelmum, et dictum priorem, nomine suo et nomine quo supra, de dicto campo investiat totaliter et teneat secundum bonas consuetudines Romanis.

Qui dictus Lantelmus de Lausonia dominus superdictus dictum priorem, nomine suo et nomine quo supra, de dicto campo, ad preces dicti Guillelmi de Chaussant, prout moris est, investivit totaliter et tenet secundum bonas consuetudines Romanis, jure tamen dominii et census sibi in omnibus semper salvo. Confitens dictus dominus Lantelmus et publice recognoscens, de petitionem superdicti prioris, se habuisse et integre recepisse ab eodem priore, solvente et tradente nomine suo et nomine quo supra, nomine placiti ante conditionis campi predicti quatuor libras viamontes in pecunia numerata.

Actum Romanis, in domo domini Richardi Talavalli, canonici superdicti presentibus et ad hoc vocatis et rogatis testibus : dicto domino Richardo Talavalli, magistro Guillelmo phisico, et Laurentio chayl, clericis. Guillelmo Mouton

Mouton, Petro Luysetè, Petro de Chasta et Guillelmo Brucillis, habitatoribus Romanis. Et ego Brunet dictus de Hospitali, scriptor, habitator Romanis, auctoritate imperiali notarius publicus interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signo quo meo signavi rogatus et tradidi. Et nos Lantelmus de Lausonia, dominus supradictus, sigillum nostrum, nostris presentibus publico instrumento apponendum, ad majorem firmitatem et certitudinem premissorum.

(Magnat, IX, pag 11-13. — Analyse dans Ulysse chevalier) —

---

79 — 1289. — Didier Moulin, de Romans, choisit sa sépulture dans le cimetière du Val Ste Marie, et donne au prieur D. Guigues et 50 livres Viennois etc. et une maison située à Romans au quartier des Reaux, de laquelle il se réserve la jouissance sa vie durant et celle de sa femme. —

In nomine Domini nostri Jesu Xti. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis Dominice M° CC° LXXX VIIII, indictione 2a .... in presentia mei infrascripti notarii publici et testium subscriptorum, Desiderius Molendinarius, habitator Romanis, non ex actus, non deceptus ... nec ab aliquo circumventus, spontaneus et consultus, in cimiterio domus Vallis Ste Marie, cartusiensis ordinis, suam elegit sepulturam, ... precepit, quandocumque ipsum mori contigerit, sepeliri .... dictus Desiderius ... (pro remedio anime sue) .. et patris sui et matris sue et omnium aliorum parentum, amicorum et benefactorum suorum, in helemosyna ... (donavit ... donatione) inter vivos, pura et simplici et irrevocabili, rata, firma et ne causa donationis, eidem cessit et tradidit vel quasi .... aliqua causa ingratitudinis non obstante, Deo et conventui dicte domus Vallis Ste + Marie et fratre Guigoni, priori domus ejusdem, ad opus et nomine dicti conventus recipienti, quinquaginta libras Viennenses in pecunia numerata; Item quandam domum suam sitam Romanis, in Rialibus, juxta domum Guillelmi

Meyer

Mayer, ex una parte: et juxta domum, Juvenis ... iorent, ex altera: et juxta rivum de Rialibus, ex altera: ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, possidendum, et quicquid dicto conventui deinceps perpetuo de dicto domo placuerit faciendum; salvo tamen et excepto usufructu dicte domus, quem idem Desiderius sibi ipsi et Bone femine, uxori sue, ad vitam (reservavit) ... Cedens dictus Desiderius et concedens, ex causa donationis hujusmodi, supradicto conventui domus Vallis Ste Marie et dicto priori domus ejusdem, ad opus et nomine dicti conventus (recipientis) vel quasi, omnia jura et omnia interdicta, tam restitutoria quam possessoria, omnesque actiones reales et personales, directas, utiles, mixtas et enormales, utuarias et consuetudinarias, et omnes alias, que ipsi Desiderio vel suis competebant vel competere debebant aut possent competere (in dicta domo et ejus pertinentiis et appenditiis) quibuscumque. Devestiens dictus Desiderius de dicto predicta sic data, (reservato) dicto usufructu, penitus et imperpetuum, se et suos .... (et dictum) priorem, ad opus et nomine supradicti conventus investituram recipientem, investiens corporaliter vel quasi de eadem, et in possessionem (corporalem) ... pleno jure omnium predictorum. Promittens igitur dictus Desiderius, nomine suo et heredum atque successorum suorum, per juramentum, super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum ab eodem, et sub obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, et per pactum expressum, dicto domino priori dicte Vallis Ste Marie presenti, et ad opus et nomine conventus sepedicti sollempniter stipulanti, supradictam donationem attendere et ratam et firmam tenere, salvo dicto usufructu, imperpetuum et salvare: et nunquam contra facere vel venire, per se vel per alium, in toto vel in parte, in judicio vel extra, aliqua ratione vel causa, de jure vel de facto: nec aliquid contra venire volenti modo aliquo consentire. - Renuncians idem Desiderius, sub virtute prestiti juramenti et ex certa sciencia et per pactum, in hoc facto, exceptioni dicte donationis non facte, sicuti dum, quod superius continetur, doli et in factum actioni: omni juri innovanti ad donationes reprobantes, juri dicenti donationem factam sine insinuatione quingentas aureos excedentem non valere: omnibus causis ingratitudinis insertis .... juri quo permittens revocationem

revocationem rerum fieri donatarum : conditioni sine causa : omni beneficio restitutionis in integrum : petitioni et oblationi libelli : transcripto et editioni presentis instrumenti : et omni alii juri, tam canonico quam civili, quod sibi et suis suffragari posset ad veniendum vel faciendum contra predicta vel aliquid predictorum : juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. — Et voluit dictus Desiderius et concessit quod presens publicum instrumentum possit dictari et emendari ... et corrigi quoticscumque necesse fuerit, salva facti substantia, ad consilium alicujus jurisperiti. —

Actum Romanis, in domo dicte Vallis Ste Marie, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus : fratre Johanne, converso de Valbona, cartusiensis ordinis, Bertrando Guellini de Ste Nazario, Johanne Merli coyratario, et Guillelmato de Breaillis, habitatoribus Romanis, Hugoneto Marcarii Montrantz, et Bernardo de Trafort; et Ego Bruneteus dictus de Hospitali, scriptor, habitator Romanis, auctoritate imperiali notarius publicus interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi rogatus et tradidi. —

(Magnat. IX. pag. 13-14. qui dit que le document est « lacéré ». — Analyse dans Ulysse Chevalier au cat. de la date de 1285, mais ce doit être une faute de copiste, car il place cette pièce après celle de 1287 et juste avant la suivante). —

---

80. — 1290, 21 Juillet. — Genis de Chateauneuf, seigneur de Montélier, vend, pour 20 sols viennois et un fromage, au frère Laurent recevant pour le Val Ste Marie, le service de la montaure pour l'évêque de Valence quand il vient à Montélier. C'était un cens assigné sur un jardin du Val Ste Marie situé en avant de Montélier, lequel jardin était parvenu à Genis par échange. —

Ego Grinisius de Castro novo, Dominus de Montilisio, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, cum ecclesia Valentie perciperet et haberet nomine servitii, census et tributi, super orto Vallis Ste Marie, site ante castrum Montilisii, quod fuit Petri Olrici quondam, mustardum necessarium Domino episcopo Valentie quociens ipsum apud Montilisium contingebat interesse; et dictos census vel servitium ad me, ex causa permutationis, pervenerunt

eumdem servitium, vendo et ex causa venditionis remitto et quitto, per me et meos successores meos, imperpetuum, fratri Laurentio, ementi et recipienti nomine et vice domus Vallis Ste Marie predicte; et hoc precio viginti solidorum, Viennensium, et unius casei, que omnia confiteor me habuisse et recepisse a dicto fratre Laurentio plenarie et perfecte. — Promittens dicto fratri Laurentio, nomine quo supra stipulanti, sub ypotheca bonorum meorum, nomine et vice dicte domus, de evictione universali et particulari, et quod contra venditionem predictam, per me vel per alium, nullo tempore, de jure vel de facto, veniam; et eam attendere et servare omni tempore illibatam. Et si plus valent predicta vendita precio predicto, vel fuerit imposterum vel alitura, illud plus valens, quantumcumque sit vel fuerit, dono dicto fratri Laurencio, nomine quo supra, donatione pura, simplici et irrevocabili inter vivos. — Renuncians exceptioni dicti precii non habiti et non recepti, et juri dicenti venditorem decipi ultra dimidium justi precii posse agere ad supplementum vel venditionem rescindere, et omni juri per quod possem venire contra predicta vel aliqua de predictis. — Acta sunt hec ante capellam de Bastida Montis Mussardi, in vigilia beate Marie Maddalene, anno Domini M°CC° nonagesimo, testibus presentibus: Guillelmo de Vinhaco jurisperito, Poncio Olrici et Thoma Columba. In cujus rei testimonium, sigillum meum apposui huic carte. —

(Magnat. IX. pag. 15. — Analyse dans Ulysse chevalier.) —

---

81. — (1292. St. n.). 1291, 5 Mars. — Ismidon Constantin, de Rochechinart, fournit caution à la cour d'Aimar de Poitiers et à celle du Dauphin pour amendes encourues. —

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Per presens publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis ejusdem Domini M°CC° nonagesimo primo, indictione V^a, die martis videlicet III^a nonas mensis marcii, apud Ruppem Chinardum, in domo Grigorii Constantini, coram me notario publico et testibus infrascriptis,

Ismido

Ysmido Constantini, filius dicti Guigonis Constantini, sciens, prudens et spontaneus confessus fuit et publice, ad petitionem et instantiam Guillelmi Baudeuini, se fore debitorem predictum Guillelmum Baudeuini in fidejussoriam in summis infrascriptis, videlicet: primo in sex libris et decem solidis Viennensibus erga curiam domini Delphini de Vicaria et castellanum suum, pro quodam malefitio facto per ipsum Ysmidonem in brulando quoddam fenerium, ut dicebatur dicto Ysmido. — Item, in viginti solidis Viennensibus erga Guillelmum Coparii, recipientem nomine curie domini Dalphini, pro briga seu lite habita cum Michaela Berardi. — Item erga dictum Michaelem Berardi, in sexaginta solidis Viennensibus, pro quadam emenda facta et cognita, ad cognitionem Jaquemeti Alhonis et Johannis de Buxeria, ut dicebatur dicto Ysmido Constantini. — Item, in quadraginta solidis erga Guillelmum, recipientem nomine curie domini Dalphini, de omnibus illis de quibus dicta curia noluerit nec debuerit appellare dictum Ysmidonem. Item, erga dictum Guillelmum Coparii super eo quod, si aliquis dicto Ysmidone volebat se conqueri, quod coperit de bonis suis que faceret emendam ad respectum sancte ecclesie vel dictorum, amicorum.

De quibus singulis fidejussionibus, factis de mandato dicti Ysmidonis, ut dictum est, promisit predictus Ysmido, et de omnibus aliis, de mandato, consensu et licentia predicti Guigonis patris sui, cum stipulatione et sub obligatione omnium rerum et bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum et per juramentum ad sancta Dei evangelia corporaliter prestitum ab eodem, relevare et servare indempnem dictum Guillelmum Baudeuini et fratres suos et heredes suos et successores, et reddere et restituere omnia dampna, gravamina, interesse et expensas que et quas dictus Guillelmus Baudeuini vel sui fratres fecerint hac simplici verbo, se facisse vel sustinuisse, occasione dictarum fidejussionum factarum superius. — Pro quibus omnibus universis et singulis supradictis attendendis fideliter, firmiter et complendis, de voluntate, consensu et mandato predicti patris et auctoritate et licentia primo petitis et obtentis a

dicto patre

dicto patre, obligavit predictus Ysnido constantini predicto Guillelmo Boudyrani presenti, et recipienti pro se et nomine suo et heredum, suorum et successorum, et fratrum, suorum, omnia bona sibi competentia vel competitura in omnibus bonis tam paternis quam maternis, quecumque sint et ubicumque et quocumque nomine censeantur; ita quod super illis bonis se possit dictus Guillelmus et fratres sui servare indempnes et relevare ab omni dampno. — Promittens predictus Ysnido, modo et forma quibus supra, se nunquam facere vel in futurum facere pro quominus predicta plenum obtineant firmitatem, et nunquam contra facere vel venire, aliqua ratione vel causa; et de predictis fidejussionibus factis per dictum Guillelmum Boudyrani, de mandato dicti Ysnidonis, et pro eo, exceptis quadraginta solidis viennensibus, in quibus se constituit fidejussorem, dictus Guillelmus Boudyrani erga Guillelmum, Coperii, de omnibus illis de quibus dicta curia domini Dalphini dictum Ysnidonem appellare voluerit, predictus Guigo Constantini promisit servare indempnem dictum Guillelmum Boudyrani et fratres suos, et relevare ab omni dampno; obligando se dictus Guigo et omnia bona sua erga dictum Guillelmum Boudyrani, recipientem nomine quo supra. Et promisit reddere et restituere dicto Guillelmo Boudyrani omnia dampna, interesse et expensas, que et quas dictus Guillelmus Boudyrani dixerit, suo simplici verbo, se fecisse vel sustinuisse occasione predictarum fidejussionum factarum, et superius est expressum. Et hoc promisit predictus Guigo Constantini cum stipulatione et sub obligatione omnium suorum et bonorum suorum, et per juramentum ad sancta Dei evangelia corporaliter prestitum ab eodem, attendere et nunquam contra facere vel venire. — Renunciantes predicti patet et filius ... etc. formules ordinarias.

Volentes dicte partes et expresse precipientes michi infrascripto publico notario super hiis unum vel duo publica instrumenta, quod dictari, corrigi, reformari et de novo grossari, valoris, semel et pluries ad consilium unius aut pluriumsapientum, tamen facti substantia non mutata.

non mutata. Hujus autem rei fuerunt testes vocati, videlicet: Johannes Giroutz, Bonomet Albers, Lambertus Albers, ejusdem loci, de Rupe Chinardo; et ego Jacobus clericus de Aqua Bella, habitator Ste Nazarii in Royans, auctoritate imperiali publicus notarius et juratus curie comitatus Vienne et Albonis, hanc cartam rogatus scripsi, signo meo consueto signavi fideliter et tradidi. —

(Magnat. IX. pag. 15-17. — Analyse dans Ulysse Chevalier). —

---

82. — 1292, 13 Mai. — Pierre, prieur, et le couvent du Val Ste Marie, + reconnait avoir reçu du prieur de la chartreuse de Paris, au nom du chapitre général, octoginti (160) livres tournois et s'engage à payer 7 livres de rente annuelle au chapitre général, qu'il assigne sur les biens du Val Ste Marie à Romans. Datum die martis post festum B. martyrum Nerei et Achillei 1292. — Les 160 livres étaient le prix de dix livres de rente léguées par Alphonse de Poitiers au chapitre général à percevoir sur la Prévoté de la Rochelle, et vendues par le chap. gén. de 1292 (5-8 mai) au prieur de Paris. —

(Paris. Archives nationales, L. 938, n° 1). —

---

83. — (1293. st. n.) 1292, 22 Janvier. — Nous Anne, Dauphine de Viennois, + comtesse d'Albon et dame de la Tour, savoir faisons à tous ceux qui verront les présentes lettres que, par considération pour les services à nous rendus par le religieux frère Pierre, prieur de la maison du Val Ste Marie, de l'ordre des chartreux, nous le tenons quitte de bétail gros et menu qu'il nous devait à raison d'un acte reconnu scellé de son sceau, lui accordant la faculté d'en user comme par le passé. En foi de quoi nous avons mis notre sceau aux présentes lettres. Donné à Chabeuil l'an du seigneur 1292, le jeudi fête de St Vincent. (st. n. 1293, 22 Jan. — Quel était l'objet précis du contrat auquel cette charte fait allusion? nous l'ignorons faute de documents. — (Ulysse Chevalier, tiré de la chambre des comptes du Dauphiné, à Grenoble.) — Arch. de l'Isère B. 3549. Invent. t. 3. p. 86.

84.- 1293, 11 oct.- Barthélemy Fabri, de Romans, vend à son frère Barnard, pour 8 livres Viennoises, 2 sols et 5 deniers de cens annuel, payé pour cinq personnes différentes pour des maisons, grange et jardins.-

In nomine Domini nostri Jesu Xti. Hos presens publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis Dominice M°CC° nonagesimo tertio indictione VII^a, V° idus octobris: in presentia mei infrascripti publici notarii et testium, subscriptorum, Bartholomeus Fabri, filius Bartholomei burgensis quondam, Romanis, non coactus, non deceptus nec aliquatenus ab aliquo circumventus, sed certa sponte et consultus, nomine suo et heredum atque successorum, horum, vendidit, tradidit vel quasi, et titulo perfecte et irrevocabilis, pure, libere et absolute, prout melius et sanius potest intelligi sive dici, in perpetuum, habere concessit Bernardo Fabri, fratri suo burgensi Romanis, presenti et recipienti nomine suo et heredum, et successorum, horum, in perpetuum, census infrascriptos cum omni jure et dominio, usu, actione seu requisitione, et in ipsis at pro ipsis competente modo aliquo seu aliqua ratione. De quibus censibus

12 d. (1°) facit Dominus Bartholomeus Veratoris, canonicus Romanis quondam, duodecim denarios viennenses censuales, pro grangia sita in curia Radulphi de Moyrano

2 s. quondam.- (2°) Item Robinus Muratoris duos solidos Vien. censuales, pro domo

12 d. sita juxta grangiam antedictam.- (3°) Item Gilbertus Montis Soutz duodecim denarios censuales pro orto contiguo domui predicti Robini Muratoris.-

12 d. (4°) Item Bernardus de Ponte duodecim denarios, pro orto contiguo (orto?)

18 d. Gilberti Montis Sol.- (5°) Item dictus Bernardus de Ponte decem et octo denarios Vien. censuales, pro domo sua, que sita est in curia Radulphorum, juxta domum dicti emptoris, ab una parte, et juxta ortum predicti Gilberti Montis Sol, ex altera; vendidit, inquam, dictus Bartholomeus Fabri, predicto Bernardo fratri suo, dictos census cum omni jure et dominio, usu, actione seu requisitione sibi in ipsis at pro ipsis competente modo aliquo seu aliqua ratione ad habendum, vendendum, donandum, possidendum, et quicquid dicto emptori vel suis de dictis censibus vendita sua caps perpetuo placuerit faciendum; pretio octo librarum Viennensium. De quo pretio dictus venditor confessus fuit et

recognovit

recognovit publice, ad requisitionem supradicti emptoris, sibi ab eodem emptore fuisse plenarie satisfactum in bona pecunia numerata. —

Eodem dictus venditor etc... tous ses droits... constituens... dictum emptorem ... verum... possessorem ... promittens etc. promissa ordinaria. ...

Renuncians etc... formulas ordinarias ...

Actum Romanis in domo Raufhoneti Radulfi junioris, presentibus et ad hoc vocatis et rogatis testibus: dicto Raufhoneto, Garino Fabri et Humberto Malati, filio Humberti Malati quondam, habitatoribus Romanis. —

Post hec autem, anno quo supra, die martis ante festum Nativitatis Domini (1293, 22 Dec.) in presentia mei infrascripti notarii publici et testium subscriptorum, Barthelmeus Fabri, venditor supradictus requisivit et rogavit Guillelmum Barlatarii, burgensem Romanis, de cujus dominio sunt predicti census venditi, et de ipsis censibus supradictum Bernardum Fabri, fratrem suum et emptorem, investiat et retineat. Qui
4 d. census venditi sibi, Guillelmo faciunt quatuor denarios Viennenses census.

Qui Guillelmus Barlatarii, dominus supradictus, habito placitamento et recepto, sibi occasione hujus modi venditionis debito, ab emptore supradicto, ipsum emptorem, ad preces et requisitionem supradicti venditoris, de dictis censibus venditis investivit per traditionem unius baculi, tolerite et retinuit, secundum bonas consuetudines Romanis, jure tamen dominii et census sibi in omnibus semper salvo.

Actum Romanis, in operatorio predicti Bernardi Fabri, presentibus et ad hoc vocatis et rogatis testibus: Johanne Richardi pelliparii, Raufhoneto Radulfi juniore, et Humberteto Malati, filio Humberti Malati burgensis quondam, Romanis: Et ego Stephanus Brunetti, habitator Romanis, auctoritate imperiali notarius publicus, hiis omnibus interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo consueto signavi rogatus et tradidi. Et ad majorem firmitatem et certitudinem omnium premissorum sigillum Guillelmi Barlatarii ... appensum est. —

(Magnat. IX, pag. 17-19. — Analyse dans Ulysse Chevalier). —

85. — 1295, 26 Avr.

85. + 1295, 26 Avril. — Pierre de Montelier, habitant d'Hostun, vend pour 12 sols viennois, au frère Laurent de Val Ste Maria, 9 deniers de cens annuel, qui pèsent sur les pâturages de la chartreuse à Montélier.

Nos Petrus de Eschalono, officialis Valentie, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod in presentia Bonthos Giraudi, notarii publici, curie nostre Valentie jurati, ambis superhoc specialiter destinati, constitutus Petrus de Montilisio, habitator de Austeduno, filius quondam Petri de Montilisio, quondam militis, ex una parte: et frater Laurentius, chartusiensis ordinis, magister grangie de Valle prope Montilisium, ex altera. Predictus Petrus sciens, prudens et spontaneus, utilitatem suam facere intendens cum plena deliberatione, pro se suisque heredes et successores universos, vendidit, dedit et titulo pure et perfecte venditionis et irrevocabilis imperpetuum tradidit et concessit dicto fratri Laurencio emanti, presenti et recipienti pro et nomine domus de Valle predicta, novem denariorum census sine dominio et alio ceibus usagiis, quos percipiebat dictus Petrus super pascuis dicte domus in mandamento Montilisii; et quos etiam dicta domus faciebat eidem Petro efacere tenebatur: pro precio et nomine precii nobilium, solidorum, bonorum viennensium seu Valentie monete quod quidem precium dictus Petrus confessus fuit se habuisse et plenarie recepisse a dicto fratre Laurencio in bona pecunia numerata. Faciendo eidem de dicto precio pactum, expressum de non petendo et non aliquid de cetero exigendo, inducendo dictus Petrus predictum fratrem Laurencium in possessionem vel quasi plenariam predictorum novem denariorum census cum omni jure quod in eis habebat; et eumdem cum quodam baculo de predictis investivit nomine dicte domus, eumque fecit possessorem. Et si plus valent predicti novem denarii census precio predicto, vel fuerint imposterum valiturii, illud plus valens, quantumcumque sit et fuerit, donavit et donat predicto fratri Laurencio, emanti et solempniter stipulanti nomine domus de Valle predicte, propter gratam patrocinia et beneficia plurima eidem impensa, donatione pura, firma et simplici et irrevocabili

inter vivos

interviros. Transferens idem Petrus venditor in dictum fratrem Laurencium recipientem et sollempniter stipulantem, nomine domus predicte, omnes actiones directas, reales et personales, petitorias et possessorias et omnia jura, que prefato Petro venditori competebant et competere poterant, ex quacumque causa vel ratione, usque in hodiernum diem, ratione dictorum novem denariorum census. Confitens se dictus Petrus venditor, nomine dicte fratris Laurencii predictos novem denarios census possidere donec idem frater Laurencius emptor, per se vel per alium, possessionem eorumdem predictorum novem denariorum census nomine dicte domus fuerit apprehensus. — Promittens dictus Petrus venditor, sub expressa obligatione et ypotheca omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, dicto fratri Laurencio emptori, sollempniter stipulanti, de evictione universali et particulari predictorum novem denariorum census, et dictum fratrem Laurencium presentem et nomine domus predicte recipientem defendere et amparare, et predictos novem denarios census servare et manutenere, in judicio vel extra, contra quascumque personas, suis propriis sumptibus et expensis, et restituere integre et refundere omnia damna, gravamina et expensas, que propterhoc dictus frater Laurencius vel domus predicta faceret vel incurreret. Que omnia universa et singula, prout sunt expressa, prefatus Petrus venditor promisit dicto fratri Laurencio emptori sollempniter stipulanti, bona fide et per juramentum ad sancta Dei evangelia ab ipso corporaliter prestitum, attendere inviolabiliter et complere, nec contra venire aliquo jure vel aliqua ratione. — Renuncians superdictis omnibus et quolibet predictorum, dictus Petrus venditor, ex certa sciencia et per juramentum predictum, exceptioni non numerate pecunie a supradicto, spei future numerationis, dolo, malo, in factumque actionibus, metui erroris, que causa, petitioni et oblationi libelli, transcripto presentis carte, omnique alii juri consuetudinario, canonico et civili allegi dicenti specialiter generalem renunciationem non valere nisi processerit

specialis

specialis. — Actum in grangia Valliis predicte prope Montelisium, testibus presentibus: fratre Johanne dicto Lozar, Nicholeto Goben dicto de Bonavila, Laurentio dicto Latari, et Petro Belimar; et me Bonthoso Girardi predicto notario. In cujus rei testimonium, ego Petrus predictus sigillum meum proprium apposui huic carte.

Datum VI° Kalendas maii, anno Domini M° ducentesimo nonagesimo quinto. — (Magnat, IX, pag. 20-21. — Analysé dans Ulysse Chevalier, qui a du lire « XI° Kal. maii » car il met la date du 21 avril 1295.) —

---

86. — 1298. — « D'après le factum du XV° siècle, sous cet mis à contribution dans cette notice, Aimar (IV), comte de Valentinois, aurait confirmé, en 1298, toutes les donations de ses prédécesseurs aux religieux de Bouvante, comprenant des possessions situées dans les montagnes d'Urle et d'Ambel, du pas de la Farrière à celui de l'Infernet jusqu'aux portes d'Urle; de là au pas de Duron et au col de la fontaine de la Payanne, en descendant le mont Puypellé jusqu'au col de Vassieux. » — (Ulysse Chevalier.) : —

---

87. — 1305, 24 Juin. — Barthelemy Fabri, bourgeois de Romans, vend à Romanet Fleura, pour 500 livres viennoises, une maison située à Romans dans la Lavigne (in Lagonia).

In nomine Domini nostri Jesu X^ti. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis ejusdem M° CCC° quinto, III^a Indictione, VIII° Kalendas Julii, coram me Guillelmo de Montelanuto, clerico auctoritate imperiali notario publico, et testibus infrascriptis: Bartholomeus Fabri, filius quondam Lagerii Fabri, burgensis Romanis, sciens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo, non metu inductus, nec aliqua machinatione ab aliquo circumventus vel seductus, set certus et consultus, ut dicebat, pro se et suis heredibus et successoribus universis, vendidit et titulo pure, perfecte et irrevocabilis

venditionis

venditionis, dedit, cessit, concessit et tradidit vel quasi, procurratoris et nomine fortalitegi sive adicii, imperpetuum, Romaneto Pleura, filio Berardi Pleura quondam, affenatori Romanis, presenti, ementi et recipienti vel quasi nomine suo et heorum, haredum, et successorum, quamdam domum cum ipsius pertinentiis, appenditiis, juribus actionibus, ingressibus et egressibus universis, sitam Romanis in Pagania, juxta domum Johannetti Escorii, ex una parte: et juxta domum Johannetti Artamonay, ex altera: et juxta aliam domum dicti Bartholomei, ex altera: ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum donandum, permutandam, et quicquid dicto Romaneto et suis heredibus et successoribus universis placuerit perpetuo faciendum: precio quingenta librarum Viennensium. Quod precium confessus fuit et publice recognovit dictus Bartholomeus venditor se habuisse et integre recepisse ab eodem emptore in bona pecunia numerata. Constituens dictus venditor etc.... Cadens etc... formulas ordinarias...

...De dicta igitur domo vendita et de ipsius pertinentiis et appenditiis universis dictus Bartholomeus venditor devestivit et denudavit penitus in perpetuum, se et suos per traditionem cujusdam baculi in manu Petri de Valentia, burgensis Romanis, de cujus dominio est dicta domus, et facit eidem Petro X denarios Viennenses censuales, et dicebat in placitamento. Id percipit dictus Petrus et habet medietatem; et alteram habent et percipiunt et debent percipere inter dictum Bartholomeum venditorem et Stephentum, filium Garini Fabri quondam burgensis Romanis, et Bernardum Fabri fratrem dicti Bartholomei: videlicet dicti Bartholomeus et Stephentus pro undecim partibus et dictus Bernardus pro duodecima parte dicte medietatis, et dicebant. Promittens dictus Bartholomeus etc... formulas ordinarias... Renuncians etc...

...Actum Romanis in operatorio quod tenet dictus Bartholomeus, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus: Bernardo Pleuronis, Johanneto de Roana, Jaqueto Alardi et dicto Petro de Valentia, et me

et me predicto notario. —

Post hec, anno et indictione quibus supra, IIII° nonas novembris, (1305, 2 Nov.) dictus de Valentia ipsum Romeatum de dicta domo investivit et retinuit per traditionem unius baculi etc...

Actum Romanis in domo ecclesie, quam ego predictus notarius inhabitabam, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus: Johanneto Bud, et Johanneto de Constanz, notariis, habitatoribus Romanis; Et me predicto notario, qui hiis omnibus interfui et presens publicum instrumentum, scripsi signoque meo signavi rogatus et traddi. —

(Magnat, II. pag. 11-13. — Signalé dans Ulysse chevalier). —

---

88. — (1306. st. n.). 1305, 2 Mars. — Jean Rolland, juge de la cour du chapitre de Romans, et Lantelme Burgondionis, juge de la cour du viguier de Romans, donnent copie de trois documents. —

Nos, magister Johannes Rollandi, judex curie capituli Romanis et abbatie Romanis, auctoritate dicti capituli, ipsa abbatia vacante: et nos magister Lantelmus Burgondionis, judex curie domini vicarii de Romanis, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos vidimus, legimus et diligenter inspeximus litteras infrascriptas non cancellatas, non abolitas, non viciatas, non in aliqua sui parte corruptas, quarum litterarum tenor talis est: — suivent les chartes du 17 Mai 1270, voir plus haut n° 53 — du 27 oct. 1269 - n° 52 et du 17 juin 1283, n° 67 plus haut; puis le document continue:

Quod autem vidimus nos prefati judices attestamur et ut hec transcripta fides infosterum habeatur, sigilla venerabilis Capituli Romanis et curie domini Vicarii de Romanis, una cum sigillo Petri de Arlia, clerici Romanis, huic presenti transcripto sunt appensa. Actum VI° nonas martii, anno Domini M° CCC° quinto. —

(Magnat, II. pag. 3 et 11.) —

---

89. — 1307, 4 Juillet. — Lambert de Montélier prétendant qu'une terre située à Montelier sous les Mantouses, que le prieur du Val Ste Marie disait avoir été

vendue

vendue à la chartreuse par Gontard, père de Lambert, lui appartenait: on choisit deux arbitres qui adjugent la terre au Val Ste Marie, mais font payer 1000 sols viennois à Lambert....

Anno Domini millesimo trecentesimo septimo, indictione quinta, die quarta mensis Julii, coram me notario et testibus infrascriptis: Cum rancura seu discordia verteretur et esset inter Lambertum de Montilio, domicellum, ex una parte + et religiosum virum fratrem Johannem de Valencia, priorem domus Vallis, Valentinensis diocesis, ordinis cartusiensis, super eo videlicet quod dictus Lambertus dicebat et asserebat suam esse quamdam peciam terre, sitam in mandamento Montilii subtus las Motas, et subtus viam que dicitur de Didarancha; denegabat dictus dominus prior, imo dicebat eam peciam terre confrontatam, esse dicte domus Vallis, ex causa venditionis et donationis facte olim fratri Stephano Bruchati, converso dicte domus quondam, recipienti nomine ipsius domus, per Gontardum de Montilio, quondam patrem dicti Lamberti. - De quibus venditione et donatione fidem faciebat dictus dominus prior per quamdam patentam litteram sigillatam sigillo curie Valentie, et prima facie apparebat, que incipit in secunda linea: « Ego Sponda », et finit in penultima: « Nos dictus » « Landam dicte partes super ipsa discordia seu rancura se compromiserunt alte et basse; et dictus dominus prior, prote et dicta domo de Valle, in viros providos Pariolum Macellarii et Petrum de Valentia, burgenses Romanis, communiter et electos per easdem partes tanquam in arbitros arbitratores seu amicabiles compositores; ita quod ipsi arbitri dictam questionem possint examinare et super ea cognoscere, pronunciare et terminare, interlocutoriam vel diffinitivam sententiam, mandamenta et pronunciationes quales cumque dare et ordinare, juris ordine servato vel penitus pretermisso, et unipartì de jure alterius dare et alias ordinare, prout melius visum fuerit expedire. Et promiserunt dicte partes, sibi invicem stipulantibus, et dictus dominus prior, nominibus quibus supra, sub pena decem librarum Viennensium, a parte parti stipulata et promissa et tactis sacrosanctis evangeliis, jurarunt stare, obedire et obtemperare laudo, arbitrio, pronunciatoque dicto, ordinationi seu diffinitioni dictorum arbitratorum qualitercumque.

Laudaverunt

Laudaverunt, arbitrati fuerunt, pronunciaverunt, dixerunt, ordinaverunt seu diffinierunt ipsi arbitri et quod non uteretur beneficio alicujus legis quod vitiat vel viciare posset presens compromissum, seu ejus personis compromittentium, et arbitrorum, seu ejus re de qua compromissum esset, et quod ad nullius boni viri arbitrium recurrere[tur], nullamque appellationem, proclamationem, seu stipulationem interponerent. Renunciantes in hoc facto, dicte partes, pro se et suis, dictus Lambertus et dictus dominus prior, nominibus predictis, exceptioni dicti compromissi et omnium predictorum, non factorum, per eas dan, sicut superius continetur, doli, mali erroris et in factum actioni, privilegio fori, petitioni et oblationi libelli, petitioni transcripti presentis instrumenti et copie ejusdem, tempori quod datur ad deliberandum, et omni beneficio ultimi quod juris, et omnibus actionibus et exceptionibus, sibi et suis competentibus et competituris, addicendum, faciendum, vel veniendum contra predicta vel aliquod predictorum: et specialiter dictus dominus prior, nominibus predictis, omni beneficio doli, et juri per quod laici ecclesiis subveniuntur: et amba dicte partes juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis.

Quibus sic actis, dicti arbitri arbitratores seu amicabiles compositores, habito diligenti tractatu et amicabili super predictis cum dictis partibus, dixerunt, ordinaverunt et pronunciaverunt super dicta rancura et discordia et sequitur, videlicet: quod dicta pecia terre superius confrontata sit et remaneat perpetuo, cum suis pertinentiis et appendiciis dicte domui de Valle. Item, quod dictus dominus prior det solvat, pro bono pacis et ratione dicte rancure et discordie, dicto Lamberto centum solidos Viennenses, et quod pro tanto sit pax et finis perpetuus inter dictas partes. Quod quidem dictum, ordinationem et pronunciationem predictas, sic dictum, ordinatas et factas per dictos arbitros arbitratores seu amicabiles compositores, dicte partes; scilicet, dictus Lambertus, nomine suo et suorum, et dictus dominus prior, nomine suo et dicte domus Vallis, incontinenti laudaverunt, ratifficaverunt et emologaverunt et promiserunt, sub

pena et

pena et sacramento premissis, per se vel per alium, seu alios, nunquam (contra) facere vel venire. - Et Nichilominus dictus Lambertus, prosecutis, venditionem et donationem, factas quondam per dictum Gontardum patrum suum, ibidem laudavit, approbavit et confirmavit expresse et promisit, sub eadem pena et sacramento predictis, nunquam contra facere vel venire, in toto vel in aliqua parte. Et confessus fuit publice et recognovit idem Lambertus, ad requisitionem dicti domini prioris, se habuisse et numerasse ab eodem domino priore dictos centum solidos viennenses, ex causa presentis compositionis et concordie.

Renuncians idem Lambertus exceptioni non approbate presentis concordie et dictarum venditionis et donationis, et dicta pecunia non habita et non recepte, ex causa predicta, et spei habitionis et receptionis future, et omnibus juribus, actionibus et exceptionibus, quibus supra renunciavit, et quibus potuit facere vel venire contra predicta vel aliqua de predictis.

Actum, Romanis, in domo dicte domus de Valle, presentibus testibus, videlicet: nobilibus viris Arnaudo domino Rupisfortis, domino Petro Rostagni, militibus, et Guillelmo Talavelli, ad hoc specialiter vocatis et rogatis. - Ego vero Johannes Esbaudi, imperiali auctoritate publicus notarius, hiis omnibus interfui et rogatus hoc presens instrumentum scripsi, signoque meo signavi. -

(Magnat, IX, pag. 21-23. - Analyse dans Ulysse Chevalier sans date)

---

90. - (1309, st. n.) 1308, 18 Mars. - Gontard de Chateauneuf donne à ses sœurs Béatrix et Erimnas, religieuses de Vernoys près de Romans, 15 sols viennois du cens annuel qu'il perçoit sur les possessions de Val Ste Marie à Montélier. -

In nomine Domini nostri Jesu Christi. Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis ejusdem M° CCC° octavo, VII° Indictione, XV° Kal. Aprilis, coram me Guillelmo

Guillelmo de Monte Lamato clerico, auctoritate imperiali notario publico, jurato que curie Valentie, et testibus infrascriptis: Gontardus de Castronovo, domicellus, sciens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo, non metu inductus, nec aliqua machinatione ab aliquo circumventus vel seductus, set certus et consultus, ut dicebat, pro se suisque heredibus et successoribus universis, dedit, donavit donatione inter vivos pura, simplici, rata firma et irrevocabili, aliqua causa ingratitudinis non obstante, domine Beatrici et domine Erimnes de Castronovo, sororibus, monialibus monasterii de Cammerscio prope Romanis, presentibus, recipientibus et sollempniter stipulantibus nomine suo et suorum, heredum et successorum, quindecim solidos Viennensis bone monete, veteris et antique, cursuales, de cuius quem dicto Gontardo spectat et pertinet in Castronovo Valis Ste Marie, videlicet in riu[illegible]amento Montilis iu, habendos, levandos et percipiendos imperpetuum, annis singulis, per dictas dominas moniales vel suum certum nuncium, super domo predicta, de censu quam ibidem percipit dictas Gontardus et percipere consuevit. De dictis igitur quindecim solidis Viennensibus censualibus et de annua jura corundem, devestivit et dessaisivit dictus Gontardus penitus imperpetuum se et suos, et dictas dominas moniales, recipientes nomine suo et suorum, investivit et retinuit de eis dans per traditionem unius baculi, ut est moris; nichil sibi vel suis heredibus et successoribus, in dictis quindecim solidis census vel pro ipsis, penitus retinendo. Rogans, volens et precipiens dictus Gontardus tenore presentis instrumenti, rectoribus dicte domus, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, quod dictos quindecim solidos solvant et reddant annis singulis, imperpetuum dictis dominabus monialibus, vel earum certo nuncio, terminis consuetis ad solvendum et reddendum, census in partibus illis. Promittens dictus Gontardus... etc... Renuncians... etc... formulas ordinarias...

Actum Romanis, in domo ecclesie, quam ego predictus notarius inhabitabam, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus: Andrea Proschia

Proschia de Pisansona, Petro Charbonelli de Castronovo Ysare, et Bernardo Hubodi notario Romanis; et me prefato notario, qui hiis omnibus interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi rogatus et tradidi. — Ut fuit actum, quod presens instrumentum publicum dictari possit, corrigi et reficiì, si necesse fuerit, ad consilium peritorum, facti substantia non mutata, et quod sigillatum sigillo curie domini officialis Valentie et sigillo dicti Gontardi.

In quorum omnium testimonium et firmitatem, nos magister Petrus de Eschalone, officialis Valentie, facta nobis fideli relatione super predicta a dicto notario, cui fidem plenariam adhibemus, ad preces dictorum contrahentium nobis oblatas per dictum notarium, sigillum nostre curie apponi fecimus huic presenti publico instrumento.

Nos eciam, Alisia de Alta Villa, abbatissa dicti monasterii, ratum et gratum habentes donationem factam dictis nostris sororibus in dicto instrumento, eidem donationi assentimus et auctoritatem nostram interponimus in eadem, quoad receptionem et stipulationem factam per dictas sorores, et sigillum nostrum huic instrumento publico duximus apponendum. — (Magnat. IX. pag. 23-25.) —

---

91. — 1309, 18 Déc. — Guillaume Poli, de Romans, reconnaît devoir à Barthelemy Fabri 4 deniers de cout annuel pour deux maisons situées à Romans sous la Bastide; mais ont qui sont de la directe dudit Barthelemy, de son frère Bernard, des enfants de Guion Fabri et du couvent de Vernaysan. —

Nos magister Michael Francisci, officialis curie Viennensis, notum facimus universis presentibus et futuris presentes litteras inspecturis, quod anno Domini millesimo trecentesimo nono, quindecimo Kalendas januarii: Guillelmus Poli, habitator Romanis, constitutus coram mandatario nostro Alberto de Volupt, clerico notario curie nostre jurato, ad hec a nobis specialiter destinato, sciens et voluntate spontanea confessus

confessus fuit et publice et in veritate recognovit, ad instantiam, et requisitionem Bartholomei Fabri, filii Lagerii Fabri burgensis Romanis quondam, solvere in emphiteosim a dicto loco dominico dicti Bartholomei proparte ipsi contingente, unacum liberis Garini Fabri quondam, et monasterio de Commaria, et Bernardo Fabri, fratre dicti Bartholomei duas domos suas contiguas, sitas subtus Batidam de Romanis, juxta domum Johannis Coyferii, ex una parte; et juxta domum Guillelmi Oicharii quondam, camerarii dicti Guillelmi intermedia, ex altera; super quibus duabus domibus idem Bartholomeus Fabri percipit et percipere consuevit quatuor denarios unius fenis census annualis et censualis, prout (constat) per juramentum suum, super sancta Dei evangelia ab eodem corporaliter prestitum, et sub obligatione omnium bonorum suorum, contra predicta vel aliqua predictis per se vel per alium, aliquo jure vel ratione aliqua, non venire, nec contra valente in aliquo consentire. Renuncians, in hoc facto, dictus Guillelmus omni juri canonico et civili, quibus contra predicta posset se juvare. — Datum, XV° Kal. Januarii anno Domini M° CCC° IX° presentibus Guillelmo de Platea, Matheo R.....scosario, G.... ...testibus. Et nos dictus officialis, ad preces dicti Guillelmi Poli nobis oblatas per dictum notarium, cui fidem plenam super hiis adhibemus, sigillum curie nostre... apponi fecimus huic carte...

(Magnat. V. f. pag. 10. — Signalé par Ulysse Chevalier). —

---

92. — (13.10.11.n.) 1309, 8 Mars. — Barthélemy Fabri, son frère Bernard et Etienne, fils de Garin Fabri, reconnaissent tenir du franc alleu de Pierre de Arlia, différentes maisons sur lesquelles ils perçoivent des cens, et pour lesquels ils doivent faire audit Pierre 30 sols Viennois à chaque changement de tenancier. —

In Christi nomine, Amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo, trecentesimo nono, indictione octava, octavo die mensis martii

coramme

coram me Lantelmo Brunelli de sancto Helcutario, auctoritate imperiali publico notario et testibus infrascriptis, Bartholomeus Fabri, filius quondam Lagarii Fabri, nomine suo et horum, in quantum tangit ipsum et suos : et Bernardus Fabri, filius quondam dicti Lagarii Fabri, in quantum tangit ipsum et suos : et Stephanetus Fabri, filius quondam Garini Fabri, asserens, per juramentum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum ab eodem, se esse majorem quatuordecim annis, in quantum tangit ipsum et suos : sciantes, prudentes et spontanei non decepti, non coacti, nec alicujus dolo seu calliditate inducti, certi et bene consulti, et expresse asserebant et protestabant ex verbis ipsorum, manifeste perpendi potuerat, in quantum pertinet ad ipsos et eorum heredes et successores, confessi fuerunt publice et in veritate recognoverunt, ad petitionem, instantiam et requisitionem Petri de Arlia, se tenere de feudo franco dicti Petri et ad feudum francum a dicto Petro, omnes census quos percipiunt dicti Bartholomeus, Bernardus et Stephanetus infra portam Seranam et versus Vicum de Mala Uda, et in Lagarsian, et versus curtum Delboc, et subtus Bastidam usque ad domum Jordaneti Sereni, et domos quas habent infra dictos confines, cum pertinentiis quas habent infra dictos confines. Item, et censum quem percipiunt in Jauneria super domum Petri Marescalli, et domum ipsius Stephaneti et Lageroni, fratris sui, sitam in dicta Jauneria. Item, dimidiam libram cere, quam facit Guillelmus Pelorcini pro quadam vinea, sita in Estocays, juxta campum Giraudi de Rovaria, ex una parte, et juxta iter de Conquers quo itur versus Corney, ex altera. — Item, tenent ad feudum francum a dicto Petro de Arlia, census quos tenet ab ipsis Guillelmus de Platea. Et predicta omnia confessi fuerunt se tenere a dicto Petro ad feudum francum, sub placito triginta solidorum bone monete Viennensis antique de placito in mutatione tenementarii. — Promittentes dicti Barth... etc... formulas ordinarias.... Renunciantes dicti Barth... etc... à l'ordinaire.... Et fuit actum, quod presens instrumentum publicum, possit dictari, corrigi et emendari semel et pluries, licet productum fuerit in judicio vel non productum, cum omnibus juris et facti clausulis et renunciationibus

ante litem

ante libram contestatam, vel post, ad consilium peritorum, sed substantia non mutata.

Actum Romanis, in domo dicti Petri de Arlia quam inhabitat, testibus presentibus ad hoc vocatis et rogatis: magistro Guillelmo Monerii, Petro Port, Bernardo Disderii, Guillelmo Rayani, habitatoribus Romanis: et me predicto notario, qui predictis omnibus interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi rogatus et tradidi. —

(Magnat, V. pag. 32-33, dans un document de 1353. 6 Avril.) —

---

93. — 1310, 9 Avril. — Guillaume Massandier, de Pont en Royans, vend pour 45 sols viennois, a Guillaume Fromont de Ste Eulalie la 4e partie du pré de Fornat, de celui de Beaudinar, de la combe Armitaine, des taques et du bucherage qu'il perçoit dans la paroisse de St Laurent en la montagne ou puy Daunenc; la 5e des taques et bucherage appartient au Val St Marie qui perçoit 3 sols et 6 deniers.

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Nativitatis ejusdem Domini millesimo tricentesimo decimo, indictione VIIIa, videlicet die Vo Dies Aprilis, apud Pont de Royanis, in domo Palotii, coram me publico notario et testibus infrascriptis, Guillelmus Massanderii, de predicto Ponte, sciens, prudens atque spontaneus, et de suo jure certificatus, et dicebat, nomine suo et heredum suorum, atque successorum, vendidit, tradidit, perpetuo habere concessit, vendicione pura, perfecta et irrevocabili, sicut melius potuit intelligi seu dici, Guillelmo Frumenti, de parochia sancte Eulalie in Royanis, presenti emunti, stipulanti et recipienti pro se et heredibus atque successoribus suis: quartam partem prati de Tornelo, prati Bello-Dinar, combe Armitanie, tachiarum et bocheragii; quod bocheragium levat, ut dicitur, obolum tantum; sitorum, inquam, in parochia Ste Laurentii in Royanis, in monte seu podio Daunenc. Residuum vero dictarum tachiarum et bochagii, que habent percipi in dicto monte, dicuntur pertinere, scilicet: medietas pertinet, ut dicitur, Talavellis de Ste Laurentio predicto; et altera medietas tachiarum et bochagii dicti montis spectat et pertinet, ut dicebant dicte parte, domui Vallis Ste Marie et Petro Gerachonis. Et de predicta

medietate

medietate domus Vallis et Petri Garachonis, duas partes spectant et pertinent, ut dicitur, domui dicte Vallis. Et de hiis duabus partibus tachiarum et bochagii dicti montis spectantium dicte domui, dicitur esse quinta pars supradictarum tachiarum et bochagii. - Quam quidem quintam (plus haut il y a quartam) partem tachiarum, bochagii et pratorum Formoti et Balli Dinardi, cum quarta quinta parte combe Armitanie vendidit, ut supra, predictus Guillelmus venditor dicto Guillelmo emptori, stipulanti ut supra, ad habendum, tenendum, possidendum vel quasi et quicquid de predicta quarta quinta parte predictorum venditorum dicto Guillelmo emptori et suis, deinceps perpetuo placuerit faciendum; precio et precii nomine quadraginta et quinque solidorum, viann. seu monete usualis. Quod precium predictus venditor confessus fuit se habuisse et recepisse a predicto emptore in pecunia numerata; et de dicto precio dictum emptorem absolvit penitus et quittavit, pactum faciens quicquam de cetero non petendo a dicto emptore vel suis. - Item dicitur quod medietas predictorum pratorum et predicte combe Armitanie erat de Michaele Raulini et uxoris sue, pro dote ejusdem; et quod altera medietas dictorum pratorum et combe predicte remanet et dicitur esse dicto venditori et predicto emptori, communis inter eos, causa venditionis predicte. De vestivit se et suos predictus Guillelmus Massandarii de predictis venditis in manu Guillelmi Gaspagnonis recipientis, ut dicitur, nomine et vice prioris prioratus sive domus Vallis Ste Marie, qui capit et capere debet, ut dicebant, singulis annis super predicta quarta quinta parte dictorum pratorum et combe jam dicte
NB. tres solidos et sex denarios monete antique, et bannum, et pasqueragium et percursum aquarum. Et predictus Guillelmus Gaspagnonis, nomine dicti prioris domus predicte, de predictis venditis dictum emptorem pro se et suis recipientem, investivit; salvo tamen jure dicti prioratus et alterius ratione. Et de laudibus et venditionibus se tenuit a dicto emptore pro contento et persoluto, nomine dicte domus. Renunciando dictus venditor, ex certa sciencia, in hoc facto, exceptionibus predictorum, ita non gestorum et non rite gestorum, dolique mali et in factum actioni, precii non habiti, et

spei future

spei future numerationis, petitionis libelli, transcripto hujus instrumenti, et juri dicenti quod si venditor ultra dimidiam justi pretii maiorem fuerit, quod venditio rescindatur vel justum pretium supplacatur, et omni alii juri canonico et civili per quod predicta infringi possent vel aliqua de predictis. —

Rogantes dicta partes de predictis fieri publicum instrumentum, quod meliorari possit, si opus fuerit, ad consilium peritorum, juxta substantiam promissorum, et sigillari debeat sigillo prioris dicti prioratus. Quam venditionem predictam, predictus venditor, per se et suos, promisit cum stipulatione et sub obligatione omnium bonorum suorum quorumcumque et per juramentum, ad sancta Dei evangelia prestitum ab eodem, et sub pena refactionis dampnorum, gravaminum et expensarum et omnis interesse, lite ordinata et extra, cuntori predicto stipulanti pro se et suis, rata, grata et firma habere perpetuo et tenere fideliter, firmiter adimplere et inviolabiliter observare, et non contra facere vel venire, per se vel per alium, in judicio vel extra: et predicto cuntori et suis in omni casu tenari de evictione, in toto et in parte, et dampna omnia restituere vel estimationem. . . . . Hujus autem rei fuerunt testes vocati Palotus, Petrus de Rupe, Petrus Charles coturerius; et ego Amadeus Paloti, de predicto Ponte, auctoritate imperiali publicus notarius predictis omnibus interfui, et de predictis hoc instrumentum confeci, scripsi, signavi rogatus et tradidi. —

(Magnat. IX. pag. 26-27. — Analysé dans Ulysse chevalier.) —

---

94. — 1314, 6-9 Mai. — Association de prières accordée par le chapitre général (des chartreux) de 1314, à la prière de Henri, prieur du val Ste Marie, au comte Aimar V de Poitiers et à sa femme Marguerite de Genève. — (Archives de l'Isère. Grenoble. B. 3567. Inventaire (tom. 3 f. 96.)

---

95. — 1314, 22 septembre. — Jean Royan, peaussier de Romans, (pellicarius) se donne lui et ses biens à la chartreuse du val Ste Marie. —

In nomine

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. — Per presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis Dominice Millesimo trecentesimo quarto decimo, duodecima indictione, decimo Kalendas octobris: Coram me Bernardo Lubodi, de Romanis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, juratoque curiarum domini Dalphini, et testibus infrascriptis: Johannes Royani, policarius Romanis, non deceptus, non coactus, neque ab aliquo seductus seu circumventus, set sciens, prudens et spontaneus: attendens et considerans devotionem et affectionem quas habet et habere intendit in domum Vallis Ste Marie, Cartusiensis ordinis, et in monachos Deo et beatissime Virgini Marie, matri ejus, in dicta domo famulantes: attendens et considerans totaque tanta bona que sunt et fient de cetero in toto ordine Cartusie, et principaliter in domo predicta Vallis Ste Marie: Idcirco prefatus Johannes, ut in presenti et in futurum, habere debeat et valeat plenam participationem omnium bonorum, missarum et orationum, que per tam religiosas personas sunt quotidie et fient, quamdiu predictus ordo Cartusie durabit usque ad consummationem seculi, in dicto ordine, et potissime in dicta domo Vallis Ste Marie, in quâ nunc totum desiderium obtinet et affectum. — Igitur, ne sibi repulsa fieret in processu, volens apprehendere quod desiderat in presenti: se, corpus suum et animam suam, quantumcumque a suo corpore eam exire contingerit, dedit, donavit, dedicavit et gratis contulit, nunque et in perpetuum habere concessit, donatione pura, grata, firma et irrevocabili inter vivos, religioso viro + domino Henrico, priori nunc Vallis Ste Marie predicte, et michi notario publico supradicto, stipulantibus et recipientibus vice, nomine et ad opus domus Vallis Ste Marie predicte et omnium monachorum, in dicta domo famulantium; Et ex virtute predicte donationis et in signum remunerationis omnium beneficiorum, que prefatus Johannes perciperit in dicta domo quamdiu vixerit et fuerit in humanis, videlicet, in victu et vestitu, dedit, donavit, contulit et in perpetuum habere concessit, donatione qua supra, prefato domino priori, stipulanti et recipienti

recipienti vice, nomine et ad opus domus predicta et totius conventus dicti loci, triginta (ut dicitur) libras bonorum, viennensium, seu ad tantum, videlicet, computato singulo obolo argenti pro quinque denariis tantummodo, solvendas et reddendas prefato domino priori vel ejus certo nuncio stipulanti et recipienti nomine quo supra, quociens cumque per predictum dominum priorem vel per ejus certum nuncium super hoc fuerit requisitus. — Hoc acto etiam, quod idem dominus prior vel alii priores qui in dicta domo, processu temporis, rectores fuerint, debeant, ex pacto predicto, Johanni, quamdiu vixerit et erit in humanis, providere in victu sicut uni de fratribus dicte domus, et de una camera sufficienti in dicta domo, in qua possit et debeat quamdiu vixerit habitare. De vestimentis vero est conventum et in pacto deductum, quod domus predicta teneatur predicto Johanni, anno quolibet, de sex pannis ulnis sargili providere et eidem ministrare. De cibariis vero sicut uni de fratribus dicte domus, intelligendum quod superius est expressum. Hoc acto etiam quod, si in domo conversorum potabatur vel ministrabatur fratribus vinum tornatum vel corruptum vel tale quod non esset sufficiens ad potandum, quod, ex pacto, eidem Johanni de vino nouacorum, debeat eidem dari et ministrari de ejus sufficientia competenter. Hoc acto etiam quod predictus Johannes postulat et requirit cum tanta instantia quanta potest, per hanc presentem scripturam, predicto domino priori et conventui dicti loci, quod prior, qui tunc temporis prior fuerit dicte domus, quod eidem Johanni induci faciat capucium et habitum conversorum, quociens cumque eum contingat solvere debitum naturale. — De residuo vero rerum et bonorum suorum mobilium et immobilium, ex pacto, predictus Johannes ordinavit totaliter in hunc modum: Primo, videlicet quod predictus Johannes Royani dedit, donavit donatione pura, grata, firma, simplici et irrevocabili inter vivos, predicto domino Henrico priori et michi notario publico infrascripto, stipulantibus et recipientibus vice et nomine et ad opus domus

domus Vallis Ste Marie et monachorum in dicta domo famulantium, residuum
omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, presentium et futurorum
de quibus superius non ordinavit nec fecit aliquam mentionem, nec in posterum
ordinabit. — Et nichilominus dedit eidem domino priori et michi notario, stipu-
lantibus et nomine quo supra, specialiter et expresse omnia jura et omnes
actiones reales, personales, directas, utiles, pretorias, amorandas, petitas
urbanas et rusticales, et quascumque alias, que et quas ipse habet vel habere
potest et debet et videtur habere, contra quascumque personas ecclesiasticas
vel seculares, et specialiter contra Bernardum et Johannam Guiffredi, filios
suos, tam in bonis quam in personis eorumdem; taliter quod idem dominus
prior seu rectores domus predicte possint et debeant agere, petere et recu-
perare omnia jura et omnia interdicta et omnes actiones, que ipse
habet vel habere potest et debet et quacumque causa, contra predictos
filios suos, et contra quascumque alias personas, quocienscumque
predicto domino priori vel rectoribus dicte domus placuerit seu videbitur
faciendum et petendum, coram quibuscumque judicibus ecclesiasticis
et secularibus seu arbitris arbitratoribus, ubi questio per ipsum Johan-
nam posset moveri, modo quo libet seu forma, et quod ejus actio ac
prefatum dominum priorem seu ad rectores domus Vallis predicte plenum
jus deducatur, per hanc presentem donationem, ad predictam domum
totaliter revertatur. — Que quidem omnia universa et singula pro-
misit predictus Johannas, bona fide, per pactum cum stipulatione et sub
expressa obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium
presentium et futurorum, et per suum juramentum ad sancta Dei
evangelia sponte sua corporaliter prestitum, grata, rata et firma per-
petuo tenere et habere, et nunquam per se vel per alium, contra facere
vel venire, nec alicui contra venire volenti modo aliquo consentire,
set in judicio et extra inviolabiliter observare ab omni contradictorio
homine et persona. — Et predictus Prior, nomine suo et nomine dicte domus
et conventus ejusdem loci, promisit, sub vinculo bone fidei et sub ordine suo
et tanquam

at tanquam religios a persona, omnia supratacta et per ipsum promissa et ordinata, dicto Johanni nomine suo et nomine dicte domus, attendere et complere bona fide et nunquam contra facere vel venire, per se vel per alium, aut semper in melius reformare, sub ouere renunciationis juris et facti facilis et cautele. Renuncians predictus Johannes Royani, pallicerius, certus in hoc facto, sub virtute prestiti juramenti et per pactum (exceptioni) a se apposito quelibet doli, mali, metus et erroris et in factum actioni, privilegio fori, oblationi petitionis libelli, transcripto presentis instrumenti et copie ejusdem, et inspectionis vocabuli, et exceptioni dicte donationis non facte, vel non dolo facte facte, secundum quod superius continetur: juri dicenti propter ingratitudinem revocare posse: juri dicenti donationem propter nuptias propter ingratitudinem revocari posse: omni speciali ingratitudinis: juri dicenti donationem propter ingratitudinem revocari posse: juri dicenti donationem summam quingentorum aureorum excedentem, sine insinuatione non valere: omni juri immensas donationes reprobanti: volens et concedens dictus Johannes donator quod predicte summe pecunie donate in tot, tantis et variis donationibus dividantur quod sint tot et tanta et varie donationes, quod earum quelibet summam quingentorum aureorum non excedat: querele inofficiosi testamenti: et omni juri scripto vel non scripto, statuto vel statuendo, promulgato vel promulgando, edicto vel edendo, divino et humano, castri, ville vel civitatis: et omnibus rescriptis et privilegiis ab Apostolica sede seu a quocumque alio principe, sub quacumque verborum forma, impetratis vel etiam impetrandis: et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus juris et facti sibi competentibus vel competituris in futurum: et omni alii juri tam canonico quam civili per quod predicta possunt infringi, irritari vel annullari, vel irrita, vana et cassa pronunciari, de jure vel de facto, seu per que idem Johannes posset se contra predicta vel aliquod predictis in aliquo defendere vel tueri. — Et idem Dominus Prior renunciavit omnibus exceptionibus sibi ex facto competentibus vel competituris in futurum,

et omnibus

et omnibus juribus, indultis personis religiosis, et specialiter et expresse juri quod incipit : hoc jus porrectum : et omni alii juri canonico et civili : et juri dicenti generalem renunciationem non valere, nisi precesserit specialis. Volentes et precipientes partes predicte quod de predictis omnibus duo fierent publica instrumenta unius et ejusdem tenoris, ita quod pars quelibet posset et deberet habere unum, ad habendum in futurum memoriam rei geste ; et quod sigillum conventus Valli Ste Marie instrumento presentis Johannis Royani apponatur ad majorem firmitatem.

Actum Romanis, in domo Vallis predicte, videlicet in camera prioris, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus : Symondo Ruphi affanatore Romanis, Jacobo filio Fabri Royati quondam de sancto Nazario in Royanis, Martino de Burin magnerio dicti domini prioris, et Marmeria de Cerconay : et me predicto notario, qui hiis omnibus interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi rogatus et tradidi. — Et Nos predictus prior, ad preces et requisitionem dicti Johannis Royani, nobis oblatas per predictum notarium, sigillum Vallis et conventus Ste Marie predicte apponi fecimus huic presenti publico instrumento ad habendum memoriam rei geste. —

(Magnat. II. pag. 13-16. — Longue analyse dans Ulysse Chevalier). —

---

96. — (1321. st.n.). 1320, 13 Janvier. — Le prieur du Val Ste Marie, D. Guillaume, fait faire copie notariée de la charte de 1261, 29 oct. (n° 48)

Notum sit omnibus per hoc presens publicum instrumentum, quod anno ab Incarnatione Domini millesimo trecentesimo vicesimo, indictione quarta, die tertia decima mensis januarii, in presentia mei notarii et testium subscriptorum, religiosus vir et discretus frater Guillelmus, + prior domus et prioratus Vallis Ste Marie, Cartusiensis ordinis, obtulit et presentavit michi notario publico infrascripto quandam cartam seu litteram non viciatam, non cancellatam, non abrasam, nec in aliqua sui parte corruptam, sed sanam et integram et omni suspicione carentem

carentem, sigillatamque quinque sigillis carei integre et videlicet sigillo prioris et conventus Ste Felicis Valencie, prioris et conventus Vallis Ste Marie, dominorum B. de Gualon, abbatis Ste Felicis Valencie, curati archipresbiteri de Royanis quondam, ut prima facie apparebat requirens me dictum notarium infrascriptum, ex meo officio, ut dictam litteram de verbo ad verbum sibi transcriberem et in formam publicam sibi redigerem, sub signo que meo solito, ad habendum de eadem eternam rei memoriam instrumentum. — Pro inde ego notarius infrascriptus dictam litteram ... transcripsi de verbo ad verbum, nichil addito vel mutato, quod facti substantiam in aliquo .... ipsa prius lecta per me in vernacula lingua exposita coram testibus infrascriptis. Cujus quidem littere tenor de verbo ad verbum ... est talis ... « Nos B. de Gualon etc ... » voir plus haut n° 48. —

Le document étant très lacéré, l'abbé Magnat n'a pas copié la fin ..

(Magnat, IX, pag. 59. — Analysé dans Ulysse Chevalier). —

---

97. — (1321. st. ord.). 1320, 14 Janvier. — A la prière du prieur du Val Ste Marie, D. Guillaume, le notaire Pierre Raoul fait une copie vidimée du traité de déc. 1256. — Voir plus haut. —

9a – Postque eodem anno 1339, 13 Martii ... Cantalmonus, filius Chaberti Rogani, de mandamento Pisanconis, sciens ... confessus fuit ... se tenere in emphiteosim et a directo dominio ... dictorum fratrum ... quandam peciam terre cum quadam domo, sitam versus planterium, ex una parte: et juxta terram domini Amedei de Pictavia, ex parte altera: et juxta podium de Charles, ex parte altera ... Que pecia terre continet circa decem sestariatas terre. Quo pacto ... pecia terre facit ... unam eyminam frumenti valentem et amentem, ad usum castri Pisanciano ... Actum ... alteram pontem Romanis, in domo fedagii vel prope, testibus ... Poncio Leo maynerio Pisanciano, Johanne Radulphi de Pisanciano, Stephano de Allone fedagiatore ...

10a. Postque anno 1339, 14 Martii ... Peronnonus Galati, de ecclesia, effa-

– mator Romanis,

natos Romanis, sciens ... confessus fuit ... se tenere in emphiteosim et de directo dominio ... dictorum fratrum ... quandam vineam, sitam in loco vulgariter nuncupato Boczans, juxta peciam de Boczans, ex una parte: et juxta vineam liberorum Parolli Montebruneri ... ex parte altera: et juxta vineam Simonis Mollani, quodam itinere intermedio, ex parte altera: et juxta vineam vocatam la Sarmilla, ex parte altera ... Et continet dicta vinea circa quinque sestariatas terre. Pro qua ... vinea ... fact ... unam eyminam, siliginis, ad bassam mensuram, et duodecim denarios censuales.

Actum Romanis ... in tribio Algodarum, testibus ... Lantgono Girodi, Petro Parolli ... Bottagno Charnerii ....

11a - Postque ad. 1339, 11 Martii ... Bertonus de Maleto, sciens ... confessus fuit ... se tenere, facta sibi Bertono primitus fide de declaratione domini judicis curie Romanis extenore cujusdam publici instrumenti signati, et apparet cirpendenti magni sigilli domini Archiepiscopi Viennensis, quandam vineam et campum contiguos, sitos in loco vulgariter nuncupato an Hoyriat Doumas, continentes circa quinque sestariatas terre, juxta vineam heredis Petri Hospitis de Romanis, ex una parte: et juxta vineam et campum Bernardi Vernaolli, ex altera: et juxta iter publicum per quod itur de Romanis versus Stum Johannem, ex parte altera ... Pro qua vinea et campo faciebat ... Garinoni Tomari ... et facere valt ... dictis fratribus ... unum sestarium siliginis ad bassam mensuram, tamen dixit dictus Bertonus quod ipse facit predicta vinea annuatim ariam ecclesie beate Bernardi de Romanis unam eyminam siliginis, ad eandem mensuram, ad usus ecclesie beate Bernardi predicti. Dicens actum ... quod melcat dictum sienem in dicta vinea. Actum Romanis ... in domo Helemosine prope introgium dicte domus, testibus ... Johanne de Ste Valerio, Castorio Romanis, Bruthosio Landrici, Johanne Pignonis ...

12a Postque eodem a. 1339, 11 Martii ... Bartandus Barthelomei de Mors (Mours), sciens ... confessus fuit ... se tenere ... in emphiteosim et de directo dominio ... dictorum fratrum ... quandam peciam terre, sitam in loco vulga-

in loco vulgariter nuncupato en Poller, juxta terram Perrini Alendi de Mors, ex una parte; et juxta terram haeredum Petri Tazodi (Tassodi) de Mors, ex parte altera. ... Pro qua pecia terre ... facit ... quartam partem unius quartalis avene, Actum in dicto Mors in cimeterio dicti loci, testibus ... Martino Richalendi, Perrino Banicti, Berando Buffavenli de Peyrino ...

13a Postque eodem a° 1339, 21 Martii ... Guillelmus, filius Johannis Guinardi de Mors quondam, sicut ... confessus fuit ... se tenere ... in emphiteosim et de directo dominio ... dictorum fratrum ... quemdam pecium terre sitam, in loco vulgariter nuncupato Comba de Gampalo, juxta terram Liberorum de Peyreca, ex una parte; et juxta terram haeredum Torrassoni Banicti quondam de Mors, ex parte altera ... Pro qua pecia terre ... facit ... unum quartale et dimidium avene censuel ... Actum, ut supra testibus ... hedes premiers de là de precedent et Johanne Rolendi de Mors ...

14a Postque eodem a° 1339, 21 Martii ..... Margarona, relicta Guinardi Alendi, Guillelmus filius eorum, de Mors ... confessi fuerunt ... se tenere ... in emphiteosim et de directo dominio ... dictorum fratrum ... quemdam campum situm in Comba de Poller, juxta terram Guillermi Guinardi de Mors, ex una parte; et juxta terram Perrini Alendi de Mors, ex parte altera; et juxta iter de Poller, ex altera ... Qui campus continet circa duas sestariatas terre. Pro quo campo faciunt ... unum quartale comolatum avene et dimidium quartale ras avene censuel, (sita).

15a Item eodem a° 1339, 21 Martii ... dicta Margarona ... et dictus Guillermus ... vicantes ... confessi sunt ... se tenere ... in emphiteosim et de directo dominio ... dictorum fratrum ... quemdam alium pecium terre, sitam in loco dicto Comba de Poller, juxta terram Guillermi Guinardi, ex una parte; et juxta terram Perrini Alendi, ex altera; et juxta terram Bonhore Facherie de Ganiciaco, ex altera. Que terra ... fuit Lantelmi Cusignati de Maymanis. Pro qua pecia terre faciunt ... unum dimidium quartale avene comolatum censuel. Actum ut supra, testibus ... Perrino Banici, Martino Richalendi de Mors, ...

16a Postque

16ª - Postque eodem a° 1339, 21 Martii ... Petrus Alendi de Mors, ciens ... confessus fuit ... se tenere ... in emphiteosin et de directo dominio ... dictorum fratrum ... quandam peciam terre continentem circa quatuor sestariatas terre, sitam in comba de Poller, juxta terram vocate de Baco de Mors, ex una parte: et juxta terram heredum Petri Taczodi, ex altera: et juxta terram Bertrandi Taczodi, ex parte altera ... Pro qua pecia terre ... facit ... tres partes unius quartalis avene et unum dimidium quartale avene comolate census. Actum in dicto cemeterio, testibus ... quibus supra ...

17ª - Postque eodem a° 1339, 21 Martii ... Guillonus Alendi de Mors, ciens ... confessus fuit ... se tenere in emphiteosin et de directo dominio ... dictorum fratrum ... quandam peciam terre, continentem circa unam sestariatam terre, sitam in comba de Poller, juxta terram heredum Johannis Banite de Mors, ex una, vicolo interm dio: et juxta terram Anthonii Bovarelli, affanatoris de Ganiciaco, ex altera: et juxta iter per quod itur de Mors versus fontem de Gampalo, ex parte altera ... Pro qua pecia terre facit ... unum quartale avene et bassam mensuram. Actum ... in dicto cemeterio, testibus ... Martino Richalandi, Perrino Banite de Mors ...

18ª - Postque eodem a° 1339, 21 Martii ... Martinus Richalandi de Mors, ciens ... confessus fuit ... se tenere in emphiteosin et de directo dominio ... dictorum fratrum ... quandam peciam terre sitam in loco dicto en Poller, juxta terram Perrini Alendi de Mors, ex una parte: et juxta terram dicti Anthonii Bovarelli, ex altera ... Pro qua pecia terre ... facit unum quartale avene et quartam partem unius quartalis avene census. Actum ... apud Mors, in dicto cemeterio, testibus ... Johanne Rollandi, Perrino Banite, Johanne Macellarii alias dicto Morel ...

19ª - Postque a° Domini 1339, 2 Aprilis ... Astruga, relicta Johannati Grassetti, habitatoris in vicolo Valanczonis in Burgo Ste Fidis, ciens ... confessa fuit ... se tenere ... in emphiteosin et de directo dominio ... dictorum fratrum, quendam campum suum de dote sua, continentem circa unam sestariatam terre, sitam in comba de Poller, juxta campum Raynaudi de

Raymundi de Laganha quondam affanatoris Romanis, ex una parte: et juxta Campum quem tenet et possidet Johannes Marelli de Villanova Raybanis, ex parte altera ... Pro quo campo facit ... quartam partem unius quartalis avene tenture. Actum apud Romanis ante operatorium Raymundi de Alavardo ... testibus ... Johanne de Alavardo corrario, Joffredo corrarii ....

20a Postque eodem a° 1339, 18 Aprilis .... Johannes Blachonis de Sancto Bardulfo, sciens ... confessus fuit ... tenere ... in emphiteosim et de directo dominio ... dictorum pratorum, facta sibi Johannis Blachonis primitus fide de declaratione bonorum Jerinani Tomari quondam burgensis Romanis, facta per dominum judicem curie Romanis per quoddam publicum instrumentum, bigillatum, in pendente bigillo domini archiepiscopi Viennensis quo utitur in Romanis ... quendam pecium terre situm in parochia Sancti Bardilis, continentem circa unam, vel sextariatam terre, juxta terram liborum, Perroti de Sto Bardulfo, ex una parte: et juxta terram Vincentii de Sto Michaele, ex parte altera: et juxta alias terras dicte confitentis, ex parte altera .... Pro quo pecio terre .. facit ... unam eminam frumenti ad cassam mensuram, et duos solidos pro placito in mutatione domini et tasmentarii. Actum ... apud Sanctum Bardulfum, in cimiterio dicti loci, testibus ... Johanne Blacha, Stephano Bernardi, Bartholomeo Bernardi, Stephano Clareti de Sto Bardulfo, Martino Perroti, Johanne Perroti, dicto loco, et me supradicto notario publico. —

Promittentes supradicti tasmentarii, quilibet pro se .... etc ....

Renunciantes autem dicti siquidem tasmentarii .... exceptioni ...

Acta fuerunt hec anno, die, loco, indictione predictis et in locis supradictis, testibus presentibus quibus supra, et me supradicto Johanne Audoardi de Romanis, Viennensis diocesis, clerico auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus, una cum predictis testibus presens fui, et hoc presens, scribi et publicum instrumentum recepi ad (instantiam) dicti Juliani Tomari, dictumque instrumentum scripsi manu mea propria, signoque meo consueto signavi rogatus et vocatus tradidi. — (Magnat. LV. pages 1-11.) —

Résumé des reconnaissances précédentes.

	Noms des tenanciers	Possessions	Setiers	Emines	Désignations des Lieux	Setiers	Emines	Cens quartals
1.	Aymonet de Salamone	Pièce de vigne	3.		en Hoyrias donnas	1. seigle		
2.	id.	vigne	1.		ibidem		1. seig.	
3.	Egil Labella Barrina	vigne	2.		ibidem		1. seig.	1. froment
4.	Guillon de Montilio	vigne	2.		ibidem	1. from.		
5.	Guillona uxor Patri Hospitis	terre		1.	ibidem			1. seigle
6.	Jean Girini	vigne		3.	ibidem		1. froment	
7.	André Malino	vigne	3.		ibidem		1. seigle 1. froment	
8.	Etienne Flachera	vigne		3.	en la Follia		1. seigle	
9.	Pantalme Royani	terre et maison	10.		vers as Plantarias		1. from.	
10.	Perronon Galoté	vigne	5.		au Boczard		1. seigle	12 den.
11.	Bertoné de Maleto	vigne et champ	5.		en Hoyrias donnas	1. seigle		~~1 et 1/2 Avoine~~
12.	Bertrand Barthelomei de Mors	terre			en Poller Combe de Gampel			1 et 1/2 Avoine
13.	Guillaume Guinard de Mors,	terre			Combe de Gampel			1/6 Av.
14.	Margarona, veuve Guigues Alandi et ses fils Guillaume	champ	2.		combe de Poller			1 et 1/2. Av.
15.	idem	terre			ibidem, sa			1/2. Av.
16.	Pierre Alandi de Mors,	terre	6.		ibidem.			1 et 1/4. Av.
17.	Guillon Alandi de Mors,	terre	1.		ibidem.			1. Av.
18.	Martin Richalandi de Mors,	terre			en Poller			1 et 1/4. Av.
19.	Alta uxor Grallati,	champ	1.		Combe de Poller			1/4. Av.
20.	Jean Blachonis,	terre	1.		1te Bandille		1. froment	

(La contenance de la marge) 40. set. 7 m. 3. Setiers. 9. Emines. 9 et 1/2. 12 d.

112. — 1339, 22 Avril. — L'autorité judiciaire de Romans vend aux enchères, pour 34 florins d'or, une maison de feu Garinon Tornat située à Romans vers la Porte de fer. Ladite maison fait 6 deniers de cens à Pierre Fabri. L'achateur est Jean Chabert de Romans. —

Nos Garento Bajuli, judex curie de Romanis, et garens vices ibidem pro Reg.le in Xte patre et Dno nostro Dno Bertrando, permissione divina Ste

Viennensis

Viennensis ecclesie archiepiscopo, comite Vienne abbatique sancti Theuderii et de Romanis : notum facimus universis presentes litteras inspecturis seu audituris, quod coram Garinonus Tomari, burgensis Romanensis, dudum viam universe carnis sit ingressus, condito testamento, in quo Catharinam Morcarie, ejus uxorem, sibi heredem universalem instituit. Que quidem Catharina, videns hereditatem dicti Garinoni, viri sui, mole debitorum oppressam, eamdem hereditatem cum beneficio inventarii per eam sollempniter facti..(illegible). Subsequenter vero multi creditores dicti Garinoni quondam apparuerunt et de juribus suis proposuerunt et debita sua coram nobis, via juris, petierunt. Proquibus creditoribus .... fuit cognitum, et definitive pronunciatum ; et predicta Catharina, que dotem suam et jura sua petiit in bonis dicti Garinoni, viri sui quondam, prout constat de predictis sententiis per patentes litteras sigillo dicte curie sigillatas. A quibus quidem sententiis diffinitivis minime extitit appellatum ; imo in rem transierunt judicatam, per datas dictarum litterarum apparet manifeste.

Et ex parte dictorum creditorum et Catharine a nobis fuimus requisiti ut sententie essent exequtioni debite mandarentur. Quocirca nos dictus judex... attendens ... Quas quidem possessiones dicti Garinoni quondam fore facimus ad inquantum publicum ville Romanis et legitime subastari per Guillelmum de Monte venaris, preconem publicum ville Romanis. Inter quas possessiones incontatas et subastatas est

× quoddam tenementum domorum, in quo sunt quatuor ostagia, situm Romanis versus Portam-Feram, juxta dictam portam, ex una parte, et juxta domum Taquemone Anniace, ex altera, cum suis certis confrontibus universis. Quod tenementum domorum superius confrontatum est et tenetur de dominio directo Petri Fabri, burgensis Romanis, sub censu xx denariorum censuum bonorum Viennensium, vendendum et liberandum plus dante et offerente in eadem. Cumque facta subastatione per tempus debitum et ultra, more solito, et per loca consueta, proclamatoque venditionem, libérationem et expeditionem dicti tenementi domorum predictarum

- atarum

...atorum plus dante et offerente in eodem; cum non sit amicatus qui plus
pro se tantum daret nec offerret in eodem pretio quam, facit Johannes
Chaberti de Romanis, qui sic datorum in eodem tenamento obtulit triginta
quatuor florenos auri boni, puri et legitimi ponderis et valoris.

Idcirco, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Xti M°CCC° tricesimo
nono et die jovis vicesima secunda mensis aprilis (1339, 22 Aprilis), ad quam
diem citati erant predictum fracorum, et ipse statuit, dictus Johannes
Chaberti, emptor, et Jacobus Turichabli, notar Romanis procurator et nomine
procuratorio dicte Catharine Mercerie... ea damnor pocat et citatione
le 1er pour recevoir la vente... dicta die comparuit dictus Jacobus Turrichabli
... comparuit ex adverso dictus Johannes emptor... Et nos dictus judex
et gerens vices, proclamato primitus semel, bis, ter et pluries predictum
fracorum, et in nostro publico consistorio, venditionem, libationem et appo-
sitionem dicti tenamenti domorum... dicto Johanni Chaberti ementi
... et plus quam alter... offerenti, auctoritate nostra judiciaria, vendimus
expedimus et deliberamus, ad habendum, tenendum, possidendum... et
quicquid eidem... emptori... placuerit perpetuo faciendum; pracio et
nomine pretii triginta quatuor florenorum auri, boni ponderis et legitimi
valoris. Quos triginta quatuor florenos auri dictus Johannes Chaberti...
promisit... solvere... ad nostram ordinationem et mandatum. Demet
eum ita in possessionem "salvo jure directo dominii" tantum qu'il le peut;
priant Pierre Fabri de donner à l'acheteur l'investiture; et ordonnant à
ses sujets de maintenir ledit acheteur dans ses droits... Et hanc venditionem,
tanquam rite et legitime facta, pro tribunali sedentes, nos dictus judex
et gerens vices, nisi majorum, auctoritatem nostram judiciariam
interponimus pariter et decretum. —

Actum et datum Romanis, anno et die quibus supra, in consistorio curie
supradicte, presentibus testibus: Garinono Fabri, filio Garini Fabri, quon-
dam burgensi Romanis, Martino Ruggeli, Grigoneto Grassi, burgensibus
Romanis, et Petro (Barmini) notario publico et dicte curie jurato ita est P. B.

In quorum

In quorum omnium et singulorum premissorum robur et testimonium, sigillum curie ~~ipsius~~ presentibus litteris duximus apponendum. —
(Magnat. II. fog. 16-18). —

---

113. — 1340 14 Nov. — Peronon de Sonna, damoiseau, vend. pour 9 flor. d'or, au prieur de l'ab. de Ste Marie D. Pierre Poylleni, 8 sols de cens annuel qu'il percoit sur des pièces de terre et vigne de la chartreuse, situées à Romans près du chemin qui va de Romans à Clériacus. —

Noverint universi et singuli hoc presens, quorum cognitionem, inspectionem seu etiam auditionem, quod, cum Perononus de Sonna, domicellus, habitator Montis Rotundi prope Sanctum Hilarium, haberet et percipere, habere et percipere consueverit, annis singulis, super quibusdam peciis terre et vinee sitis et positis in territorio de Romanis; Que pecie terre sunt sancte domus Vallis Ste Marie, juxta iter publicum, per quod itur de Romanis versus Clayriacum, et juxta unam; et juxta aquam seu bealle de Chamachia (chaurachia!), ex altera: et juxta vineam Johannis Colte, burgensis Romanis, ex altera: et juxta vicum per quod itur versus vineam dicti Johannis Coste et Johannis Luchonis, juxta vineam, quam tenent a domino Archiepiscopo, ex altera: cum suis aliis certis confinibus, ex altera. Que quidem pecie terre et vinee fuerunt, videlicet una ex dictis vineis, Ruffi Francanis, et alia Guillelmi de (Charicuco) quondam. Que quidem vinee ... fuerunt empte per fratres assorean priores seu procuratoris dicte domus Ste Marie, ad opus et utilitatem dicte domus. In quibus et super quibus vineis ... percipiebat, et supra dictum est, octo solidos bone monete annis singulis censuales dictis Peronanis. Quos quidem octo solidos censuales dictus Peronanus de Sonna habebat et tenebat de fundo franco et sine recognitione alicujus de predictis octo solidis censualibus facienda, ut dicebat et asserebat. — Hinc est quod anno Incarnationis ejusdem Millesimo trecentesimo quadragesimo, et die martis post festum beate Martini

beati Martini ... quo sunt decima quarta dies mensis novembris, coram me Francisco Audoardi, de Romanis, Vicarensis diocesis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, et testibus infrascriptis infradictus Peronnus de Lonna domicellus, sciens et prudens et sponte, videns suum commodum et utilitatem, vendidit et titulo pure, perfecte et irrevocabilis venditionis dedit, cessit et concessit, prout melius et amplius potest intelligi dicique, in perpetuum, religioso viro domino Petro Poyllani, priori prioratus dicte domus Valliis Ste Marie, presenti, stipulanti, et michi notario publico infradicto, tanquam persone publice, stipulanti et tollempniter et recipienti nomine dicte domus Vallis Ste Marie et ad opus ipsius domus et omnium illorum quorum interest vel interesse in futurum: dictos octo solidos censuales bone monete cum ipsorum juribus, actionibus, pertinentiis, appenditiis et requisitionibus universis, ad habendum, perdictam dominum priorem et (conventum?) domus predicte de Valle Ste Marie, qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum, alienandum et quicquid eidem domino priori et domui predicte Vallis Ste Marie et conventui dicte domus, qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint, placuerit perpetuo faciendum: precio et nomine precii novem florenorum auri, boni auri, boni et legitimi ponderis. Quos quidem novem florenos dicti auri dictus dominus prior ... tradidit et numeravit ... Se vendam sibi tenit contant et eidem domine quittavit ... Cedens nichilominus et concedens dictus Peronnus ... tous les droits qu'il peut avoir sur ledit cens .... Et si plus valeant ... il le donne Constituens se dictus Peronnus ... possessor jusqu'à ce que la prieure soit entrée en possession ... Devestiens se et suos ... de dictis octo solidis ... in manus mei notarii ... per traditionem cujusdam baculi ... et dictum dominum priorem ... per traditionem dicti baculi manualis ... investivit et retinuit, et loco sui apposuit et verum dominum et procuratorem, ut in rem suam propriam. - Promittens etc. Formam ordinarem ..... Et pro dictis omnibus universis et singulis melius

michiel attendendum, complendum, observandum et in forte tenendum
eidem domino priori et michi notario predicto, stipulantibus ut supra, dictis
Petro nomine vendicionis quantum ad hec supposuit et submisit se et omnia
bona sua, habita et habenda, curiis domini Dalphini Viennensis apud
(Lagneum) vel alibi in Viennesio constitutis, et dominorum officialium
Vienne apud Sanctum Donatum, Dyensis et Valentie: et rigoribus ac
vigoribus, stylo, usui et consuetudini sigillorum, dictarum, curiarum et
cujuslibet earum; ita quod processus inchoatus seu inchoandus per
unam ex dictis curiis, per quamcumque alteram valeat prosequi,
mediari et finiri. — Et fuit actum quod hoc presens publicum instru-
-mentum producatur in judicio vel non producatur, cum lite contestatum
vel post etiam quandocumque fuerit et valeat dictari, corrigi, reffici, me-
-liorari et emendari semel et pluries, ad consilium peritorum, facti tamen
substantia in aliquo non mutata. Cum omni renunciatione juris et facti
peritor et cautela. — Actum Romanis, anno et die quibus supra,
in domo Vallis Ste Marie, testibus presentibus ad hec vocatis et rogatis:
videlicet: Juvenono Barberii de Crista, Ponono Andree, Antonio Rossati,
habitatore Romanis, Jaqueria donato Vallis Ste Marie, Forano Logo
de Bovantico, maynerio dicti domini prioris: et me predicto notario
qui premissis omnibus, una cum predictis testibus, presens interfui et hoc
presens publicum instrumentum scribi feci, signoque meo consueto
manu mea propria signavi rogatus. —

(Magnat. III. pag. 3-6). —

---

114. — (1341. st.n.). 1340, 13 Janvier. — Composition amicale entre
Guillaume de Châteauneuf, agissant au son nom, au nom
d'autres seigneurs et des habitants de Montalieu, et le Prieur de
Val Ste Marie D. Pierre Poyllani au sujet des pâturages de Mon-
-talieu. A la rigueur du droit la chartreuse pouvait faire paître dans
les pâturages de Montalieu 60 trentains de brebis; mais vu la diminu-
-tion de la lande

tion de l'étendue desdits pâturages et l'augmentation des animaux des habitants de Montélier : le prieur consent à ne mettre plus que 15 trentains ; mais ils pourront aller partout excepté aux Mantoulas : Guillaume s'engage à faire ratifier et maintenir cet accord sous peine de 30 florins d'or. —

Noscant universi, presentes et posteri, hoc presens, verum et publicum instrumentum, visuri et contenta in eo lecturi et audituri, quod, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Xti millesimo trecentesimo quadragesimo, indictione nona, et die decima tertia mensis januarii (1341, 13 jan. st. n.) : Cum questio et controversia verteretur seu quasi et oriri videretur seu speraretur, inter honorabilem et nobilem virum Guillalmum de Castronovo, dominum de Montilisio, Valentinensis dyocesis, nomine suo et de voluntate, ut asserit, consensu pariter et assensu nobilium virorum Petri et Arnaldi, Lamberti, Gontardi, Poncii Montisveneris, et aliorum nobilium et francorum et omnium populariorum et incolarum castri et mandamenti predicti, seu majoris partis eorum, ex una parte : et venerabilem et magne religionis virum + dominum Petrum Poyllenc de Clayriaco, priorem religiose domus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie, nomine dicte domus et conventus ejusdem, ex altera : de et super eo quod idem dominus prior, suo et quibus supra nominibus, dicebat et asserebat, quod ipse poterat et debebat habere (in grangia sua) et dictorum conventus et domus ... et quam habent et possident ut suam in mandamento dicti castri Montilisii, ex virtute et pactis et conventionibus, et ... compositionis olim facte inter predecessores dicti nobilis, dominos que dicti castri et nobiles ejusdem, et priorem et conventum dicte domus Vallis, quam dominus prior (exhibuit), (jus pasquerandi) facere, quolibet anno, infra et per mandamentum dicti castri et pasqueragia ejusdem, a festo sancte trentenarie anteriori seu plenius oriens, a festo omnium sanctorum usque ad finem mensis madii tunc venturi. — Item asserebat idem prior nominibus quibus supra, plures alias libertates habere de pluribus et alteriis generis animalibus imponendis, tenendis et pasquerandis libere per pascua dicti mandamenti, et incole dicti loci facient + exceptis vineis et quibusdam aliis paucis locis. Que omnia in dicta compositione et concessione, exhibita per dictum dominum priorem et lecta coram ipso Guillelmo et me notario ac testibus infrascriptis, latius continentur.

Dicto domino

Dicto domino Guillelmo, domino dicti loci, dicente et asserente contractum ... sic fuisse concessum, reperirentur per predecessores suos dictis priori et conventui, temporibus dicte compositionis, quod dicti prior et conventus non fuerunt usi, nec consueti erant (habuerunt) ... jovare et depascere seu tenere animalia omnia in pascuis et mandamento predictis. Quodque, licet temporibus illis non esset forta dampnorum, et honerosum, dominis castri predicti et illis quorum interest, cum tunc essent plura nemora, terre steriles, latiora pascua et pauciores agricole et pratatores animalium, quam modo sunt .... Nunc tamen si tot, ut predictur, animalia jovarentur, tenerentur et depascerentur per dictum dominum priorem et conventum in dictis pascuis, esset ..... dampnorum ipsi domino et aliis quorum interest, quia animalia incolarum dicti castri non possent in et de pascuis, cum tot animalibus dictorum prioris et conventus, sustentari: et plures ..... fructus rarum incolarum dicti castri deperirent pro multitudine animalium dicte domus Vallis. Unde dicebat dictus nobilis, suo et quibus supra nominibus, dicta et petita per dictum dominum priorem fieri non posse nec debere, eliamsi fieri deberet de juris rigore. — Propterquod dictus nobilis Guillelmus, dominus dicti loci, de voluntate, consensu et assensu prenominatorum Petri Lamberti, Porcelli et aliorum francorum ac popularium et incolarum dicti loci, seu majoris partis eorum; habitoque tractatu super hoc et infrascriptis cum eisdem, et ipsis volentibus et consentientibus, ut asserit, pro se et suis imperpetuum successoribus, hoque periculo et dampno, nomine suo et suorum et aliorum quorum interest communiter et divisim imperpetuum successorum, ex una parte; et dictus dominus prior, nomine suo et suorum successorum ac nominibus dictorum conventus et domus Vallis, de voluntate, consensu et assensu sui conventus, ut asserit, ex altera: amissa rigore et sequentes equitatem, pro communi bono et utilitate evidente dictorum dominorum francorum et omnium popularium, dicti loci et etiam ipsius castri et mandamenti, et terrarum et animalium ejusdem, tam explicite quam implicite; Item, et pro commodo, bono et utilitate inspecta, tempore presenti, et considerato tempore futuro dictorum domini prioris, conventus et domus Vallis, et grangia ipsorum, quam habent in dicto mandamento: et predictis causis et rationibus

et rationibus et ex aliis plurib[us] justis, suis et quibus supra nominib[us] eorumque perpetuo successorum, transigerunt inter se et amicabiliter convenerunt super predictis et infrascriptis duntaxat, citra et preter novacionem, super aliis contentis in dicta compositione et concessione, ad tractatum, talis et talis et infra sequitur:

Videlicet, quod dictus dominus prior, nominib[us] quibus supra, pro se et dicto suo conventu et eorum imperpetuum successorum, voluit et gra-ciose concessit dicto nobili Guillelmo, pro bono communi et utilitate evidenti dictorum domini, francorum et omnium popularium dicti loci et etiam pro bono et utilitate dicti castri et mandamenti, et michi notario et nomine predictorum et omnium quorum interest vel interesse poterit et recipienti: Quod predictus numerus anerii minuti seu pacu-dum ovium, qui erat viginta trium centenariorum, restringuatur et minue-tur, et ex nunc imperpetuum sit restrictus et minutus usque inclusive ad quindecim trentenaria anerii seu precedam ovium; ita quod ultra quindecim trentenaria anerii, de cetero dicti dominus prior, conventus et eorum successores non debeant nec possint tenere, fovere vel depastcare, anno quolibet, in dictis pasquayragiis et mandamento castri predicti; majori quantitati ovium inducende et fovende in dictis pas-cuis et mandamento omnino renunciando; salvo tamen et excepto quod dicta quindecim trentenaria anerii minuti seu ovium possint esse et morari infradictum mandamentum, et ubi libere pascui dicti mandam-enti, et specialiter in loco dicto lo Moresia, et alibi ubi voluerint et potue-rint: exceptis loco appellato las Matotas co..... et aliis locis, in quibus animalia ovium incolarum dicti loci non consueverunt pascere; in quibus exceptatis locis esse vel imponi seu depasci non possunt, nisi hoc esset de voluntate eorum quorum sunt utilitas vel directo loca defendarum prohibita, quolibet anno, ex nunc perpetuo, a festo Assumpti-onis beate Marie usque ad festum beati Urbani, et earum non possint nec tempore ultra unum mensem, ante tunc (sic).—

Dictus vero

Dictus vero nobilis Guillelmus, dominus dicti loci, acceptâ concessione
gratiosa sibi facta per eum acceptaque per me notarium infrascriptum,
stipulantem et recipientem nomine omnium quorum interest, in diminutio-
restrictione numeri ovium; nolens esse immemor beneficii accepti,
attendens eciam quod benefacientibus benefacere tenemur et quod faci
ut faciat, regulam illa contractus hic locum habet: Ideo, nomine suo
et suorum ac nominibus predictorum francorum et popularium dicti loci,
presque faiculo imperpetuum successorum: Quod, quamvis secundum
compositionem predictam antiquam, per dictum dominum priorem exhibitam
et quamdam aliam postea sequentem, dicta sexagenta trentenaria
anni non possint esse infradictum mandamentum, nisi a festo omnium
sanctorum usque ad festum mensis madii, nec habeant percursum
nec pasquagium in dicto loco de Moresia, quod, de cetero ad nunc et
perpetuo, idem dominus prior, qui nunc est vel pro tempore fuerit, nomine
dicte domus Vallis vel conventus ejusdem domus, possint ponere, tenere
habere et depasci libere, infra et per mandamentum dicti castri Montilii
et in pascuis ejusdem, dicta quinquagenta trentenaria anni seu pecudum
grossi, quolibet anno, a festo Assumptionis beate Marie tantum et
exclusive usque ad festum beati Urbani. — Que animalia proxima
dicta et alia bovina, que possint tenere, ponere et habere ac depascere
dicte domus Vallis, juxta dicte compositionis tenoram, possint et debeant
infra et per dicta tempora esse et morari ac depasci et utiliberi ex
nunc pascuis et pasquagiis dicti castri et mandamenti, et eciam
in Moresia et alibi ubicunque voluerint et poterint, prout facient
et utentur in suis animalibus in cole et mutatores animalium dicti
castri: exceptis locis superius exceptatis, nisi ipso casu erit et de
voluntate eorum quorum sunt vel prohibita, ut dicitur supra.

Promittens idem Guillelmus, dominus dicti loci, pro se et suis imper-
petuum successoribus, nomine suo et quorum supra per juramentum
suum super sancta Dei evangelia corporaliter prestitum, et hoc expressa

obligatione

obligationa et ypotheca omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, et sub pena refactionis damporum, gravaminum et interesse eidem domino priori presenti et mandanti suo dicteque conventui et domui Vallis recipienti et stipulanti, et michi notario, ut persone publice, stipulanti et recipienti nomine dicte domus Vallis et conventus et omnium quorum interest vel poterit interesse, omnia universa et singula attendere, custodire et observare inconcusse prout et quis imperpetuum successoribus, hoque pericula attendi, custodiri et observari facere cum effectu et inconcusse, ac ratifficari facere, laudari, approbari et confirmari facere per predictos patronum, Raymundum, Lambertum, Guntardum et Poncium, Montis veneris et alios francos et per populares incolas seu habitatores dictorum locorum, aut saltem majoris partis populorum predictorum, et specialiter per illos qui jam juraverunt et promiserunt eidem domino Montilisii, ut continetur in quadam nota recepta per manum Johannis Blanchardi notarii publici, quod contractum, convencionum et pactionum seu concordiarum et transactionum, quam idem dominus Montilisii fecerit in et super predictis factis et animalibus, cum dicto domino priore Vallis ratifficarent, approbarent, laudarent, custodirent et tenerent prout et quis: aliqui vero, nisi dictus dominus Montilisii et sui imperpetuum successores predicta omnia et singula attenderent, nec contra venirent quandocumque in toto vel in parte, vel nisi facerent predicta laudari, approbari et confirmari per dictos nobiles francos dicti (Montilisii) et per populares vel majorem partem eorum; promisit et juravit, et tenere eidem domino priori presenti et stipulanti et sui in dicto prioratu successoribus, pena nomine, triginta florenos auri, quos promisit per juramentum suum et bonorum suorum omnium obligationem solvere et tradere eidem domino priori et sui seu prioratui conventui predicte per unum manuum post requestam dicti domini prioris vel procuratoris seu nuncii dicti prioratus vel conventus, pena nomine ex nunc taxata et conventa, si aliqua perturbatio fiat: item quod, quandam eidem domino priori, adversus premissa et contra per dictum

Guillelmum,

Guillelmum, dominum dicte loci, nisi debite requisitus, ea facere, ad statum
debitum reducere etc. Et pro his attendendis et observandis et dicta pena sub
vanda per et supra eorum quemlibet postregestam, si aliqua perturbatio
contingeret vel fieret adversus predicta per aliquem, quem non reduceret
ad statum debitum, et suppositi essent dicti Guillelmus, dominus dicte loci,
et omnia bona sua curie domini Dalphini Vienne, dominorum archi-
episcopi Vienne et episcopi Valentie et officialium eorum, communiter
et divisim, et eorum cuilibet in solidum, et vigoribus seu viribus sigillo-
rum ipsarum curiarum et cuilibet earumdem in solidum. Volentes quod
pro casibus habitis in una curia, in aliis vel aliis exequatur et possit conti-
nuari donec de integra solutionem et satisfactionem omnium premissorum
Insuper dictus dominus prior, nomine suo et suorum successorum
et nomine dicte domus et conventus Valleis Ste Marie, promisit, sub vo-
religionis sue et per juramentum et sub bonorum dicte domus Valleis
obligatione, eidem Guillelmo, domino Montilisii, presenti et michi
notario, stipulanti et recipienti pro se et suis et omnium quorum interest
vel interesse poterit, attendere, custodire et observare inconcusse omnia
et singula per eum, ut supra dictum est, concessa et remissa acquittata
in summam animalium dicte domus, et ea facere et effectum attendi
custodiri et observari per conventum dicte domus Valleis, et ratifficare
laudari et approbari et confirmari facere per eumdem et concedi super
hiis litteras opportunas. — Que omnia universa et singula promis-
serunt sibi ad invicem, mutuis stipulationibus et promissionibus ac obli-
gationibus bonorum suorum et domus, attendere et rata et grata
habere perpetuo, pro se et suis; et non contra facere, dicere vel venire
in toto vel in parte, per se vel per alium, in judicio vel extra, nec aliquem
contra facere, dicere vel venire volentem consentire; contra veniens possit
per alterum redargui de fide fracta et perjurio manifesto. — Et eisdem
dicte partes et earum quelibet certificate de juribus suis et avisi,
Renunciaverunt omnibus et singulis exceptionibus juris et de facto om-
nibus privilegiis

-nibus, privilegiis, littaris et libertatibus, per quas vel que fossent dicere vel facere aut se tueri vel vocare contra predicta vel altera eorumdem. Volentes inde fieri unum vel plura publica instrumenta ad opus partium predictarum et quarumcumque interest vel interit per me notarium infrascriptum, que fossint dictari cum omnibus juris et facti clausulis et renunciationibus specialibus et generalibus, ad consilium dominorum Poncii Clari legum doctorum et Juvenis Carleti jurisperiti, aut cuius eorum vel alterius sapientis, substantia non mutata.—

Acta fuerunt hec in grangia castri de Montilisio, anno et die quibus supra, testibus presentibus ad hec vocatis: sapiente et discreto viro domino Poncio Clari, legum doctore, judice valentie pro domino episcopo et (communitate?) castri Montilisii: Barthona Chapeyronis, castellano dicti loci: Guidone Garnerii, Johanne Curt collifructifero dicti domini Poncii Clari: Saguemato, donato Vallis: Jacomono Vitalis, de Montilisio supra: fratre Johanne de Rodesio conversi Vallis; et me notario infrascripto.—

1341, 14 Janvier. — Ratification des habitants de Montelier. —

Postque, anno quo supra, et decima quarta die januarii, in presentia mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum, ad hoc vocatorum, personaliter constituti Johannes Burgondionis, Petrus Charambo, Pononus Bonafos, Guigononus Bonafos, Bernardus Joberti et Petrus Burgondionis, Petrus Girboudi, Johannes Berengarii, Hugononus Petra Seycha, Johannes Passeti, Johannes Lisiani, Laurencius Montardi, Pononus Colombe, Johannes Rascii, Petrus Fabri, Berthonus Raschassii, Stephanus Lolacii, Monetus Moitardi, Andreas Gasii, Petrus Raschassii, Monetus Bosdreti, Guillelmus Romani, Johannes Chalconis, Monetus Audisredis, Stephanus ...rete, Pononus Russi, Poncius Romani, Durantius Olerii, Richardus Chambaudi, Petrus Borrelli, Bartholomeus Borerii, Guillelmus filius quondam Petri Columbe, Petrus de Dr....., Franciscus de Vinois, Petrus Guerra, Michael de Pernano, Johannes Turmelleti, Matheus Cosduerarii, Aymo de Aculoa, Petrus Brenoys, Petrus Busserii, Petrus Bonay.., Juvenonus Filioli, Bonthonus Colombats, Petrus Raynerii dictus Libaude

dictus Lobanda, Guillelmus de Savoya, Nicholaus Figerie, Petrus Broti, Martinus Nobla, Aymarus Boverii, Johannes Ge....., Guillelmus Audrionis, Anthonius Logeas, Desiderius Pelafolli, Guillelmus Renengueti, Johannes Daurelli, Johannes Gigones, Johannes Berengarii chalamellus, Johannes Barbeleri, Martinus ..... conedit (sic), Guillelmus Maraschals, Guillelmus Boverii, Johannes Fissonis, Blondus Petrus Pallissonis, Bonithonus Richardi, Guillelmus Girboudi, Johannes Guarateri, Petrus Robini, et nobiles Lambertus et Gontardus, habitatores et incole castri et mandamenti de Montilieto, omnia universa et singula unanimes, scientes, prudentes et spontanei, nomine suo et successorum suorum, omnia universa et singula supradicta, quibus sigillatim, materna lingua de verbo ad verbum, lecta et notificata per me notarium infrascriptum, laudaverunt, emologaverunt, ratifficaverunt et confirmaverunt, et ad sancta Dei evangelia corporaliter et singulatim juraverunt attendere, complere cum effectu et inviolabiliter et observare et nunquam per se vel per alium, contra facere vel venire, cum omni renunciatione juris et facti ad hoc necessaria pariter et cautela. — Actum apud Montilietum, anno et die quibus supra, testibus presentibus ad hoc vocatis: Petro Cugne, Guidone Garnerii, Peronono Burgondionis, notariis, Manato Colomont, Gontardo filio Berthonis Chapsgronis, et me notario infrascripto: —

1341, 19 Janvier. — Ratification des religieux du Val Ste Marie. —

Item anno quo supra et decima nona die mensis januarii, in presentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum, personaliter constituti venerabiles et religiosi viri Dominus Guigo Raylleti, sacrista, Guillelmus de Heyminco, vicarius, Johannes de Crimiaco, Johannes Daurelli, Raymundus Franciscii, Johannes de Usenayco, Guillelmus de Marcello, Johannes Arjoni, Romanus Correyonis, Martinus Cici (Ciri), Hugo Alamandi, Petrus Ravanelli, monachi Vallis Ste Marie, omnes simul unanimes et concordes, ad sonum campane in capitulo, et moris est, congregati, de auctoritate, licentia et mandato predicti Domini prioris, scientes et spontanei, nomine suo et successorum suorum, omnia universa et singula supradicta, de verbo ad verbum, sibi sigillatim, materna lingua, exposita et notificata per me notarium, infrascriptum, laudaverunt, emologaverunt

12 mars

omologaverint, ratifficaverunt et confirmaverunt, et in voto religionis sue manus suas ut moris est, predictis suis posuerunt, juraverunt attendere et complere, et nunquam per se vel per alium seu alios, contra facere vel venire, cum omni renunciatione juris et facti ad hoc necessaria pariter et cautela, sompsit sibi et dicto prioratui protestationibus per predictum dominum priorem, Vallis superius excepta.

Acta fuerunt hec infra monasterium Vallis Ste Marie in capitulo, anno et die quibus supra, testibus presentibus ad hoc vocatis: Guillelmo Johannis de Bastida de Varcorcio, Guillelmo Goutardi de mandamento Cornillonis, Johanne Passeti de Montilisio: et me Johanne Blanchardi de Montilisio, clerico, auctoritate (imperiali) facti super in publico notario, qui premissis omnibus, unacum dictis testibus, anno, diebus et locis quibus supra, interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo manuel propria signavi consuetto rogatus et tradidi fideliter requisitus. — (Magnat, IX. fag. 27-34). —

---

115. — (1341. st.n.). 1340, 12 Mars. — Le Prieur du Val ste Marie, D. Pierre Poglleni de Clérieux, donne en dépôt au seigneur de Montelier, Guillaume de Châteauneuf, 30 florins d'or, qu'il ne restituera que s'il ne fait pas approuver et observer les conventions faites ci-dessus au nom des habitants de Montelier. —

In christi nomine, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo XL°, indictione IIa (sic: est 9a) et die XII a mensis marcii: venerabilis et religiosus vir Dominus Petrus Polleni de Clayriaco, prior domus Vallis Ste Marie, ordinis Carthusie, nomine dicte domus et conventus ejusdem, numeravit et, in presentia mei notarii publici et testium subscriptorum, realiter, manualiter et visibiliter tradidit, ex causa depositi et in depositum, seu custodia, Guillelmo de Castronovo, domino Montilisii, presenti et prona et suis recipienti, ex causa predicta, triginta florenos auri fini, boni ponderis et legalis; quos promisit et convenit idem Guillelmus eidem domino priori, presenti et nomine suo et dicte domus Vallis et conventus ejusdem, et michi notario stipulanti nomine dicte domus et omnium quorum interest vel interesse, bene et fideliter ac legaliter custodire, donec

de ipsis

de ipsis reddendis, advenientibus conditionibus infrascriptis et non antea vel aliter, per dictum dominum Priorem aut alium nuncium vel procuratorem requisitus et post requestam, promisit, per juramentum suum super sancta Dei evangelia ab ipso corporaliter prestitum, et omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, obligationem, hypothecam, eidem domino priori recipienti vel alii, ejus vel dicte domus nomine requirenti, infra et per unum mensem a tempore requeste numerandum, accidentibus pactis, conventionibus seu promissionibus infrascriptis et non antea vel aliter: videlicet, si contingat quandoque quod dictus Guillelmus dominus Montilisii, non observet et custodiat inconcussa et hec in perpetuum successores et observari et custodiri faciat et laudari, approbari et confirmari per francos et populares vel majorem partem populariorum castri Montilisii, eidem domino (priori?) et conventui quasdam permissiones et conventiones factas inter ipsos dominum priorem, et hec et conventus sui nomine ex una parte; et dictum Guillelmum, dominum dicti loci Montilisii, suo et suorum ac nominibus francorum et populariorum ejusdem loci, ex altera. Que conventiones et acta inter ipsos continentur in quodam publico instrumento facto manu mei Johannis Blanchardi, notarii publici. Sane dictus dominus prior promisit et convenit eidem Guillelmo et eum eodem, presenti et pro se et suis recipienti, et mihi notario, et pro ea stipulanti, non exigere et non petere dictum depositum dictorum triginta florenorum, per se vel per alium, a dicto Guillelmo vel suis, tamdiu quamdiu idem Guillelmus et sui successores eidem domino priori vallis et suis, seu conventui ejusdem, custodient, attendent et observabunt inconcussa, custodiri, attendi et observari facient per dictos francos et populares vel majorem partem dictorum populariorum, pacta, promissiones, conventiones et acta facta, promissa et habita inter ipsos Guillelmum et dominum priorem, nominibus suis et suorum, et nominibus dictorum francorum et populariorum, pro ut continetur in dicto instrumento. Alioquin protestatur idem dominus prior, nomine suo et suorum et dicti conventus. Et dictus Guillelmus vult et consentit quod ipse possit aut alter

aut alter nomine ejusdem et suo vel dicti conventus, exigere et petere cum effectu a dicto Guillelmo vel suis, dictum depositum in quacumque curia ecclesiastica vel seculari, per quam melius idem Guillelmus et sui facibiles convenire et compelli (possunt?); postquam tamen defecerit in observatione totali promissionum predictarum, et postquam fuerit requisitus per dictum dominum priorem, vel alium ejus nomine vel conventus domus Valitis, de dictis pactis, promissionibus conventionibus et attendendis dictis triginta florenis reddendis. Que omnia et singula promiserunt sibi ad invicem idem Guillelmus et dominus prior, prout de suis, sub obligatione et ypotheca omnium bonorum suorum, et prò ... ... juris, attendere, observare et inviolabiliter complere et non contra facere vel venire, de jure vel de facto. Et pro his omnibus melius attendendis dictus Guillelmus se ipsum, et omnia bona sua supposuit jurisdictioni, foro et compulsioni curie et curialium dominorum officialium et correarii Valentie, curie et curialium spectabilis principis domini Dalphini Viennè apud Peyrinum, et alibi constitutarum (a) jurisdictioni curie et curialium domini regis Francorum, et vigori sigilli regii in baylivia, auctoritate regia constitutorum: vigori, viribus et compulsioni parvi sigilli Montispessulani et de Montanpessulano, auctoritate regia constituti; curie parlamenti nostri (ppe) et ejus auditoribus. Volens, concedens et paciscens dictus Guillelmus expresse posse et debere, lapso solutionis termino, in aliqua dictarum curiarum, coram ea et cum effectu, cogi, compelli et cohiberi personaliter et in rebus, ad solutionem et restitutionem dicti depositi et ad observationem omnium premissorum et infrascriptorum, uno tempore et diversis; et quod in una curia processu inchoato, nichilominus, ipse dimissa possit dictus dominus prior ejusque conventus et jura sua habentes ad aliam, quam maluerint, habere recursum, et iterum ad istam redire et dimittere semel et pluries et quociens cum eis placuerit, nullum propter ea prejudicium generando; et quod per processum unius curie processus alterius curie infringatur, sed in ipsis procedi possit et procedatur conj-

(a) ... constitutarum, et vigori sigilli ejusdem curie et omnium curiarum ejusdem domini Dalphini Viennè, et ubicumque in Viennesio constitutarum, jurisdictioni ... ut et supra.

confirmatio, et divisim atque ad integram solutionem, et satisfactionem omnium premissorum. — RENUNCIANS autem prefatus Guillelmus depositarius ex nunc expresse pactum speciale et expressa appositione stipulatione vallatum, exceptioni non sic celebrati contractus, aliter fuisse dictum, quam scriptum, dolo contra, dolo, malo et infactum actioni: conditioni indebiti ex justa et ex injusta causa, omni tempore feriato et omnibus feriis et diebus feriatis, omnibus judiciis quinquennalibus, quatuor mensium, et viginti dierum, et aliis quibuscumque, nove novarum constitutionum, beneficio epistole divi Adriani, dividendarum et concedendarum actionum, cessionis bonorum, et beneficio restitutionis in integrum, omni consuetudini et statuto omnique alii beneficio juris canonici et civilis et specialiter privilegio et gratiis et quibusvis libertatibus, per quas posset contra predicta facere vel venire, potissime juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. Volens dictus Guillelmus de predictis omnibus fieri publicum instrumentum per me notarium ~~publicum~~ in prescriptum, quod posset dictari, meliorari et reformari tam et pluries, si necesse fuerit, consilio peritorum, facti tamen substantia non mutata.

Actum et datum, in grangia dicti mandamenti Montilisii, anno et die quibus supra, testibus presentibus ad predicta vocatis: nobili Barthono Chapayranis, castellano Montilisii, Petro Guiboudi, Guidone Garneri, fratribus Petro de Volmay et Johanne de Rodes; Egregio Johannes Blanchardi de Montilisio, clericus, auctoritate imperiali publicus notarius predictis omnibus, dum agerentur, interfui eumque, testibus suprascriptis, et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi et tradidi rogatus, sigillis dictorum comitum sigillandum, in testimonium omnium premissorum.

(Magnat. IX. pag. 34-36. — Analyse dans Ulysse Chevalier).

---

116. — 1343, 12 Novembre. — Transaction entre Garinon Fabri, de Romans, et le prieur de N. D. de Ste Marie au sujet de 28 sols de cens annuel réclamés par ce dernier. Les deux arbitres condamnent Garinon à payer au Val Ste Marie 28 sols de

28 sols de cens annuel ou à verser 28 livres. Le prieur cède à Fabri tous les droits de la chartreuse sur les possessions auxquelles ces cens sont attachés.

« In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum, cunctis, tam presentibus quam futuris, appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo tertio, indictione nonadecima, et die nonadecima mensis novembris, in presentia Petri Nicolai de sancto Johanne (Altamaon), clerici, Viennensis Diocesis, habitatoris Romanis, publici auctoritate imperiali quondam notarii, et testium subscriptorum : (cum questiones et querele moverentur) inter religiosum virum fratrem et dominum Petrum Royllani, priorem domus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, Diocesis, nomine suo et prioratûs ac conventus sui, ex parte una : et Garinonem Fabri, burgensem .... Romanis, ex parte altera ; (super eo quia) dictus dominus prior petebat a dicto Garinono Fabri expediri quosdam census, quos sibi domino priori et domui obligaverat et tradiderat in solutum, Guillelmus de Pl..... Romanis, pro quadam arrerea pensione... et substitutis, ut constat duobus instrumentis publicis quorum unum factum et signatum est per Petrum, Poyet de Ultro, et aliud per Jacobum Barberii, notarios publicos .....predictos census et substitutos ..... dictorum viginti octo solidorum, de quibus dam temporibus et expensis inde factis petebat sibi fieri restitutionem et libere expediri. Et vice versa, dicus Garinonus asserebat se predicta minime teneri ex..... quibusdam personis, causam habentibus a dicto Guillelmo .... tamen de presenti non tenebat, ex eo quia eos transtulit ex vendita in Symonem de Trento. Que dicti census, ex causa emptionis sibi facte per Johannem, fratrem dicti Symondi, ut asserit, possidebat ; et de predictis emptione et translatione, exceptis ultima translatione, constat publico instrumento recepto et signato per Petrum Bernini, notarium publicum. Super predictis supradictis questionibus et querelis et expensis inde factis cum ejus appendentibus et connexis, tractatu venerabilium virorum dominorum Guillelmi de Malato, canonici, et Bernerii Chastaygnonis, curati ecclesie beati Barnardi de Romanis, talis transactio et amicabilis compositio intervenit inter partes predictas, quibus supra nominibus, confractis, litis et dubiis ventura cupientes amicabiliter evitare. —

Primoquidem

Primo quidem quia dictis tractantibus constat de predicta obligatione dicte annue pensionis, ordinatum per eosdem tractantes et tractatores quod dictus Garinonus, ab inde hactenus perpetuo futuris temporibus, in festo beati Michaelis faciat, solvat et tradat, facere, dare et tradere et solvere in dicto festo, Romanis, teneatur, ad sola et simplicem requisitionem dicti domini prioris aut ejus certi nuntii, eidem domino priori vel correario dicte domus, qui nunc sunt vel qui pro tempore fuerint, viginti octo solidos, ex causis in dictis instrumentis designatis, pacifice et absque strepitu judicii et figura: quousque eisdem vel eorum successoribus solverit viginti octo libras bone monete, singulo floreno auri boni, auri justi ponderis et legalis pro viginti solidis computato: vel in loco idoneo et tucuro requisiverunt (sic) repositurit eisdem dictam annuam pensionem; et substitute (sic) et expensis hinc inde sint confuse.

Item prefatus dominus prior, suo et nomine prefate domus et conventus sui, omne jus omnesque actiones, petitiones et requisitiones sibi priori et domui ac conventui suo competentes et competituras in censibus predictis quibuscumque, ex causis predictis quibuscumque, juribus et rationibus contra quascumque personas ecclesiasticas vel seculares, que de et pro predictis sunt vel reperirentur fore obligate aut teneri eidem, eorumque heredes et successores ac eorum bona tenentes et possidentes; ante omnia dicto Garinoni, stipulanti pro se et suis, cessit, concessit, transtulit et remisit, et ab inde contra eas, pretextu hujus cessionis, agere et experiri possit actionibus utilibus et directis coram quibuscumque judicibus, quemadmodum idem dominus prior, nominibus quibus supra eidem, posset et poterat ante hujusmodi juris cessionem. Et sibi Garinono, pro predictis consequendis et obtinendis, idem dominus prior, nomine quo supra, tradidit instrumenta superius designata. . . . . omnia universa et singula suprascripta et infrascripta supradicti dominus prior et Garinonus, nominibus quibus supra, laudaverunt, approbaverunt, omologaverunt et ex sua certa scientia confirmaverunt, prout melius et validius potest intelligi sive dici; et promiserunt scilicet dictus dominus prior, nomine suo et prioratus et conventus sui supradicti, in verbo sue religionis ponendo manus suas ad pectus, et sub obligatione omnium bonorum sui prioratus et conventus, mobilium et immobilium, presentium et futurorum:

et futurorum: Et dictus Garinonus, nomine suo suorumque heredum et successorum, bona fide loco juramenti interposita, et sub expressa obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum (nempe altor) dictorum domini prioris et Garinoni altoris, mutuis et vicissim stipulationibus intervenientibus hinc inde, et dicto quondam notario, ut persone publice, stipulanti vicissim et recipienti nomine, vice et ad opus eorumdem et omnium quorum interest et interesse in futurum ... predicta omnia universa et singula, prout dicta sunt atque scripta, et omnia alia infrascripta attendere, observare et complere, et rata, grata, firma et illibata habere et tenere, et nunquam contrafacere, dicere vel venire, per se vel per alium, in judicio vel extra, in toto vel in parte, tacite vel expresse, de jure vel de facto, aliquo ingenio seu .. aliqua causa vel ratione: et alicui contra venienti, dicenti vel facienti, facere, dicere vel venire volenti, modo aliquo consentire nec prebere consilium, auxilium, favorem in aliquo vel assensum. — Et insuper dictus dominus prior promisit, ut supra, dicto Garinono, ut supra stipulanti, predicta omnia universa et singula facere ratifficari per dictum conventum suum; dictusque Garinonus promisit, sub bona fide et obligatione predictis, dicto domino priori et dicto quondam notario, ut supra stipulantibus vicissim et recipientibus, solvere et reddere dicto domino priori aut conventui dicte domus aut procuratori, qui nunc est aut qui pro tempore fuerint, dictos viginti octo solidos dicte monete, ut supra, in pace et sine lite aliqua et absque petitione libelli, omnibus exceptionibus et contradictionibus remotis, amo qualibet, in dicto festo beati Michaelis, Romanis: vel ad requisitionem ipsorum vel alterius ipsorum, seu dicte domus certi nuntii vel procuratoris; una cum omnibus dampnis, gravaminibus, interesse et expensis, que, quod et quas dicti nuntius, prior et conventus aut alter ipsorum, aut alius dicte domus certus nuntius vel procurator, suo verbo simplici sine probatione aliqua, testibus et juramento, dicere voluerit se facisse aut sustinuisse in judicio vel extra, occasione dictorum XXVIII solidorum non solutorum, amo quolibet termino supradicto, taxationem portet eorumdem; Et unquam contra predicta vel aliqua de predictis facere, dicere vel venire per se vel per alium, in judicio vel extra; nec alicui contra

venienti

venienti, dicenti vel faciendi modo aliquo contrarium. Pro predictis vero omnibus et singulis per dictum Garinonum, malum allaudendis, garandis, solvendis pariter et complendis, idem Garinonus se et omnia bona sua habita et habenda suppositit et submisit jurisdictioni curie venerabilis capitulii ecclesie beati Barnardi de Romanis et vigori sigilli ejusdem. — Renunciantes in facto hujusmodi etc... formulas ordinarias.

Et fuit actum, inter dictas partes... quod... fiant duo... instrumenta...

Acta et data fuerunt predicta Romanis, ante capellam archiepiscopalem dicti loci, presentibus testibus... fratre Laurentio ordinis predicti, Guigone An... Henrico de Vinteriis, clericis Romanis, et dicto Petro Nicholi notario publico quondam, qui de predictis notam recepit. Ego vero Johannes Regis de Chanay, clericus habitator dicti loci de Romanis, Viennensis dyocesis, publicus auctoritate imperiali notarius, qui predicto colla dicti notarii quondam, sunt commissa per venerabilem et discretum virum, dominum judicem communis curie secularis de Romanis, hoc instrumentum publicum, de quadam nota per dictum quondam notarium recepta, non cancellata, non deleta, nec de partium voluntate annullata, extraxi et scribi feci et in hanc publicam formam redegi....

(Magnat. II. pag. 18-21.).

---

117. — 1344, 8 Novembre. — Arbert et Didier de Coperio, du mandement de Beauregard, vendent au Val Ste Marie, pour 4 florins d'or et un fromage, 3 sols de cens qu'ils perçoivent de la chartreuse sur le passage et pâturage en la paroisse de St Nicolas — (Magnat dit « St Nicolas de Romans »)

In nomine Domini, Amen. Anno Incarnationis ejusdem millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, indictione XIII videlicet die octava mensis novembris, coram me notario publico et testibus infrascriptis... Arbertus de Coperio et Desiderius, filius Guigonis de Coperio quondam, de mandamento Belli Respectus, sponte et ex mea certa sciencia, ambo simul et quilibet ipsorum, per se et in solidum, vendiderunt, per se suosque heredes et... successores, et titulo pure, perfecte et irrevocabilis venditionis, tradiderunt seu quasi et confessi erunt mihi notario publico infrascripto, stipulanti sollempniter et recipienti vice, nomine et ad opus domus et conventus Vallis Ste Marie, Dyensis dyocesis, ordinis Cartusie, et successorum

et successorum suorum, videlicet: tres solidos censuales, quos eisdem venditoribus faciebat dicta domus Valeis Ste Marie et conventus ejusdem pro passagio et pasqueragio fratrum dels Coffos sic in parochia sancti Nicolay, tantum quantum jus eorum se extendit: ad habendum, tenendum et possidendum seu quasi, et quicquid dicto conventui et suis de predictis venditis deinceps et perpetuo placuerit faciendum, precio et nomine precii quatuor florenorum auri et unius caseï. Quod pretium, confessi fuerunt venditores se habuisse et recepisse in bono auro communiter numerato et in utilitate sua potuisse. - Si vero predicti tres solidi venditi plus valent dicto (precio) seu plus valebunt in futurum, ... illi le donent ... Constituentes se etc. ... cedentes. tous les droits et actions qu'ils ont ou pourraient avoir ... Promittentes ... etc ... formules ordinaires ... hiis pactis renunciantes ... etc ... toujours la même chose ... Volens presens instrumentum fieri et, si necesse fuerit, reficii et meliorari semel et pluries, consilio peritorum, ... tamen substantia non mutata.

Actum apud sanctum Nazarium, ante domum Johannis Bodenarii, presentibus testibus: Petro Olati, Johanne Baquini, Guillelmo Gérondi, Johanne Mayaria; et me Jacobo de Chesis, publico imperiali auctoritate notario, qui predictis omnibus interfui et hoc instrumentum, rogatus scripsi, signoque meo solito signavi et tradidi in testimonium omnium premissorum. —

(Magnat. II, pag. 21-23). —

---

118. — 1345, 2 septembre. — Humbert II, dauphin de Viennois, confirme toutes les donations faites au Val Ste Marie par ses prédécesseurs, énumère les limites du territoire de la chartreuse et déclare n'y rien réserver, les religieux ayant sur leurs possessions la mère et mixte empire et l'omnimode juridiction, haute et basse. - Toutefois quand il s'agira d'un crime qui mérite la mort, la mutilation d'un membre ou l'effusion de sang, le coupable après jugement sera livré au châtelain de St-Nazaire pour l'exécution. —

Humbertus, Dalphinus Viennensis, dilectis fidelibus nostris baillivo, judici et procuratori Viennensi, necnon castellano et locumtenenti sancti Nazarii et omnibus aliis et singulis officialibus Dalphinatus, quacumque nominatione vocentur, presentibus etiam et futuris, gratiam suam et bonam voluntatem. Notum vobis omnibus et singulis et aliis universis presentem paginam inspecturis fieri volumus, quod conside

quod nos considerantes et attendentes veram et intimam affectionem, quam habemus et nostri predecessores habuerunt temporibus retroactis erga domum Vallis S^te Marie, Diensis diocesis, fratres et religiosos ejusdem ordinis Cartusiensis, etiam memorie reducentes grata et meritoria servitia nobis et progenitoribus nostris, erga Deum et mundum, probabilitas, et vero zelo amoris impensa, et que nobis et servientibus nostris incessanter commorantes domus ejusdem, impendere non verentur: pro quibus ipsam domum, fratres, religiosos et alios commorantes in eadem, presentes et futuros, reberamus gratia prosequi et favore prumisso: Ad laudem et gloriam Dei omnipotentis et gloriose Virginis Marie, ejus matris, ac totius curie supernorum, in remissionem omnium peccaminum nostrorum ac predecessorum nostrum, satisfactionem, absolutionem clamorum, malefactorum et predecessorum nostrorum, que non possunt memorie commendari; Et quia veraciter fuimus informati super terminis et limitationibus domus predicte, de et super quibus questio seu controversia diu fuit agitata inter nos, et una parte, et priorem predictum, ex altera; et quia domus predicta, priores, religiosi et commorantes in eadem pro predictis pace et quietem habeant cum officialibus nostris, presentibus et futuris, facimus, consentimus et volumus prout inferius continetur: Volentes que bonam fidem recognoscere, confitemur publice, quod Antecessores nostri in Delphinatu dederunt, donaverunt et concesserunt libere, pure et absolute, amore Dei et in remissionem peccatorum suorum, domui Vallis S^te Marie omnia jura que habebant vel habere debebant vel viri erant habere, sive essent proprietates, sive dominia, sive alia quecumque jura corporalia et incorporalia, cum mero et mixto imperio et omnimoda jurisdictione, alta et bassa, infra terminos dicte Vallis S^te Marie. Quorum terminorum, fines, horum series, duximus nominandos, videlicet:

A passu Dalpia Freyt (Despialent, Magnat) in directum usque ad passum de la Ferriera; et a passu de la Ferriera, ascendendo, usque ad passum du Fernet, et a passu du Fernet, descendendo, usque ad Portas d'Urle; et a portis d'Urle ascendendo, usque ad passum de Duron; et a dicto passu, ascendendo, usque ad collum Foutis Pagane; et a dicto colle Foutis Pagane, ascendendo, usque

- dendo usque ad podium (t.c.) de Cruce ; et a dicto podio, descendando, usque ad collum de Vacino ; et a colla de Vacino, ascendendo, usque ad podium de las Anguillas ; et a dicto podio, descendendo, usque ad collatum, deus Chabrans (Chabraux, t.c.) ; et a dicto collato, ascendendo, versus locum qui dicitur Pollata supra denam Gallarorum ; et ab illo loco, descendendo, usque ad passum de la Cochata ; et a passu de la Cochata usque ad ripam de Chavis ; et a dicta ripa, ascendendo, ad fontem dal Tournet ; et a dicto fonte, descendendo usque ad collatum de la Blasmeras (Blaymeras, t.c.) ; et a dicto collato, directe, usque ad castellum de Luron ; et a dicto castello, ascendendo, usque ad scalam Valliis Ste Marcii ; et ad dicta scala, ascendendo, usque ad fontem podii Pelati ; et a dicto fonte, ascendendo et descendendo, usque ad locum qui dicitur Balcros (Balcros, t.c. Beaucros, Ul. chov.) ; et a dicto loco, ascendendo, usque ad Cialet (alcialet, t.c.) d'Alcros dal Raymond (Dalcros) ; et a dicto loco, ascendendo, usque ad ripam que dicitur de Lermasaub (de Hermasaut, t.c.) ; et a dicta ripa, descendendo, usque ad ripam Acatan, et a dicta ripa, descendendo usque ad montem Pastur ; et a dicto monte, descendendo, usque ad fluvium Lione. — Que omnia et singula antecessores nostri dicte domui Vallis Ste Marie donaverunt ex causa predicta. Et nos priori dicte domus presenti, recipienti et stipulanti nomine dicte domus, donavimus, redimus et concessimus, et damus, tenore presentium, ad majorem roboris firmitatem, donoque donamus, pro nobis et successoribus nostris, damus, donamus et concedimus omnia universa et singula supradicta specialiter et expressa, cum omnibus et singulis juribus et pertinentiis suis et dependentibus existentibus, ad habendum, tenendum et possidendum ; constituentes nos pro nomine dominum priorem, presentem, recipientem (et stipulantem, t.c.) ut supra et quibus supra nominibus, predicta omnia universa et singula tenere, possidere, nomine dicte domus Vallis Ste Marie, donec possessionem dictorum bonorum, terram, tenuram et juriem dicta domus seu alius pro eadem acceperit corporalem ; quam apprehendendi et apprehensam retinendi licentiam et auctoritatem contulimus et concessimus,

concessimus, nullius (procuratoris t.c.) prelatorii, magistratûs vel judicis licentia seu auctoritate desuper requisita. Et licet per constitutionem hujusmodi cautum esse translata possessio et quasi possessio ac dominium bonorum eorum et jurium predictorum; ita quod nihil amplius (requirat t.c.) requiratur; Nihilominus tamen, pro tutiori cautela, suffragio dicte domus Vallis Ste Marie dictarum rerum, bonorum et jurium predictorum usumfructum perhanc solam diem (tantum reservamus t.c.) concedimus. Qua die lapsa, usufructus sue proprietati consolidetur et ad dictam domum pertineat plano jure.—

Promittens nobis, inquam, dictus prior, nomine suo et conventus dicte domus et aliorum priorum qui pro tempore fuerint, sub voto religionis sue, quod predicta vel aliqua predictorum infra predictos terminos confinatorum et titiatorum, amacum jurisdictione, (mero et misto imperio, alta et bassa jurisdictione t.c.) non alienabunt, nec alio quocumque titulo cedent seu transferent in quamcumque personam, nec in aliquam, (de) predictis vel predictorum aliquo ea permittent, nisi tantummodo prior predictus vel alii priores, qui pro tempore fuerint seu procuratores dicte domus. Et si (quicquam t.c.) aliquid contrarium facerent vel facere attentarent (tentarent t.c.), predicta translatio seu alienatio sit nullius valoris et pro non facta totaliter habeatur.— Item fuit actum, et in facto deductum specialiter et expresse inter nos, ex una parte: et dictum priorem, presentem, nomine quo supra, ex altera: quod si contingeret aliquem criminosum infra predictos terminos delinquere, ex quo delicto mors, membri mutilatio aut sanguinis effusio sequeretur aut requiri deberet jure, consuetudine vel alia, quod judex domus predicte posset et valeat de predicto crimine cognoscere et pronuntiare; facta autem pronuntiatione, predictum criminosum debeant et teneantur, ratione superioritatis et ressorti nostri, remittere Castellano nostro sancti Nazarii vel ejus locumtenenti pro executione criminis supradicta faciunda. Qui quidem Castellanus seu locumtenens ~~tenetur debita requisitus~~ prefatum criminosum, post presentationem, nomine dictorum religiosorum

religiosarum factam in loco dicto de la Blachera, indilate recipere tenearetur. Quod si prefatus castellanus seu ejus locumtenens, semel vel pluries requisitus, dictum criminosum recipere recusaret, ex tunc dicta domus dictum criminosum custodire minime teneatur.

Confitentes et asserentes (attestantes T.C.) nos Dalphinus predictus, statum dictus prior (nomine) dicte domus confitetur omnia et singula, que continentur infra terminos predictos, ulla, fuisse et esse debuisse de principatu (debere T.C.) et de baronia Dalphinatus. Que omnia et singula supra et infrascripta nos Dalphinus, ex certa nostra scientia, dedimus, donavimus, laudavimus, approbavimus et confirmavimus et in concessum et perpetuam firmitatem habere (Volumus T.C.) volumus, pro nobis et successoribus nostris universalibus et singularibus. Mandantes et precipientes balivis, judicibus et procuratoribus Viennensibus et castellano Ste Nazarii modernis et futuris, vel eorum locumtenentibus, tenore presentium, sub obtentu (obtenta M.) gratie nostre et maledictionis eterne et sub pena (cio T.C.) cis nostris seu nostrorum heredum et successorum, arbitrio infligenda, quod non molestant, inquietent, impediant seu perturbent domum Vallis Ste Marie predictam (te M.), seu personas, gentes, familiares, domesticos et officiales dicte domus, super mero et mixto imperio, dominio, seignoria et jurisdictione, omnimoda, bassa et alta, superius (sopius T.C.) prehabitis; nec per quampiam permittant seu sinant impediri, inquietari, molestari seu quomodolibet perturbari; cum merum, mixtum, imperium et omnimoda jurisdictio atque omnia et singula supradicta, cum dependentibus ex eisdem, et infra dictos terminos, limites seu confines ad predictam domum Vallis Ste Marie in solidum pertinent et pertinare debeant plene jure, et non ad nos nec successores nostros. - Hoc acto inter nos, Dalphinum predictum, ex una parte, et dictum priorem, nomine dicte domus, ex altera: quod balivi, judices, procuratores, castellani cetereque officiales nostri sive eorum locumtenentes, presentes et futuri, super cognitionibus, processibus et pronunciationibus factis seu faciendis per judicem dicte domus

dicte domus nullatenus inquirant ex officio vel aliter quovis modo se intromittant, nisi in casu in quo pars judicata cautionem de gravatam ad nos seu officiales nostros duxerit appellandum; cum intra terminos et limites dicte domus ad nos nihil pertineat preter appellationem supradictam. - Que omnia et singula volumus perpetuo et inviolabiliter observari per heredes et successores nostros et alios superius nominatos; et nulle tampoc contra fieri vel venire, vel licentiam veniendi contra fieri agendo vel excipiendo, in judicio vel extra tacite vel expresse, directe vel per obliquum, verbo vel facto. Et pro tutiori cautela, suffragio dicte domus Vallis Ste Marie, nos, proprios et successores nostros, ita attendere et perpetuo observare dicto priori presenti, stipulanti et recipienti, et supra et nominibus quibus supra, promisimus bona fide et juravimus, ac non vi, non metu, non fraude nec dolo ipsam nostram prestitimus, sub obligatione et ypotheca omnium bonorum nostrorum et hoc omnis juris renuntiatione pariter et cautela. Et in testimonium premissorum, ad perpetuam roboris firmitatem, sigillum nostrum magnum Dalphinatus in pendenti presentibus duximus apponendum. Datum in Galera supra mare prope Massiliam, die secunda mensis septembris, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto. (Per dnum in consil. assistentibus Dnis Guillelmo de Varey priore de Saysson. et fr. Joanne Revolti confessore Dni. et Humberto de Salatès (sic) etc.)

(Magnat, VI. prog. 3-6 dans lettre de Charles VII, 1436. - Les copies voir-je les ai complété l'un par l'autre. - Extrait en français dans Ulysse Chevalier)

---

119. - 1346, 4 oct. - Jacquemon Rovoyre et sa femme Lantelma de Romans, devant 42 florins d'or à Lagaron Fabri, lui vendent une vigne au territoire de Romans vers Banar pour 28 florins, dont 22 sont pour l'estimation de la datte, et les 6 autres sont payés par l'acheteur. -

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Per hoc presens publicum

blicum, instrumentum, cum tibi appareat evidenter, quod, cum Taquamonus Rovorie, de Romanis, teneretur et efficaciter ex obligatal Lagarono Fabri, burgensi Romanis, in quadraginta duobus florenis auri ... bonis fonderiis et legalis, ex causa finalis computi et arresti facti inter ipsos et habiti, de et super quodam majori debito, in quo idem Taquamonus Rovoyrie et Lantelma, ejus uxor, ambo insimul et quilibet ipsorum prout in solidum, et ex causa emptionis vini habiti et recepti per ipsos conjuges, tenebantur et obligabantur: prout de debito majori et finali computo et arresto constare dicebant dicte partes et asserebant duobus instrumentis publicis inde in notas levatis et receptis per Jacobum Poyas, notarium, publicum, filium, Patri Poyas notarii publici. - Hinc est quod anno Dominii millesimo tercentesimo quadragesimo sexto, indictione decima quinta, et die quarta mensis octobris, in presentia mei Bonifacii Broxii clerici, habitatoris Romanis, imperiali auctoritate notarii publici, et testium, infrascriptorum, prenominatus Taquemonus Rovoyrie et Lantelma, ejus uxor, scientes, prudentes et spontanei etc.... ambo insimul et eorum quilibet prote et in solidum, et dicta Lantelma de mandato et auctoritate dicti Taquamoni, ejus viri.... vendiderunt et vendent, tituloque pure, perfecte et irrevocabilis venditionis, acis solutionem, diminutionem et alienationem dictorum 42 florenorum auri, tradiderunt et tradunt ... perpetuo ... predicto Lagarono Fabri presenti, emunti ... nomine suo et suorum heredum: .... videlicet quandam vineam suam, sitam, versus Bauer, videlicet in territorio et vignoleo Romanis, juxta vineam, liberorum vocate Cottalla, ex una parte; et juxta vineam vocati Beraccetti scolarii, ex alia; et juxta vineam, Stephani Grassati, ex alia, cum suis ingressibus et egressibus, appenditiis, dependentiis, juribus, actionibus, drayteriis et requisitionibus ejusdem vineis universis et singulis, ad habendum ... et quicquid eidem Lagarono ... videbitur faciendum: precio et nomine precii viginti octo florenorum auri ... quos 28 florenos voluerunt et expresse convenerunt partes predicte, quod viginti duo sint in solutionem et diminutionem et alienationem debiti 42 florenorum supradictorum, et quod alios sex florenos auri

auri debeat eisdem conjugibus venditoribus solvere dictus Lagoranus emptor, et quod precium, videlicet viginti duos florenos auri, ex una parte, pro alienatione et diminutione rebitę supradictorum, 42, decem florenos, ex altera, confessi fuerunt .... se recepisse ... etc. .. toutes les formules ordinaires .. ...

Datum et actum, anno, die et indictione quibus supra, Romanis in domo habitationis dictorum conjugum, versus Pallerio, testibus presentibus ad predicta vocatis specialiter, videlicet: Johanne Corraut, Martino Alionis de Payrino, habitatore Romanis, Johanneto de B.... et me notario publico supradicto, qui predictis omnibus, una cum predictis testibus, presens fui et hoc instrumentum publicum manu mea propria scripsi, signoque meo consueto signavi rogatus et tradidi.

(Magnat. IV. pag. 12-14). —

120.— (1347. st.n.). 1346, 21 Mars.— Michel Moine de Breno, Barthelemy Montanier et Hugonon Fabri de Clarasson vendent, pour 16 florins d'or, à Pierre Fabri, de Romans, 3 setiers de froment de cens annuel, payables à St Michel.

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Per hoc presens, verum publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno ab Incarnatione ejusdem Domini nostri millesimo trecentesimo quadragesimo sexto, indictione decima quinta et die vicesima prima mensis marcii: Coram Tagrenono Loyas de Romanis clerico, auctoritate imperiali notario publico quondam, et infrascripta testium, subscriptorum: personaliter constituti propter ea que sequuntur, Michael Manachi de Breno, Barthelomeus Montanerii et Hugonetus Fabri de Clarasone: dicti siquidem Michael, Barthelomeus et Hugonetus non vi, non metu .... verum certi, scientes ... vendiderunt omnes pariter et eorum alterque in solidum ... dicto notario quondam, stipulanti, emenți et recipienti vice et nomine Petri Fabri, burgensis Romanis, et eorum, heredum, et successorum, tria sestaria frumenti boni, pulchri et recipiendi, ad mensuram Romanis venditibilem, redmalia, annualia, mortua, absque alieno dominio super eorum omnibus (bonis) et rebus, mobilibus et immobilibus quibuscumque. Que tria sestaria frumenti promittunt dicti venditores ... per juramentum suum ... et sub

obligatione

obligatione omnium bonorum suorum .... sine lite et absque petitione libelli, ut... suis expensis in domum dicti Petri Fabri servire in pace ... omni exceptione remota, in festo beati Michaelis. Vendiderunt ... supradicta tritici sestaria frumenti ad habendum ... et quicquid ante dicto Petro Fabri et suis de dictis tribus sestariis frumenti decetero perpetuo placuerit faciendum: precio et nomine precii sexdecim florenorum auri legitimi ponderis et valoris. Quod precium dicti ... venditores confitentur .... se recepisse a Lagerono Fabri, filio dicti Petri ... etc ... et omnes formulas assumantes ordinaires ....

Acta fuerunt hec Romanis in oratorio dicti Petri, testibus presentibus: Johanne de Nantzis cedar... Johanne Valleti notario Romanis, et dicto notario quondam.

Ego vero Guillelmus Mylonis de Romanis notarius per comunitatem judicatus de Romans extraxit [illegible] dicta acta de protocolo de mandato ... (Magnat. II. pag. 23-25).—

121.— 1347, 25 Mai.— Extrait du testament de noble Pierre d'Alauson, qui lègue aux Dominicains de Buis 140 florins d'or.—

Ave Maria.— In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Anno ab incarnatione ejusdem M°CCC° quadragesimo septimo et die vicesima quinta mensis maii. Noverint universi et singuli, presentes pariterque futuri, hanc veram et publicam scripturam inspecturi ac etiam audituri, quod discretus vir dominus Petrus de Alausono, miles, suum condidit ultimum testamentum ... in quo ... sibi heredem instituit universalem solum et in solidum, nobilem Garentonum de Alausono, fratrem suum .... Et executorias ... dicti sui testamenti ... sibi constituit ... Dominum Bot de Alausono, fratrem suum, et fratrem Bertrandum de ordine predicatorum Buxi, et dominum Guillelmum .... Et legavit ... ordini predicatorum de Buxo per imperpetuum unum cantare quadraginta florenos, quod omnes fratres dicti ordinis debeant celebrare. Item legavit eis magis centum florenos ... volendos incontinenti se defunctus, quod dicti fratres teneantur (videlicet) unus celebrare per imperpetuum pro anima sua .... Quarum clausularum tenor sequitur et est talis:

Item lego unum cantare per imperpetuum, quod fiat in ordine predicatorum Buxi

quadraginta

quadraginta florenos, s... quod omnes fratres debeant celebrare.» Tenor secunde clausule sequitur et est talis: « Item et adhuc magis ultra centum florenos auri modici ponderis, incontinenti me defuncto seu decesso, et quod dicti fratres teneantur (scilicet) unus celebrare per imperpetuum pro anima mea.» . . . . .

Acta fuerunt hec apud Prepiacum, videlicet in carreria super . . . . fortalicia dicte castri de Prepiaco, testibus presentibus . . . . : Guillelmo Rostagni, Hugone Guigonis, Matfredo de Aeraycha, habitatoribus dicti loci de Prepiaco, domino Michaele de Crapis capellano dyocesis Lodovensis, Petro Marcelli de Pilis, Guillelmo Sigotarii dicti loci de Prepiaco, et me Bertrando Ymberti notario publico . . . .

Quas clausulas ego Raymondus Vastegrolii . . . notarius . . . ia pris dans les notes dudit Bertrand Ymbert . . . .

(Magnat, III. pag. 20-21). —

122.— 1347, 14 Nov.— Pierre Borion, de Romans, et son fils Armanon, vendent, pour 2 florins d'or, à Lagaron Fabri, bourgeois de Romans, un setier de froment de cens annuel, assigné sur tous leurs biens en général mais en particulier sur leur vigne en Veynars. —

In christi nomine, Amen. Per hanc presens publici instrumenti cunctis appareat evidenter, quo anno ab Incarnatione ejusdem, millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione prima et die quarta decimamensis novembris: coram, me notario publico et testibus infrascriptis, propter ea que sequuntur, constitutis personaliter Petrus Borioni, affanator Romanis, et Armanonus Borioni, ejus filius, de ejus licentia, ambo pariter et utrique ipsorum, prout in solidum, sciens et ipsorum vendiderunt... imperpetuum ... Lagaroni Fabri, burgensi Romanis, ... amanti ... prout et suis heredibus ... unum, sestarium, frumenti, de mesura Romanis, rendale, mortuum, tasamuale, sine aliquo directo dominio, super omnibus universis suis vineis suis inferius designatis et super omnibus aliis bonis, rebus et possessionibus suis. Et primo super quas ejus vineas suas sitas in Veynays, juxta vineam Johannis Oysalli, ab una parte; et juxta

vineam

pineam, Johannis Probi, et altera, cum suis aliis certis confinibus, ad habendum ... atque quid ... eidem Lagarono Fabri ... placuerit faciendum: precioro et nomine precii dicorum florenorum auri legitimi ponderis. Quod precium dicte ... venditoras confessi fuerunt ... se recepisse ... Quod quidem testarium frumenti ... promiserunt ... solvere et solvere ... eidem Lagarono ... quolibet anno, perpetuo, in festo beati Juliani apud Romanis in domo dicti emptoris ... etc .... toutes les formules ordinaires ....

Actum Romanis, in operatorio mei notarii infrascripti, testibus presentibus ad hec vocatis et rogatis: Johanne Gonterii de Chelas, et Hugone Bruni de Conato, clericis, habitatoribus Romanis; et me Vincentio Chabillati, clerico, habitatore Romanis, auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus, unacum dictis testibus, presens fui et hoc presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi rogatus et tradidi, peritorum consilio dictandum, sigillogue dictarum curiarum, si necesse fuerit, sigillandum. — (Magnat, IV. pag. 14-16). —

---

123. — 1347, 1er Déc. — Hugon Bayle, de Fiansaye, vend pour 6 écus d'or, à Lagier Fabri, 3 setiers de froment de cens annuel, qu'il assigne sur une pièce de terre.

In christi nomine, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione prima et prima die decembris, coram me notario publico et testibus infrascriptis, Hugonus, filius Johannis Bajuli quondam de Fiansayes, Valentinensis diocesis, qui sciens .... vendidit prote et suis heredibus .....la suite manque .... et juxta pratum D. Pellafolli, et alias cum suis aliis confinibus: precio et nomine precii ser scutorum, auri boni ponderis et legalis. Quod precium dictus venditor confessus fuit ... ad instantiam dicti Lagarii emptoris ... se recepisse .... Et si plus valent vel valere possent in futurum dicta tria setaria frumenti supra vendita precio supradicto, illud plus ... venditor ... emptori ... dedit ... propter ipsum emptoris multa et grata

et grata servicia eidem (venditori) ab eodem, emptore, prestita et impensa. ... Concedens dictus venditor ... dicto emptori ... omnia jura et omnes actiones sibi competentes ... in predictis tribus sestariis frumenti venditis et bonis predictis usque ad summam, supra venditam. Et quia peccia terre usque ad summam ... dictorum trium sestariorum frumenti dictus venditor tradidit in manu mei notarii ... recipientis dictam, devestituram, nomine domini Humberti, domini Pelafolli, de cujus directo dominio ipsa peccia tenetur sub annuo censu trium sestariorum frumenti ad mensuram Pelafolli et unius galline, cum duplici placito et ad opus dicti emptoris, per traditionem unius baculi ... etc ... au voilà assez pour comprendre de quoi il s'agit .. le reste formules ordinaires ....

Actum Romanis in operatorio ... in platea Romanis, presentibus ... testibus ... : d. Petro Boverii presbytero, Stephano Genevesii, notario Romanis, et Martino Gay de Ste Rodulpho; et me Johanne Roy de Chanasii, clerico, Viennensis diocesis habitatore dicti loci de Romanis, publica auctoritate imperiali notario, qui premissis omnibus, dum sic agebantur, una cum dictis testibus, presens fui et rogatus ac requisitus hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scripsi et signo meo consueto, more solito, signavi rogatus et tradidi. —

(Magnat. I. pag 32-33). —

---

124. — 1347, 12 Dec. — Jean Micolet de Romans, sa femme Jeannette et leur fils Jean vendent, pour 4 florins d'or, à Lageron Fabri, bourgeois de Romans, 2 sétiers de froment de cens annuel, hypothéqués sur tous leurs biens et en particulier sur deux vignes et un champ au territoire de Romans vers la Croix de Lis Basanty. —

In christi nomine, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod, anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, indictione prima et die duodecima mensis decembris; coram me notario publico et testibus infrascriptis, Johannes Micoleti, de Romanis, affanator de Boraria, et Johannata, ejus uxor, et Johannes, eorum filius, et dicti mater et filius sua voluntate ... et consensu dicti

Johannis

Johannis, omnes insimul et quilibet per se et in solidum, sciantes ... vendiderunt et titulo pure ... et irrevocabilis venditionis ... concesserunt ... Lagarono Fabri, burgensi Romanis, ... unum ... duo sestaria frumenti boni, pulchri et recaptibilis, ad mensuram Romanis vendentem et tam-entem, annualia seu rendualia, super omnibus bonis suis quibuscunque percipienda, habenda ... ab eis dem ... per eumdem Lagaronem ... et solvenda eidem Lagarono aut suis, aut huic certo nuntio vel procuratori, infra villam Romanis, in domo habitationis dicti Lagaroni, anno quolibet perpetuo, in festo beati Juliani; pretio et nomine precii quatuor florenorum auri, boni auri, boni ponderis et legalis. Quod precium, dicti venditores omnes insimul ... confessi fuerunt ... recepisse ... Et si plus valent ... illud plus ... dicto emptori ... donarunt ... propter ipsius emptoris merita et grata servicia eisdem per dictum emptorem prestita et impensa ... etc ... toutes les formules d'usage ... Et ex inde obligaverunt et titulo specialis obligationis et hypothece tradiderunt ... eidem Lagarono ... omnia bona sua quecumque mobilia et immobilia ... et specialiter ... quamdam vineam suam, sitam in vignoblio Romanis, in loco dicto versus Cruelem de Lis Besanty, juxta campum et vineam Johannis de Aya, burgensis Romanis, ex duabus partibus, et juxta campum Laurencii Gayta, dicti Romanis, ex altera; Item quemdam campum ibidem contiguum, quodam vicio intermedio, juxta vineam ipsorum supra confinatam, et juxta vineam dicti Laurenczoni, ex altera, et juxta campum et vineam Johannis Gurtini, ex altera; Item quamdam aliam vineam, sitam ibidem, contiguam dicto campo dictorum venditorum, juxta ipsum campum, ex parte una, et juxta campum Peronni Coygnerii, burgensis Romanis, ex altera, et juxta campum Johannis Juvencelli, ex altera, cum suis aliis certis confinibus ... ad vendendum ... sua propria auctoritate ... usque ad summam venditionis supradicte ... Ledocument pourra être refait ad consilium sapientum. ...

Actum Romanis, in operatorio quod inhabito, in platea Romanis, presentibus

presentibus ad hec vocatis testibus : Johanne Guibini, et Marqueto Gleyroni clerico Romanis : Et me Johanne Regis de Chavanis... clerico, Vienneñs diocesis, habitatore dicti loci de Romanis, publico auctoritate imperiali notario, qui premissis, dum, sic agebantur, unacum dictis testibus, presens fui et rogatus et requisitus hoc presens publicum instrumentum, manu mea propria scripsi et signo meo consueto signavi rogatus et requisitus. —

(Magnat. V. pag. 22-25.). —

---

125. — 1368, 3 Août. — Testament d'Elisabeth, fille de Pierre Fabri. Elle institue ses héritiers ses deux fils, Peronon et Guiguet. S'ils meurent sans enfants, elle leur substitue ses frères Peronon et Jean ; mais dans ce cas son mari Armanon aura 50 florins d'or. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno Incarnationis ejus dem, Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, indictione prima, (tertia die) mensis Augusti : Coram Martino Votaris de Romanis quondam, Vienneñsi diocesis, clerico, auctoritate imperiali notario publico et testibus subscriptis ad infra et infrascripta vocatis et rogatis : Elisabeth Fabri ... filia Petri Fabri, burgensis Romanis, sana mente, per Dei gratiam, licet infirmitate corporali ... debilitata sit ... Considerans et attendens .... Idcirco ... de omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus, juribus et ... actionibus quibus cumque ordinavit, et donationes causa mortis facit personis infrascriptis, et dicto Martino de Votaris quondam notario, stipulanti et tollemquitur recipienti vice nomine et ad opus infrascriptorum et quorum interest, interesse poterit in futurum, per modum qui sequitur et in forma.

Et in primis ordinavit et donatione causa mortis, prout melius et sanius potest intelligi sive dici, dicto notario quondam, stipulanti ut supra, omnia bona sua mobilia et immobilia, dotalia et non dotalia, presentia et futura, videlicet : Peronono et Guigoni, liberis suis communibus et

dicti

dicta Armanoni (Doretii) et maritii, et aliis ... nascituris ab eadem, quamcumque communiter et pro indiviso, sub talibus tamen conditione et forma quod si contingeret alterum dictorum Perononi et Guigonis seu nascitu-rorum ab eadem morte quemcumque absque herede vel heredibus, ex suo vel eorum corpore vel corporibus legitime procreatis et ex legitimo matrimonio; quod, eo casu, ad superstitem seu superstites omnia bona sua, dicta donatione causa mortis, devolventur totaliter et perfecte.

Item ordinavit, si contingeret supranominatos filios suos omnes et nas-cituros ab eadem, quemcumque mori ab intestato, sine liberis et heredibus ex suis propriis corporibus et legitimis matrimoniis procreatis vel procre-andis quantumcumque, quod, eo casu, omnia bona sua, superius sic causa donata, ad Perononum et Johannam, fratres suos, communiter et pro indiviso, jure donationis, seu ut antea, jure donationis causa mortis predicte; retentis quinquaginta florenis auri, quos, eo casu contingente, dedit dicto Armanono, ejus viro, donatione causa mortis predicta. Voluit tamen et ordinavit, si contingeret alterum dictorum fratrum duorum, Johannis et Perononi, quemcumque mori sine liberis vel heredibus ex suo corpore et matrimonio legitimo procreatis et ex legitimo matrimonio procreandis, omnia bona sua ad superviventem, ipsorum, causa donati-onis mortis predicte, integraliter revertantur, exceptis quinquaginta flo-renis, quos, dicta donatione superius, dedit Armanoni ejus viro supradicto.

Has autem donationes, causa mortis, voluit et ordinavit expresse Gi-labella donatrix valere post mortem suam et non ante jure donati-onis causa mortis. Et si non valet etc... formules...

Predictas autem donationes fecit dicta Gilabella donatrix, anno die et indictione quibus supra, in domo habitationis ejus dem, testibus pre-sentibus ad hec vocatis: Capon de Bert, Bernardo de Chasta, Johanne Cha-morio, Johanne Paylliterii, Thoma de Sorgenta, Barthelomeo Peironis, ad predicta per ipsam vocatis et rogatis. Et predictus notarius quondam, qui premissis omnibus, una cum dictis testibus, presens fuit, omnia predicta in notam recepit.

recepit, Ego vero Petrus Veteris, de Romanis, Viennensis dyocesis, clericus, auctoritate imperiali notarius publicus ... a pris le testament dans les protocoles du notaire Martin et la mis en forme, ayant commission, Guiguet de Copperia, official de Vienne à St. Donat et vicegerant de l'archevêque à Romans ....

(Maguat. II. pag. 15-17). —

---

126 (1349. st.n.). 1348, 5 Mars. — Le Procureur du Val Ste Marie supplie supplie les exécuteurs testamentaires de Pierre Fabri, de Romans, de mettre à exécution une clause du testament dudit défunt. — Pierre Fabri a institué son héritier universel son petit-fils Guigonet Dorcii, mais s'il meurt ou bas age ou sans enfants il lui substitue le Val Ste Marie pour 120 florins d'or de rente annuelle, à condition que la chartreuse entretienne 4 religieux de plus. — Le reste des biens ira aux pauvres. Le petit-fils étant mort, la chartreuse lui succède. Les exécuteurs promettent de faire droit à la requête du procureur. —

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno ab incarnatione ejusdem Domini millesimo CCC° XL VIII° et die quinta mensis martii, apud Romanis, in operatorio Garinoni Fabri, burgensis et ypothecarii Romanis, coram me notario et presentibus testibus infrascriptis: vir discretus et religiosus frater Umbertus Bertrandi, monachus ordinis Cartusie, et, ut procurator et procuratorio nomine religiosorum virorum dominorum prioris et conventus ejusdem monasterii domus Vallis Ste Marie, ydem facions de procuratione et potestate sua per quoddam publicum instrumentum facto, grossato, recepto et signato manu et signo Jacobi de Clesis, notarii publici, curie Viennensis jurati. Ipse, inquam, frater Umbertus Bertrandi, procuratorio nomine quo supra, requisivit cum instantia quanta potuit, humiliter requirendo quatenus contenta in quadam cedula, per me infrascriptum, materna lingua lecta, notarium, executoribus ultime voluntatis Petri Fabri, burgensis Romanis quondam, videlicet: dompno priori Vallis Ste Marie presenti, Garinono Fabri, burgensi Romanis et Ypothecario, fratre Hugone Lonlay ca et lectore Fratrum Minorum de Romanis; et ipsi ordinationem et voluntatem

voluntatem testamenti dicti Petri Fabri quondam, cujus sunt executores, tantum quantum tangit eos, volent complere juxta et secundum formam, tenorem inferscripte cedule. Cujus quidem cedule tenor inferius est insertus et de verbo ad verbum ad plenum redactus, pro ut dicti executoribus et in presentia testium, infrascriptorum fuit per me notarium, infrascriptum, materna lingua lecta. Et ipsa lecta, dicti executores omnes simul petierunt copiam dicte cedule sibi tradi de verbo ad verbum ita quod consulte possint agi et exponi gratiarum tenorem ipsius cedule. Et incontinenti dictus procurator tradidit dictam cedulam dictis executoribus, ut consulte juxta tenorem ipsius possint agi et compleri contenta in eadem. Et habita copia pro parte dictorum executorum, responderunt dicto procuratori executores predicti, quod parati sunt facere licite et honeste ea que dicte supplicationi incumbent, juxta et prout jura volunt. — De quibus presentatione, responsione dictus procurator et executores petierunt a me, infrascripto notario, fieri publica instrumenta, que possint dictari, si opus fuerit, ad consilium peritorum, tamen facti substantia non mutata. — Actum ut supra, testibus presentibus: Garinono, filio Garinoni Fabri ypothecarii: Bauderio Lombardo et Jacobo Marcellini; et me Francisco Hodoardi, de Romanis, clerico, imperiali auctoritate notario publico, qui premissis omnibus, requestus, responsi interfui, et hoc presens publicum instrumentum recepi ad requestam dictarum partium, manu mea propria scripsi, signoque meo consueto signavi necnon et tradidi. —

Tenor vero dicte cedule traditi per dictum procuratorem dictis executoribus et per predictis executoribus lecte materna lingua, de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Vobis religiosis viris, priori Vallis Ste Marie, Gardiano et lectori Fratrum Minorum de Romanis, et vobis provido viro Garinono Fabri, burgensi Romanis, executoribus testamenti et ultime voluntatis defuncti Petri Fabri, burgensis Romanis, significat frater Humbertus Chanallerii, procurator domus Vallis Ste, quod defunctus Petrus Fabri predictus in suo testamento per nuncupationem, non scriptam et ultimam voluntatem, jam die est publicatum: Guigonetum, nepotem suum, filium Aymonoti Donerii, instituit sum heredem in bonis suis omnibus mobilibus, immobilibus

dejectaque

« adjecto quod "si contingeret dictum Guigonatum decedare in pupillari etate vel
aliter quandocunque sine herede vel heredibus de suo proprio corpore ex legitimo
matrimonio procreato vel procreandis seu procreatis; eo casu contingente,
volo et ordino quod predicta omnia, in quibus michi heredem, meum instituo,
vendantur et de precio eorum acquirantur sexies viginti florani auri rendu-
-ales per heredem universalem et executores meos infrascriptos vel majorem
partem eorum. Qui quidem redditus dentur et tradantur domui Vallis Ste
Marie, ordinis Cartusie, vel in alia domo dicti ordinis, in eo casu, in quo
prior dicte domus Vallis Ste Marie nollet ipsos redditus sub conditione infras-
-cripta acceptare. Que quidem conditio hec est, videlicet, quod in domo, in
qua redditus remanebunt; teneatur et debeat, pro predictis sexviginti flor-
-enis auri rendualibus, ponere et perpetuo tenere quatuor monachos sacer-
-dotes ultra et preter alios monachos, qui in eadem domo consueverunt
interesse et morari. Qui quatuor monachi ponendi teneantur perpetuo
et debeant missas celebrare pro remedio anime mee, consortis mee quondam
et omnium parentum, affinium et benefactorum meorum. Et totum residuum
si quod fuerit, predicto precio, facto acquiramento predicto dictorum sex
viginti florenorum auri, volo et ordino quod ad Christi pauperes in villa Rom-
-anis hostiatim querentibus, absque aliqua retentione seu deductione vel
detractione alia in quarte seu legitime jure, natura trabe alia aliqua seu
falcidie vel alterius cujuscunque debite, plenojure devolvantur et sibi
pauperibus erogantur per heredes universales et executores meos infras-
-criptos vel majorem partem eorum. (quas) dicto casu contingente, dictam
domum Carthusiensem usque ad summam dictorum sex viginti florenorum auri
rendualium, et dictos Christi pauperes in toto residuo predicto, dicto Guigo-
-nato, absque aliqua deductione vel retentione ut supra, substituo et sub-
-stitutos esse volo; et dictas substitutiones et quamlibet earumdem valere
volo, jubeo et ordino, jure institutionis pupillaris expressis (sic). —»

Verum, cum ad officium vestre executionis pertineat tam finem operis
exequi, quod plus debito (differtur) et extitit dilatatum, in prejudicium
dicte domus

dicte domus et (divini cultus!) in sua ecclesia augmentandi, secundum formam clausule antedicte; supplicat, ... et vos et quemlibet vestrum requirit ut dicta .... vacare dignemini et velitis. Ipse enim procurator nomine fratrum dicte domus, offert se paratum suscipere, de calumnia jurare, cautionem subire, prout dicta clausula est expressum. Quare secundum voluntatem dicti defuncti requirit, quod dicta bona exponantur venalia et vendantur pro dicto assedamento faciendo; ita quod residuum, si quod erit, in distributionem sic fiat in clausula contentam elargiatur. Et si facile non inveniretur emptores precium ipsum vel propa offerentes, propter facilitatem humanitatis, offert se pactum dicto nomine recipere de terris et possessionibus dicti patris Fabri usque ad summam redditualem in clausula prelaxatam, postquam quod superest exponatur venale in dictam piam largitatem pauperibus mendicantibus Romanis convertendum. Alioquin, si in hoc essetis desides vel negligentes, in vestra negligentia et defectum, haberet dictus nomina, ad superiorem locum recursum, nam jam de vestris negligentiis .... pingeretur: constat quia sunt elapsi ix mensis, infra quod tempus vel minus, Alberto judici moderno talis executio sic fiat debuerit esse prestita. — Acta, presentata et responsa fuerunt hec, ad postulationem et requisitionem dicti fratris Humberti, quo supra nomine, anno, die et loco et testibus quibus supra; et responsum dictorum executorum, et supra contentum, fuit factum in presentia mei notarii infrascripti et nominati. De quibus presentatione et responsionibus, et supra dictum est, petierunt dicte partes, si opus fuerit, per me notarium fieri publica instrumenta ad opus cujuslibet partium, cui tangit tenoris unius et ejusdem, facti tamen substantia non mutata. —

(Magnat. IV. pag. 16-19.) . —

---

127. — (1350. st. n.). 1349, 14 Janvier. — Jacquemon Mercier, de Romans, approuve la donation faite par son père Jean Mercier, prêtre, à Antoine, de 7 sétiers, 1 émineé de blé et de 12 deniers de cens annuel pour bâtir une chapelle à la Chartreuse. —

In nomine

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum, cunctis presentibus et futuris appareat manifestum, quod, cum ita sit quod Johannes Marcerii, quondam burgensis Romanis et mercator, sciens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo, non malo inductus nec aliqua machinatione, sed advisus et premeditatus dederit in vita sua donationem puram, ratam, gratam, firmam et irrevocabili inter vivos, prout melius et amplius potest intelligi sive dici, viro venerabili, discreto et religioso
† domino fratre, fratri Petro Poyllenii, priori domus Vallis Ste Marie, ordinis cartusiensis, presenti, stipulanti et recipienti nomine suo et dicte domus sue totiusque conventus ejus, septem sestarios et eminam unam bladi census et duodecim denarios censuales, videlicet tria sestaria frumenti et unum quartale, et quatuor sestaria et unum quartale siliginis. Et qui census fuerunt Johannis Tomari, quondam burgensis Romanis, a quo ipse eos habuit et emit, prout de dicta emptione et venditione constat quodam publico instrumento, facto inde et recepto per magistrum Petrum Bernini de Romanis, notarium publicum, quod incipit in secunda linea "decimas" et finit in eadem linea "Romanis". In quo etiam instrumento supra designato continentur recognitiones tenementarium, qui dicti census faciunt et eorum nomina et quantitates et confrontationes possessionum, pro quibus dicti census debentur (Voir plus haut n° 111, 1339, 5 mars). Et quam donationem prefatus Johannes Marcerii quondam dicto domino priori, nomine suo et quo supra, fecit ex causa cuppidam
× capelle edificande in dicta domo Vallis Ste Marie, pro remedio anime sue, parentum, amicorum et benefactorum suorum; et in signum dicte vere donationis et irrevocabilis, dictus Johannes Marcerii donator tradidit, reddiderit et expedivit et deliberaverit et se denudaverit, ex causa donationis prefate, de dictis censibus per traditionem instrumenti supradicti, per eum Johannem tradite dicto domino priori presenti, stipulanti et recipienti, nomine suo et dicte domus sue totiusque conventus ejus. —

Hinc igitur

Hinc igitur est quod anno Domini millesimo trecentesimo quadra-
gesimo nono, indictione tertia, die vero quatuordecima mensis januarii
(stil. Rom. 1350, 14 January), apud Romanis, Viarmensis Dyocesis, in operatorio Taquemoni Coyr-
-acerii, videlicet in platea dicti loci, coram magistro Francisco Audo-
-ardi de Romanis, Viarmensis Dyocesis, imperiali auctoritate notario quam-
-dam publicam et testibus infrascriptis nominatis, Taquemonus Mercerii, filius
et heres dicti Johannis Mercerii quondam, constitutus personaliter in
presentia dicti quondam notarii et testium subscriptorum, informatus de
plenum de donatione prefata et seu eam, ut prefertur,
sciens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo, non metu inductus nec
aliqua machinatione ab aliquo seductus vel circumventus, sed advi-
-sus et in facto premeditatus, ut dicebat et ex verbis ipsius liquide perpendi
potuit pariter et notarii, volens agnoscere veritatem et bonam fidem
et posse huc attendere et seu ea facta et gesta per dictum ejus patrem
dictam donationem, ex causa predicta factam, ad requisitionem
dicti notarii, stipulantis solempniter et recipientis nomine dicte domus
et qui convenit, approbavit, ratificavit et omologavit et, in quantum
potuit, tenore presentium, confirmavit, vocatis presentibus et expresse
consentientibus Petro de Marchis, domicello, Johanne Francisci,
Bonthosoni Russoli, nos! executoribus ultimi testamenti seu ultime voluntatis
dicti Johannis quondam fidelibus et proximis dicti Taquemoni Mercerii,
filii et heredis dicti Johannis Mercerii quondam. — Promittens dictus
Taquemonus, hereditario nomine predicto et de consensu, voluntate et man-
-dato dictorum executorum, per juramentum suum, corporaliter ab eodem
prestitum, et sub obligatione omnium bonorum suorum quorumcumque
mobilium et immobilium, presentium et futurorum, dictam donationem et
confirmationem tenere, custodire et perpetuo inviolabiliter custodire et nun-
-quam contra eas vel aliqua ex eisdem seu premissa, per se vel per alium,
in judicio vel! nec extra facere, dicere vel venire, in toto vel in parte, dam vel
palam, tacite vel expresse; nec alicui contra facere, dicere vel venire
volenti

volenti modo aliquo consentire, seu prestare auxilium, consilium vel assensum, sed dictam domum amparare in omnibus racionabilibus pro premissis. - Devestiens se dictus Taquemonus ricus, prudens et spontaneus, ut supra et ex causa donationis predicte, de dictis censibus cum eorum integris juribus, in quantum potest, in manu dicti notarii quoudam, stipulantis sollempniter et recipientis nomine vice et ad opus dicte domus et ejus conventus et dicti domini prioris; et ad utilitatem ipsorum devestiteram, recipientis per traditionem unius baculi, ut est moris. - Volens et expresse, tenore presentium, dictus Taquemonus heredis? heres, precipiens, virtute hujus publici instrumenti et ex causis predictis, omnibus tenementariis, qui census predictos faciunt et facere sunt solite, et nominatis in instrumento supra confinato; si extant, et si non extant, eorum heredes et qui recognoverint, ut in eorum expedimetur, quatinus respondeant terrario per ipsum dominum priorem, ad opus dicte domus, faciendo, et iidem recognitiones faciant, quandocumque fuerint requisiti, sine difficultate aliqua, vel alio mandato interveniente ac sine aliquo intervallo, quem dictus cens ut ad dictam domum pertinere vult ex causis antedictis. - Renuncians dictus Taquemonus Mercerii, ex certa sua sciencia, in hoc facto, per pactum et juramentum et sub obligatione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium, ut supra et ex causa qua supra, exceptioni dictarum donationis confirmationis, ratificationis, promissionis, obligationis et omnium et singulorum predictorum non factarum et factorum, ut supra, vel non bene, rite recte et legitime factorum et factarum: doli, mali metusque erroris et in factum actioni, privilegio fori, petitioni et oblationi libelli, transcripti et copie presentis publici instrumenti et note ejus ac exhibitionis eorum: condictioni sine causa, ob causam vel ex injusta causa: officio judicis et implorationi ejus: jurisdictioni quod si dolus det causam contractui, quod contractus non teneat, et si incidat in contractum, quod agi possit ad rescidi supplementum illi generali d'autule que succedit ex dicto pretoris et incipit: si qua justa causa mihi videbitur: omni beneficio restitutionis in integrum, omni juri per quod decepti et circumventi tam majoribus quam minoribus,

legistes

legis seu canonis beneficio subvenitur: et generaliter omni alii juri canonico et civili per quod posset dictus Taquemonus contra predicta venire aut in aliquo se tueri et domum juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis.

Actum anno, indictione, die et loco predictis, presentibus testibus ad premissa vocatis: venerabilibus viris et religiosis dominis Rantelmo Russoli, presbytero
x et curato sancti Romani de Romanis: domino et fratre Anthonio Jocheti, priore Excubiarum; Lambarthono Barnerii, Johanne Lappo et Francheto Paysonis donato
x domus Vallis Ste Marie predicte; et dicto Francisco Audoardi de Romanis, auctoritate imperiali quondam notario publico, qui de premissis notam recepit, et inde rogavit facere publicum instrumentum, ad opus domus predicte, quod, morte prevectus, facere non valuit. Ego vero Poncius Radulphi de Romanis, clericus, imperiali auctoritate notarius publicus, cui nota dicti Francisci, quondam notarii, judicariave fuit commissa, hoc presens publicum instrumentum de quadam nota dicti Francisci quondam, sana et integra omnique vicio et suspicione carente, sumpsi, extraxi et in hanc publicam formam redegi et scripsi, signoque meo solito signari requisitus et tradidi, vigore commissionis predicte. —

Postque dictus Franciscus Audoardi, notarius quondam, ex commissione sibi facta per dictum dominum priorem domus predicte Vallis Ste Marie, et de voluntate dicti Taquemoni Mercerii, volentibus dicti Taquemoni parentibus, processit ad recipiendum recognitionis nominatorum, tenementariorum dictorum censuum supra per dictum Johannem Mercerii dicte domui donatorum et confirmatorum, ut pasfertur, per dictum Taquemonum, ejus heredem, per modum qui sequitur: —

1a Et primo, anno quo supra, et die sexta mensis februarii, (1350, 6 février), apud Romanis, in domo que quondam fuit Petri Galoti, coram dicto Francisco notario quondam publico et testibus infrascriptis: Agnichona, relicta Petri Galoti, licians, pendens et spontanea confessa fuit et per juramentum suum se tenere et tenere velle in emphiteosim ac de directo dominio et seignoria, ut tutrix et tutorio nomine Petri Galoti predicti filii sui et ut tutrix ipsius, quandam vineam et campum contiguos sitos apud Bozans, confrontantes circa quatuor tastariatas et ominatam terre, juxta peitenam de Bozans, ex una parte: et juxta vineam Parononi Babuey alias Sarmilla vicointermedio

vico intermedio, ex alia: et juncta campum Liberorum Guigonis Cayeti, ex alia: cum suis aliis certis confinibus; pro qua facit et facere consuevit et adhuc vult facere dicte Domui Vallis Ste Marie predicte et dicto notario, stipulanti nomine ipsius Domus canam, eminam, siliginis censualem, ad mensuram bassan, et duodecim denarios Cavaillonis; et de terra vult, ut supra, dictam terram a dicta Domo sub censu annuo predicto. Renuncians dicta Agnes bona sciens, fraudem, nomine tutorio predicto, omni juri canonico et civili etc... Actum ut supra proxime, testibus presentibus: Stephano Gaynoni clerico beate Barnardi de Romanis, Roberto Richardi filio, Franco Monerii, et dicto Francisco Audoardi, notario quondam. Ego vero Poncius prefatus commissarius, ut supra, hoc instrumentum in hanc publicam formam redegi et me eidem subscripsi. Ita est. Poncius Rad. — (Voir n° 111, 1339, 5 mars. La 1° reconnaissance qui est la même. — Les formules des suivantes étant absolument semblables, je ne prendrai que la principale. —)

2a — Item eodem a° et die predicto (1350, 6 fevr.) apud Romanis, in domo quam inhabitat Berthonus de Malato, domicellus, extra portam Holmosine, coram me... Petrus Hospitis, escarius Romanis, sciens... confitetur... se tenere... quondam campum suum, situm in Horiis domus, continentem circa quinque quartalatas terre, juxta terram que quondam fuit Poncii Terracii, ex una parte: et juxta vineam et campum Berthoni Maleto predicti, ex alia; et juncta campum ipsius confitentis, ex alia... sub censu annuo unius quartalis siliginis, ad mensuram bassan... Actum ut supra, testibus... Monna Massonerii escario Romanis, Petro Pitralli de Boccio, pellipario Romanis et dicto notario.... (La 5e du n° 111). —

3a — Item a° et die quibus supra (1350, 6 fevr.) ibidem... idem Berthonus de Maleto confitetur... se tenere... in emphiteosim et ad directum dominium dicte D. (V.I.M.) quandam vineam et campum contiguos, sitos in Horiis domus, continentes circa 6 sestariatas terre, juxta terram seu campum Petri Hospitis, ex una parte; et juxta iter publicum, ex alia: et juxta vineam que quondam fuit magistri Jacobi Barberii, ex alia... sub censu annuo unius sestarii siliginis, ad bassan, mensuram. Tamen dicit dictus Berthonus quod predicta terra facit

terra facit

terra facit pro indiviso anniversarii Ugi Barnardi unam eminam siliginis bassam. Actum ut supra, testibus... Hugone Peyroleriis de Alesciano, Johanne Guicherii... (la IIe du n° III.). —

4a. Item eodem a° et die predictis (1350, 4 fevr.)... Guionetus de la Chalma alias Irant, correrius Romanis, confitetur... se tenere... in emphiteosim perp. et de directo dominio... dicte D. (V.I.M.)... quandam vineam, suam sitam in Horias domnas, continentem circa tres eminatas terre, juxta vineam, liberarum Johannis Longaterre, ex una parte: et juxta vineam Johannis de Challa, ex altera: et juxta vineam Broysie relicte Guillelmi de Morellis, ex altera, sub annuo censu unius eminatus frumenti ad bassam mensuram. Actum ut supra... testibus... Hugonino Burgundionis, Poncio Audee de Dya habitatore Romanis... (la 6e du n° III). —

5a. Item a° dni 1350, 20 Aprilis, Romanis, ante bancam, quam tenet Johanneta de Salanova, soror Aymonati de Salanova... Ipsa Johaneta, tutrix nomine Gerenthone, filie dicti Aymonati de Salanova, confitetur se tenere de directo dominio dicte D. (V.I.M.)... quandam vineam, continentem circa quinque sestariatas terre, sitam in loco dicto Horias domnas, juxta vineam ipsius Aymonati, ex parte occidentis: et juxta quandam aliam vineam ipsius Aymonati, ex parte orientali: et juxta quendam campum ipsius Aymonati, ex altera: et juxta quendam vicum et alia; sub annuo censu tasce eminarum siliginis, ad bassam mensuram. Actum ut supra, testibus... Johanneto Beraudoni... (les 1er et 2e du n° III). —

6a. Item eodem a° et die 29 m. Apr. (1350, 29 Apr.) apud Romanis in domo dicti notarii quondam... Berthomeus Royani, filius Lantelmi Royani, sciens... confitetur... se tenere in ampl. et de directo dominio dicte D. V.I.M.e. quendam campum seum, situm, versus Charlas, cum quadam grangia et prato, continentem circa novem sestariatas terre, juxta campum ipsius Berthomi, quem tenet a domino Radulpho, ex una parte, vico intermedio; et juxta pratum, relicte Lantelmi de Briordo, ex altera: et juxta iter publicum per quod itur de Romanis versus Charlas... sub annuo censu unius eminis vendibilis ad mensuram Romanis

et ad usum

et ad usum castri Pisanciani. .. Actum ut supra, testibus presentibus : Johanne filio Jacobi Serani, Guigona Bonelli Coyratario Romanis, Gautario de Vergeriis alias Bongono, et dicto notario publico quondam, ego vero Poncius Radulphi, notarius auctoritate imperiali publicus, cui nota dicti Francisci quondam, judiciaria vice, sunt commissa, hoc presens publicum instrumentum de quadam nota dicti notarii omni vicio carente scripsi et in hanc formam publicam redegi signoque meo soleto signavi requisitus et tradidi, vigore commissionis predicte. — (cette dernière ligne de la 4e page n° 111. — Ces raccommodements ne sont vraisemblablement pas terminés). —

(Magnat. IV. pag. 19-24). —

---

128. — (1350, 11 n.) 1349, 16 Janvier. — Les exécuteurs testamentaires de défunt Pierre Fabri, de Romans, vendent, pour 180 florins d'or, à Ponce de Capribus et à Garin Fabri, une maison dudit Pierre Fabri située à Romans en la Saunerie. Le prix doit servir à former la rente de 12 florins d'or léguée à la chantrerie du Val Ste Marie par ledit Pierre Fabri pour la fondation de 4 moines. —

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Per hoc presens publicum et verum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo quadragesimo nono, die vero decima sexta mensis januarii (11 n. 1350, 16 Janvier) : cum ita sit quod Petrus Fabri, filius Bartholomei Fabri quondam, burgensis Romanis, suum condidit testamentum, et suam ultimam voluntatem, nuncupativam ; et inter cetera in dicto suo ultimo testamento, per nuncupationem, ut prefertur, dicto... etc. l'abbé Magnat renvoie à son cahier II. p. 27 où il y a la même charte avec seulement de légères différences de mots — voir plus loin document n° 1351, 11 oct. — ... et quia dicta substitutio in personam dicti Guigoneti, ut prefertur, facta, locum sibi vendicarit per mortem ejus Guigonetti qui, testatore vivente, sine prole decesserat.

Igitur, hinc est quod anno et die predictis ; coram Francisco Audeardi de

Romanis

Romanis, Viennensis dyocesis, clerico, imperiali auctoritate notario publico quondam, et testibus infrascriptis, religiosus vir frater Petrus Poyllani, prior domus Vallis Ste Marie predicte, ordinis Cartusiensis, et frater . . . . Gardianus fratrum Minorum, et rector dictorum fratrum, et Garinonus Fabri, burgensis Romanis, executores facti et creati per dictum Petrum Fabri in suo ultimo testamento prefato, prout dicti testatoris ordinatione . . . . eorum executionis officium exequi et juxta testatoris voluntatem implere volentes, attendentes ultarius quod per religiosum fratrem, fratrem Humbertum Bertrandi, procuratorem dicte domus Vallis requisitis de premissis implendis, secundum ordinationem testatoris, cum locus substitutionis adveniret, et preforter, vigore potestatis per eum testatorem eisdem executoribus concesse et attribute, ut est dictum, et alias eo modo quo potuerunt et debuerunt fortiori et meliori, processerunt ad venditionem dictarum rerum et bonorum in quibus dictus Guigonetus quondam erat heres institutus, atque vendi debent ratione ordinationis et substitutionis predictarum; Vendiderunt, inquam, dicti executores, nomine predicto executorum, pro dicta adquiramento et affactamento dictorum sed viginti florenorum auri reddualium faciendo, juxta ordinationem predictam; sciantes, prudentes et spontanei, non vi, non dolo inducti, verum certe, advisi et premeditate ad plenum ac consulte in facto hujusmodi, ut dicebant et ex verbis ipsorum et eorum cujuslibet liquide perpendi poterat peritos et notarii, Poncio de Caprilliis, burgensi Romanis, et Garino, filio Garinoni Fabri, burgensi dicti loci, tam absentibus quam presentibus communiter pro indiviso stipulantibus et recipientibus nomine, vice et ad opus dictorum Poncii et Garini emptorum, et suorum heredum et imperatorum successorum, et titulo pure, perfecte, simplicis et irrevocabilis venditionis habere voluerunt, tenore hujus publici instrumenti, prout melius et sanius potest intelligi sive dici, videlicet: Quandam domum ipsius Petri Fabri quondam, sitam in Sauneria Romanis, juxta domum

Petri de

Petri de Bucyrone, ex una parte: et juxta domum que quondam fuit Petri Marescalli, ex alia: et juxta carrariam publicam, ex alia: cum suis ipsius domus vendite certis et limitatis confinibus; ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, permutandum, et quicquid aliud de dicta domo vendita, cum appenditiis, pertinentiis, ingressibus, egressibus universis, eisdem emptoribus et suis ac eorum alteri de cetero perpetuo placuerit faciendum, scilicet, precio et nomine precii, pro dicta domo vendita, novies viginti florenorum auri, boni auri et fini et legalis ponderis. Constituentes dicti executores, nomine executorio quo supra, dictos Poncium de Capraliis et Garinum, fabros emptores, tam absentes quam presentes, et dictum notarium quandam, pro eisdem emptoribus et suis stipulantem, sollempniter et recipientem, et supra, veros dominos et veros possessores ac procuratores ut in rem suam propriam. Confitentes dicti executores se dictam domum cum ejus omnibus juribus possidere vice, nomine et ad opus dictorum emptorum, donec ipsi et eorum quilibet... possessionem apprehendendi corporalem. Quam apprehendendi... eisdem emptoribus... licentiam concesserunt. Cedentes... dictis emptoribus... omnia jura et omnia interdicta et omnes actiones... que et quas... dicti Petrus Fabri... in eadem domo... habebat. Item actum est inter dictum quod dicta domus vendita moret et teneatur de dominio directo liberorum Bonthosoni Gibellini junioris, quondam burgensis Romanis, quibus solvit sex denarios censuales, et ecclesie beati Barnardi de Romanis quinquaginta solidos renduales... Aqua quidem domo vendita... devestierunt se dicti executores... in manu dicti notarii... per traditionem unius baculi... Rogantes... directos dominos, ut ipsos emptores investirent... Promittentes predicti executores etc... formulas ordinarias... Renunciantes... etc.... formulas.....

Item fuit actum, quod de premissis omnibus fiant duo publica instrumenta.

Acta fuerunt premissa omnia, anno et die quibus supra, Romanis, in domo domini Radulphi de Capraliis, legum doctoris, presentibus testibus ad premissa: fratre Antonio Sochati, priore domus Ecumbiarum, Johanne Micalarii, testibus dicti domini Radulphi, Romanono Rochaloni, Guillelmono filio Stephani de Grandis, et dicto Francisco Aldeardi, notario publico quandam, qui de premissis notam recepit

recuperat, ad morte preventus, eam informam publicam redigere mandavit. Ego vero Poncius Radulphi, de Romanis, Viennensis diocesis, clericus, imperiali auctoritate notarius publicus, qui notis dicti francisci Audo ardi notarii quondam, auctoritate judiciaria, sunt commixte, hoc presens publicum instrumentum de quodam nota dicti Francisci quondam fideliter et integre et omni vicio et suspicione carente scripsi, extraxi et in hanc publicam formam, substancia nota secuta, redegi, signoque meo solito signavi requisitus et tradidi, vigore commissionis predicte. —

In nomine D.N.J.C. Amen. Per hoc presens ... quod a. Dni 1350, 5 Maii, apud Romanis in domo liberorum Bonthosoni Gibellini junioris, burgensis quondam dicti Romanis, coram Francisco Audoardi .... Poncius de Capellis et Garinus Fabri ... requisiverunt ... Katherinam, relictam dicti Bonthosoni, ut tutricem liberorum suorum ... quatenus eidem ... investiret de domo (supra) vendita ... que Katherina ... recepta primitus per ipsam a dicto notario ... quod consilium et deliberamen vocabat habere super premissis .... et ulterius quod parata erat facere que forsan rationis ... Actum a. die et loco predictis presentibus testibus: Johanne Francisci burgensi Romanis, Petro Gibellini filio dictorum Bonthosoni et Katherine et dicto Francisco ... Ego vero Poncius etc ... et supra. —

In nomine D.N.J.C. Amen. Per hoc presens etc ... quod a. Dni 1350, 2 octobris apud Romanis etc. et supra ... Katherina relicta Bonthosoni Gibellini ... suis ... investivit et retinuit ... Poncium de Capellis et Garinum Fabri ... de quodam domo eis vendita ... pro executores testamenti Petri Fabri ... salvo tamen jure suo ... et alieno. Confitens ... pacta et actus, de censu et usagiis, ratione conditionis predicte ... Actum a. die et loco predictis, presentibus testibus ... Johanne Francisci ... Guillermono filio Stephani de Grandis, Johanne Perolgii de Valentia, habitatore Romanis et dicto Francisco Audoardi ... Ego vero Poncius etc. (ut supra.

(Magnat. V. pag. 17-21.). —

---

129. — (1350. stil. n.) ? — 1349, 20 Mars. — Extrait des comptes du chatelain de St. Nazaire.

Sanctum Nazarium, per Bertomeum, filium quondam domini Petri Durandi de Cabaolo, consiliarii dalphinalis et castellani dicti loci. —

Anno Nativit

Anno nativitatis Domini 1349, die 20 mensis martii, apud Romanis, coram nobilibus et circumspectis viris dominis Francisco de Revello, Jacobo de Dya et Guigone Costani, militibus, et me Joanne Matthei notario, computavit dictus Bertomeus Durandi, filius quondam et nomine dicti domini Petri Durandi, castellani quondam dicte castellanie, duorum annorum integrorum, finitorum in festo beate Joannis Bte currente 1348; recepta de obventionibus et aschetis solutionibus et expensis partis a die 12 mensis julii currente 1346, usque ad diem 8 mensis decembris currentem 1348. Quo die fuit translata dicta castellania per dominum Ogerium Riverii, domicellum, qui promisit et juravit bona et fideliter computare. —

1° Recepit de frumento censuali pro 2 annis: 38 sest. 3 quartal. — Item de garbis etc.

1° Recepit de denariis censualibus pro 2 annis: 32 lb. 3 sol. 4 den., p. 17 den.

Item de censu novitер acquisito a Johanne Moreti etc...

Item de pulveragiis Ste Nazarii, pro anno currente 1343. Non computavit ad partem domini: 36 sol - p. 2 sol. — (Sic. ne voit pas à quoi fait allusion)

(Magnat. VI. pag. 19.). —

130.- 1350, 15 Juin. — Les biens laissés par Pierre Fabri ne permettant pas de faire 120 florins d'or de rente annuelle pour la fondation de 4 religieux au Val Ste Marie; les exécuteurs testamentaires conviennent avec le prieur de la chartreuse, autorisé par sa communauté et le Rd Père Général, qu'il n'y aura que trois et trois cellules; et si les biens vendus montent à 1500 florins d'or, un des héritiers et deux exécuteurs fixeront les suffrages qui devront être faits pour la fondateur. —

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod, cum ita sit quod Petrus Fabri burgensis quondam de Romanis, in suo ultimo testamento nuncupativo et ultima voluntate heredes sibi universales sibi instituit venerabilem et circumspectum virum, dominum Rodulphum de Capreliis, legum professorem, et Poncium de Capreliis, dicti domini Rodulphi fratrem: heredemque instituit in testamento

in testamento prefato Guigonem, filium Armanoni Aurumsarii (Doriarii) et Esgil-
Cabelle, uxoris dicti Armanoni filiegue dicti Petri Fabri quondam, in omnibus
domibus, pratis, campis, vineis, ortis, possessionibus, censibus et redditibus quibus-
cumque et quacumque sint et quocumque nomine censeantur, cum earumdem
onere et honore ipsius testatoris, quâdam suâ vineâ de Leularia nuncupata
accepta, necnon et in dota per dictum Petrum dicte Egillabelle constituta in
contractu matrimonii inter ipsos . . . . . dictoque Guigoni, si in predictis hæres
non esset, vel si hæres esset et moraretur sine liberis naturalibus et legitimis,
substituerit in premissis in for. . . . bona predicta, in quibus dictus Guigon-
etus fuerat hæres institutus, vendantur et distrahantur et de precio eorumdem
adquirantur sex viginti flareni auri rendeales per heredes . . . . et executores
sui predicti testamenti, vel per majorem partem eorumdem; et quod redditus
predicti dentur domui Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, cum et sub onere
infrascripto, videlicet, quod . . . . predicti prior et conventus ejusdem, pro predictis
sex viginti flarenis auri annuis rendealibus, teneantur et debeant ponere et
perpetuo tenere in dicta domo ordinis Cartusiensis quatuor monachos sacerdotes
ultra et preter alios monachos, qui in eadem domo interesse consueverunt et
morari. Qui quatuor monachi teneantur et debeant, pro remedio anime dicte
Petri Fabri, uxoris ejus, parentum et benefactorum eorum, perpetuo in dicta
domo divina officia celebrare; adjecto per eumdem testatorem, quod priores
dicte domus nolentes relictum predictum sub predicto onere acceptare: dentur
et tradantur predicti redditus alicui alii domui dicti ordinis sub onere antedicto,
adjecto etiam per eumdem testatorem, quod residuum precii rerum predictarum
ad pauperes Christi in villâ Romanis mendicantes plenojure devolvatur,
absque alicujus quarte legitime falcidie trabellianice, vel alterius cujus-
cumque, detractione vel deductione quâcumque. Quod quidem residuum
per heredes universales et executores dicti testatoris vel eorum majorem
partem, ejusdem Christi pauperibus erogetur: substituendo, ut premissum est,
dicto Guigoni predictam domum ordinis Cartusiensis prefatis usque ad summam
quantitatis predicte, et pauperes predictos in residuo precii, si quod esset,

rerum

rerum antodictarum ; executoresque predicti sui testamenti fecerit dictus Petrus Fabri testator quondam, in dicto suo ultimo testamento, lectorem et gardianum domus fratrum Minorum de Romanis, Garinonum Fabri burgensem dicti loci, Coppum de Berto, habitatorem Romanis, et dominum priorem Vallis Ste Marie, prout promissa in effectu continere dicuntur et continentur in quodam publico instrumento continente testamentum predictum, facto et signato per magistrum Petrum Bernini de Romanis, notarium publicum ; dictaque substitutio locum sibi vendicavit per mortem seu obitum dicti Guigonis, qui, testatore vivente, jam decesserat, sic quod nunc evenisset propter utilitatem rerum contingentem, ob dampna pestiferam mortalitatis vehementem, que in villa Romanis et in locis circumvicinis publice et notorie dignoscitur viguisse, quod, ut predictus dominus prior dicte domus Vallis Ste Marie, ordinis cartusiensis, et executores prefati asserunt, ex rebus predictis, omnibus advisis et diligenter inspectis, singularitas per homines ad id peritos et in talibus expertos, et valentibus earumdem, ac eisdem, ad vendendum exponi et palam et publice per homines ad id dictos, haberi et redigi non potest tantum pecuniam tantaque pecunia seu pecunie quantitas, quod, pro earum quantitate rerum prefatarum, predicti executores viginti florenos auri annui redditus valeant, juxta ordinationes predictas, comparari.

Hinc igitur est, quod anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione tertia, die vero decima quinta mensis junii, (1350, 15 Juin), Romanis, in operatorio Poncii de Capralibus, burgensis Romanis, et coram magistro Francisco Audoardi de Romanis, Viennensis diocesis, clerico, imperiali auctoritate notario publico quondam, et testibus infrascriptis nominatis, dicte partes, suis et quibus supra nominibus, scientes, prudentes et spontanei, non vi, non dolo, non metu inducti, sed advisi et ex causis premissis et aliis legitimis motis, ut dicebant et ex verbis ipsorum et cujuslibet ipsorum liquide perpendi potuerat pariter et notari, nolentes dicti testatoris intentionem in totum

deficere

deficere neque ejus animam alibi subsidio, donumque predictum relicto predicto totaliter defraudare: super predicto relicto et omnibus antedictis in modum qui sequitur componerunt et convenerunt atque formam.

In primis videlicet, dictus dominus prior, de auctoritate venerabilis et religiosi fratris, fratris Johannis prioris domus majoris ordinis Cartusiensis predicte, supra infrascriptis et promissis omnibus ad plenum certificati et ut supra advisi, prout in dicta sua auctoritate attestatur: de qua quidem auctoritate constat per quandam patentem litteram in pergameno ab una parte scriptam, sigilloque ejusdem in pendenti sigillatam et munitam, cujus quidem littere tenor inseritur et insertus; necnon et de consensu predicte domus Valletis Ste Marie, certificatus ad plenum de premissis et infrascriptis omnibus, prout predicti conventus consensu constat per quandam litteram sigillo domini prioris majoris ordinis Cartusiensis sigillatam in pendenti: promagna et evidenti dicte domus utilitate et commodo, promisit nomine dicte domus, super sancta Dei evangelia et sub obligatione omnium bonorum et rerum dicte domus quorumcumque, presentium et futurorum, dictis heredibus et executoribus suis et quibus supra nominibus, presentibus, stipulantibus et solemniter recipientibus ad opus eorum et omnium quorum interest vel interesse in futurum, et dicto notario quandam, et publice persone, pro eisdem stipulanti et ad utilitatem omnium quorum interest vel interesse recipienti: propreciis dictarum rerum quarumcumque et cujuscumque magne vel modice quantitatis existat, ponere et perpetuo tenere, ultra et preter numerum conventum in dicta domo ordinis prefati, tres fratres presbyteros vel aptos in presbyteros promovari, dum tamen eorum reperiri valeant, adhibita per eum diligentia competenti, per Dei misericordiam dictam domum volentes subito profiteri ingredi. — Et sicut et prout in dicto testamento de quatuor fuerat ordinatum, et officia ibidem officiare ac officiata tenere ultra alia officiata, que nunc sunt, videlicet

collas et

cellas et capellam, predictis fratribus parandis aptas et taliter sicut sunt retare
dificate ibidem, et dotarum memoriam testatoris supradicti. Acto tamen
inter dictos dominum priorem, heredes et executores, quod, si bona predicta
distrahi et vendi valeant mille et quingentos florenos auri, heredes et
successores, quicumque
illo plus et excedente mille quingentos florenos predictos, cujus-
cumque illud plus quantitatis existat, predicti prior et conventus tam contenti
et sub cautione pro remedio animarum dicti testatoris, ejus uxoris et parentum
suorum, bona et divina opera facere arbitrio altarius heredum et suorum
executorum, dicte Patri predictorum. Vice versa, predicti heredes et exe-
cutores, suis et executorum nominibus, promiserunt per juramenta sua super
sancta Dei evangelia corporaliter ab eisdem et eorum quolibet prestita, et
sub obligatione expressa omnium bonorum et rerum dicti Patri Fabri quorum-
mobilium et immobilium, presentium et futurorum, quorumcumque, dicto
domino priori, nomine dicte domus stipulanti tollempniter et recipienti,
et dicto notario publico quondam, et publice persone, stipulanti et recipienti
nomine et ad opus dicte domus et omnium quorum interest vel interunt
in futurum quomodolibet, dicta bona in substitutione predicta contenta
et descripta, bona fide distrahere et vendere tanto et meliori precio
quo poterunt et plus offerenti pro eisdem; precumque dictorum bonorum
et rerum in dicta clausula insertorum, dicto domino priori tradere et
fideliter ac integre expedire absque contradictione quacumque, in pace
et sine lite, ad simplicem requisitionem et petitionem predicti domini
prioris, quantumcumque dictum precium existat. Hoc acto et per
pactum expressum inter dictos dominum priorem ordinis predicti, heredes
et executores prefatos et dictum notarium, et publicam personam quo-
rum, stipulantem, tollempniter et recipientem vice et nomine et ad opus
pauperum Christi et omnium quorum interest vel poterit interesse in
futurum, quod, si aliquo casu propter opera contingente, dicta bona rem-
derentur tantum quod exprecio eorumdem emi possent predicta ex viginti
florenis auri reddituales annui, picta et secundum dicti testatoris ordina-
tionem, et

tionem, et aliquid ultra quam illud ultra et residuum, juxta dicti testatoris ordinationem, Christi pauperibus erogandum. Dictus vero dominus prior dictis heredibus et executoribus stipulantibus et recipientibus nomine sue et omnium quorum interest vel intererit, et dicto notario quandam, et supra stipulante nomine, vice et ad opus quorum interest vel interesse poterit quandocumque et in futurum, promisit nomine dicte domus ordinis predicti, per juramentum tactis corporaliter prestitum, ab eodem, et sub obligatione omnium bonorum et rerum dicte domus, ex precio dictorum bonorum et rerum emere et adquirere dicte domui redditus seu possessiones bonas et sufficientes, de quibus fratres et monachi predicti valeant imposterum sustentari, et non convertere dictam pecuniam neque erogare in usus alios nec aliter quam fuerit superius expressatum. — Omnia vero et singula premissa promiserunt per juramenta sua per eosdem prestita, et sub obligatione omnium bonorum suorum, ut supra, dicte partes et earum quelibet, suis et quibus supra nominibus, attendere plenarie et integre perficere et complere, et nunquam contra facere, dicere vel venire, per se vel per alium, in judicio vel extra; nec aliquem contra facere, dicere vel venire volenti modo aliquo consentire, nec prebere auxilium, consilium in aliquo vel assensum, sub renunciationibus debitis et ad predicta opportunis juris et facti pariter et cautelis, dictandi, peritorum consilio, si opus fuerit, facti substantia non mutata. Super quibus omnibus, in quantum necesse extitit, venerabilis vir dominus Humbertus Marchandi, canonicus Romanis et officialis Vienne, apud sanctum Donatum, et vicegerens in villa Romanis reverendi in Xto patris et domini domini B. divina providentia Vienne archiepiscopi et comitis Vienne, abbatisque sancti Theuderii et de Romanis, auctoritatem suam judiciariam interposuit pariter et decretum.

Postque ibidem et incontinenti heredes prefati dicti Petri Fabri quondam et executores suis et quibus supra nominibus, ex una domino priori presenti, stipulanti et recipienti nomine, vice et ad opus ejus et dicte domus et alles, et dicto notario quandam ut publica

et publice persone, stipulanti sollempniter et recipienti vice, nomine et ad opus dicte domus prioratus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, et conventus ejusdem, dicta bona inclusa et contenta in dicta testamenti predicti dicti Petri Fabri quondam, testatoris expedirent et deliberarent, cum honoribus et oneribus eorumdem, sub formis tamen et conditionibus antedictis, videlicet domino priori totaliter expressatis, cum et sub omnibus renunciationibus juris et facti ad premissa necessariis pariter et cautelis. — Item fuit actum, inter dictas partes, nominibus predictis, quod de predictis omnibus et singulis cuilibet partium, fiat unum vel plura publica instrumenta, que possint dictari, corrigi, meliorari, aut de novo reffici, produci in judicio vel non produci, ante litem contestatam, vel post etiam quandocunque, semel et pluries, produci in judicio vel non produci, facti substantia non mutata.

Item fuit actum quod dicta instrumenta debeant sigillari sigillo magni prioris Cartusiensis et ejus conventus, et sigillo conventus Vallis Ste Marie, ordinis predicti. — Tenor vero littere confirmationis facte per dictum dominum magnum priorem Cartusiensem, de qua supra fit mentio, talis est: —

« Nos Johannes, humilis prior Cartusiensis ceterique definitores capituli generalis ordinationem et concordiam, factam inter priorem Vallis Ste Marie et conventum ejusdem, ex una parte; et heredes ac executores Petri Fabri quondam, burgensis Romanis, laudamus, approbamus et confirmamus, sicut ipse prior Vallis Ste Marie nobis ostendit et litteram grossatam, super hujusmodi negocio sigillabimus sigillo domus Cartusiensis, ad majorem roboris firmitatem. Datum, feria quarta capituli generalis, anno dominice millesimo trecentesimo quinquagesimo. » 28 May 1350.

Acta fuerunt premissa, anno, indictione, die et loco predictis, presentibus testibus ad premissa: domino Cantelmo Russoli presbytero et curato Ste Romane de Romanis, Perrino Chouvent cadurcio Romanis, Taquemano Peyrachonis, habitatore dicti loci; et dicto magistro Francisco Audoardi, notario quondam, publico, qui de premissis notam recepit, sed inde confficere debuit publicum instrumentum, cuilibet partium predictarum, quod, morte preventus, facere non valuit.

Ego vero Poncius Radulphi de Romanis, clericus, imperiali auctoritate notarius publicus, qui protocolla et notas dicti notarii quondam, judiciaria auctoritate

sunt consecutus

sunt commissa, hoc presens publicum instrumentum de quadam nota dicti Francisci quondam, sana et integra omnique vicio et suspicione carente sumpsi extraxi et in hanc publicam formam redegi, manuque mea propria scripsi signoque meo istito signavi requisitus et tradidi, ad opus domus Vallis Ste predicte, ordinis Cartusiensis, vigore commissionis, ut predicitur, michi facte.

(Magnat, V. pag. 25-30). —

---

nº 131. — (1351, st. n.). 1350, 28 Januar. — Etienne Gibellin, bourgeois de Romans, vend, pour 8 florins d'or, au prieur du Val Ste Marie, D. Pierre Poyllani, une vigne d'environ 4 sétérées et une émynée, située au territoire de Romans, lieu dit Chyron. —

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum, cunctis presentibus et futuris appareat manifestum, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quinquagesimo, indictione quarta, xiº octavo kalendas mensis Januarii, apud Romanis in domo Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, et coram, Francisco Audoardi de Romanis, viennens. dyocesis, dominico, imperiali auctoritate notario publico, et testibus infrascriptis nominatis, constitutus personaliter propter ea que infrascripta describuntur Stephanus Gibellini, burgensis Romanis, filiusque Armanorum Gibellini ... vicarii ... non vi nec dolo inductus ... sed advisus et in hoc facto prenominatus de plenum, ... et pro ejus evidenti utilitate tuisque aliis negociis peragendis ... vendidit pro se et suis heredibus ... et titulo pure, perfecte et irrevocabilis venditionis, dedit ... et concessit in perpetuum, venerabili, discreto et religioso viro domino Petro Poyllani, priori prioratus Vallis Ste Marie, ordinis cartusiensis, mecnon et fratre Humberto Bertrandi fratri et monacho dicte domus, presentibus, ementibus et stipulantibus et recipientibus vice, nomine et ad opus seu utilitatem, dicti prioratus et dicte domus Vallis, totiusque ejus conventus, et dicto Francisco Audoardi notario quondam, ut publice persone, stipulanti et recipienti nomine dicte domus et prioratus predicti et omnium quorum interest

interest et interesse in futurum : quandam vineam, meam, ipsius Stephani, sitam, in loco vulgariter nuncupato Chyron, in vignoblio Romanis ; cuntinentem circa quatuor sestariatas et eminatam, barre, que confrontatur juxta vineam uxoris Johannis Pelliceri, ex una parte : et juxta duo itinera publica per que itur dal Chassal versus grangiam, Patris de Arlia, et a porta Chapellatis Romanis versus dictam grangiam, ex altera : et juxta vineam, liberorum magistri Guillelmi Reynerii, ex alia ; cum suis aliis certis et limitatis confinibus ; cum ipsius vinee omnibus juribus, ingressibus, egressibus, appenditiis et dependentiis universis, ad habendum, tenendum, possidendum ... et quidquid aliud dicto domino priori .. et dicte domui de dicta vinea vendita .. deinceps placuerit perpetuo faciendum : precio et nomine precii .. quatuor vigenti florenorum auri, boni auri et fini et boni ponderis et valoris, Quod quidem precium confessus fuit ... dictus Stephanus Gibellini ... se integre recepisse .... ipsumque dominum priorem, ... de dicto precio ... quittavit ... et absolvit, cum pacto sollempni ... de quidquid ulterius nuncupetur ...

Cedens ... dictus venditor ... dicto priori ... omnia jura et omnia interdicta tam restitutoria quam possessoria, omnesque actiones reales et personales, utiles et directas, mixtas, mistas, anormales, civiles et pretorias, ultrarias et consuetudinarias et omnes alias, que sibi venditori .. competunt .. aut possent competere .. in futurum .. ; ita quod deinceps dictus prior ... dictam vineam ... habeat ...

Et sic constituit dictus Stephanus ... dictam vineam possidere et tenere precario nomine ... donec per dictum priorem .... accepta fuerit ... possessio corporalis. Quam apprehendendi ... eidem priori ... dedit licentiam et potestatem omnimodam ... Constituens idem Stephanus ... dictum priorem ... verum procuratorem et possessorem dicte vinee ... Et se devestivit ... de dicta vinea ... per traditionem unius baculi ... in manu dicti notarii ... Rogans dictum dominum ... quatinus dictum priorem ... de dicta vinea ... investiat ...

Item ut inter cetera sicuram quod dicta vinea vendita, cum ejus juribus universis erit et tenebitur de directo dominio nobilis Patris de Arlia, burgensis Romanis, cui facit, anno quolibet, vigenti denarios censuales bonos ... Promittens

idem Steph

idem Stephanum ... omnia premissa ... attendere et servare ... et contra ... non venire ... Renuncians : idem Stephanus etc ... formulis int. min. al. ordinariis ... Item fuit actum, inter dictas partes quod de predictis omnibus et singulis fiat, ad opus dicte domus Vallis, unum vel plura, tot quot habere voluerit publica instrumenta, que et eorum quodlibet possint dictari, si opus sit, corrigi meliorari aut de novo resici semel vel pluries, producta in judicio vel non producta, ante litem contestatam, et post etiam, quandocumque de simplicem requisitam, dicti domini prioris vel procuratoris dicte domus, sive cujusque alterius auctoritate, jussu vel mandato, donec et quousque predicta, in omnibus suis clausulis, plenam obtinuerint roboris firmitatem, consilio peritorum, facti substantia non mutata. — Acta fuerunt premissa omnia, anno, indictione die et loco predictis, testibus presentibus : Petro Molini, Johanne Richardi de Villanova Roybonis, Guillono Rossetti alias Pallacari, affanatore Romanis, et dicto fratre Alberto Bertrandi presbytero ; et dicto Francisco Audoardi de Romanis, notario quondam publico, qui de premissis notam recepit et inde confici dedit publicum instrumentum, quod, morte preventus, facere non valuit. Ego vero Poncius Radulphi etc ... comme au n° précédent ... —

Postque, anno, indictione, die et loco quibus supra (1351, 28 Janvier) et coram dicto notario ... nobilis Petrus de Arlia, burgensis, de cujus directo dominio ... dicta vinea ... teneatur ... sub censu viginti denariorum ... cens calium ... recepta devestitura a dicto notario ... dictum priorem Vallis ..., salvo jure suo et alieno ... investivit per traditionem cujus baculi manualis ad tenutam investituram. Confitens dictus Petrus sibi integre fuisse satisfactum de causa, de qua agitur et placimento replicibus, quorum summa est quatuordecim florenorum ... Item fuit actum, inter dictos dominum priorem ... et confitentem per dictum Petrum ... quod alterius ... nil amplius petere vel exigere possit ; nam illud plus, si quod sit, ... dat ... Item fuit in agris actum et conventum inter eos ... et concessum per dominum priorem, quod dicta domus Vallis teneatur facere pro dicta vinea, quamdiu eam tenebit pro dictis viginti denariis census, quos faciat, nunc teneatur facere et solvere tres solidos

tres solidos bone monete cursus. Et quod si devenirent dictam vineam, pervenire et reducere ad manum secularem et vivam, quod dicti tres solidi censuales reducerentur ad viginti denarios censuales primarios. Et ideam fuit actum, quod dictus dominus prior nec ejus domus dicto patre non sint astricti solvere profremissis nisi solum centum predictum.

Actum ut supra, testibus presentibus: patre Alberto Bertrandi, Alexandro Ganarroti et dicto Francisco Audeardi notario publico, quorum, pro dicta investitura et omnibus premissis notam recepit et inde confici sibi fecit publicum instrumentum; quod, morte preventus, facere non valuit. Ego vero Ponsius Radulphi, notarius predictus, cui note dicti Francisci quondam, judiciarie vice, sunt commisse, hoc presens publicum instrumentum de quadam nota dicti Francisci omni vicio carente sumpsi, extraxi et in hanc publicam formam redegi et meis utitus signo subscripsi, vigore commissionis predicte. Ita est. Ponsius Radulphi. —

(Magnat. III. pag. 6-12). —

---

132. (1351. n.st.). 1350, 16 février. — Les exécuteurs testamentaires de Pierre Fabri mettent le procureur du Val ste Marie en possession corporelle des biens dont il est question dans la charte du testament qui concerne la chartreuse. — Signalé dans dans le 2e n° suivant 1351, 11 oct. —

---

133. — 1351, 13 Mai. — Procedures et sentence de mort prononcée par la juge de Bouvantes contre Jeanne Charrin pour avoir assassiné son mari Jean de Laye. —

(La plus grande partie de cette charte, dit M. Magnat, est lacérée et détruite par une sorte de rouille qui la rend illisible.)

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, e verum publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod quedam inquisitio hodie intitulata fuit in curia de Bovanta, per me subscriptum notarium, adversus et contra

Johannetam

Johannetam, filiam Guillelmi Charrini, uxorem Johannis de Laya quondam, de et super eo quia ipsa Johanneta dictum Johannem, ejus virum quondam, nequiter interfecit; et titulis ipsius inquisitionis super assertum per dictam Johannetam criminose. Et postea fuit ipsa inquisitio publicata coram Johanneta criminosa et copia ejusdem inquisitionis dicte Johanneta concessa. Et fuit certus terminus coram Johanneta assignatus ad faciendum suas defensiones, si quas facere voluerit. Et postea assignata fuit .... die decima tertia mensis dicti maii, fuit dicta Johanneta criminosa repetita super titulis dicte inqueste per discretum virum Jo-vanem Amandrini castellanum de Bovanti publicum judicem. Et subsequenter fuit lata sententia super dicta inqueste per dictum judicem, nomine curie et domini dicti loci contra dictam Johannetam criminosam. Et de ipsis omnibus fuit per discretum virum Jovanem Amandrini alias Quorantadry, castellanum de Bovanti, nomine curie et domini de Bovanti, petitum sibi per me subscriptum, notarium fieri et dari publicum instrumentum, prout hic consimiliter et latius continetur in processu inquisitionis predicte. Cujus quidem processus inquisitionis tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Contra Johannetam, filiam Guilhelmi Charrini, uxorem Johannis de Laya quondam, mandamenti de Bovanti, et contra quoscumque alios qui de infrascriptis possent culpabiles reperiri.—

Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo et die tertia decima mensis maii (1351, 13 Mai), apud Bovanti: Hec est inquisitio quesita et fieri interdicta per curiam et curiales domini Bovanti adversus et contra Johannetam, filiam Guilhelmi Charrini, uxorem Johannis de Laya quondam, in eo et super eo quia ad aures et notitiam dicte curie pervenit, fama publica referente et clamore valido insinuante, ~~insinuante~~, ~~dictam Johannam de Laya~~ quod dicta Johanneta (interfecit) ... diabolo instigante, dictum Johannem de Laya, ejus virum, de mense in eo predicto videlicet die martis proxime lapsa, de nocte dum esset in lecto jacentem, de una

de una securi in capite percussit plures ictus, taliter quod ex ipsis ictibus dictus Johannes remansit ibi mortuus. Et cum (cessasset vivere) nephanicidium revelare vellet, eadem Johanneta dictum Johannem sic mortuum trayerasit in unum (pomonerium) et eundem dictum Johannem in ipso (pomonerio celavit). Item quod predicta sunt notoria et de predictis est publica vox et fama apud Bovantè et in locis circumstantibus et circumvicinis ... ... Quum predicta non sunt tolleranda nec debeant remanere impunita, processit dicta curia, ex suo motu officio, ad inquirendum veritatem ... ... ut possit talis et condigna justitia ministrari, quod transeat cæteris presumptoribus in exemplum ....

Et primo, eadem die fuit ..... dicta Johanneta, que omnibus vinculis dissoluta, juravit stare mandatis dicte curie et dicere veritatem. Et interrogata super processus titulis in materna lingua expositis (cum hoc fuerit) dixit quod verum est, quod dicta in dictis titulis contenta, dictus Johannes de Laya, maritus suus quondam ..... cum ipsa Johanneta pro eo quia non parebat sibi eundem. Et postea dictus Johannes percussit eam cum uno ..... Verum cum paulo post reversa fuit in dictam domum, et se posuit supra unum cubile, dictus Johannes maritus suus quondam eam rapuit et fecit eam cadere ad terram de dicto lecto, et tunc ipse Johannes intravit in dictum lectum ..... Postea cum ipsa Johanneta vellet intrare dictum lectum, et ire cubitum cum ejus dicto viro quondam, dictus Johannes iterato percussit .... dictam Johannetam, et non permisit eam intrare dictum lectum; et tunc, diabolo instigante, dicta Johanneta arrapavit unam securim et ..... ejus virum quondam in capite taliter percussit et tot ictus quod ipsum interfecit, et ipsum interfectum, ibidem dimisit usque ..... et ipsa (rediit) ad hospitium et dictum Johannem mortuum portavit in unum (pomonitium) existens in dicta domo, et in ipso .... sepelivit.

Interrogata de cujus consensu fecit hoc et quis eam juvit in premissis, dixit quod nemo nisi se ipsa ..... Quibus sic actis, ibidem fuit presens inquisitio dicte Johanete terminata, publicata ..... (et fuit ei dem) ... inquisitionis copia concessa, si eam habere voluerit, et fuit eidem prefixus terminus .... si habere

voluerit

voluerit pro omnibus dilationibus, videlicet decem dierum, ... dicta Tohameta criminosa, quod ipsa non curat ... Juvenis Amandrini alias Quaronstasdus ... hoc apud Bovantè, infra portalitium, ... Tohame barbitonsore, Amadeo Rayllati ... et die tertia decima mensis maii, infra portam, ... judicem de Bovantè ad hoc per dominum de Bovantè deputatum, ... priore Vallis Ste Marie, Dyensis dyocesis, domino de Bovantè ... inferius et interius. Ipse, inquam judex dictam Tohametam criminosam ... processus titulis sua maternalingua expositis, dixit per ejus juramentum, super dictis titulis et ... Interrogata de cujus contentus consensu fecit hoc seu quis promovit eam ad dictum homicidium ... diabolo instigante ... sequitur tenor dicte commissionis: Nos Petrus Pollenì, ordinis cartusiensis ... dilecto nostro Thome castellano jurisperito, salutem. Inquam quedam inquesta facta sit per nostram curiam de Bovantico adversus et contra ... (Tohametam Charrini uxorem) Johannis de Laya, super eo quod dictam Tohametam, ejus virum, dicitur nequiter interfecisse: ideo vobis, tenore presentium, precipimus ... veritatis, dictam Tohametam, juxta et secundum merita dicte inquisitionis sibi mandantes, dictam inquisitionem fine debito terminari ... die tertia decima mensis maii anno millesimo trecentesimo quinquagesimo primo (1351, 13 Mai) cum appositione sigilli ... Quibus sic actis, fuit per dictum dominum judicem interrogata dicta Tohameta criminosa si vellet aliquas facere defensiones ... Ad que respondit dicta Tohameta criminosa, ut supra, videlicet quod ipsa submittebat se misericordie curie ... animam, petens in ipsa sententia sibi fieri gratiam et misericordiam. Quibus sic actis, dictus dominus judex (pronuntiavit sententiam) ... per modum qui sequitur et est talis:

Ad hec, nos Dominus judex, qui vidimus dictam inquestam et confessionem dicte Tohamete criminose, per quas constat ipsam esse homicidam; idcirco ex causis premissorum, in eam presentem et sententiam ferri ... in hunc modum sedentes pro tribunali, more majorum, videlicet quod ducatur in mandamento sancti Nazarii ... et ibidem igne accenso comburatur et concremetur sic et taliter quod ibidem penitus moriatur. Et hoc sententialiter ... sanctis evangeliis positis coram nobis et venerabili signo sancte Crucis invocato. De quibus

omnibus

omnibus predictis dictus Juvenis Amandrini alias Quarantasdus, castellanus de Bovanti predictus, petiit et dictus dominus judex concessit sibi fieri et dari instrumentum, lingua ecclesiastica . . . . Actum apud Bovanti in platea solita et ubi consueverunt fiari tales sententie, anno et die predictis . . . presentibus testibus vocatis et rogatis, videlicet; Matheo Rosseti, Petro de Charla, Amedeo Valleti, Johanne Passarti, Petro . . . . Ego Franciscus de Saverio nunc habitator sancti Nazarii in Royanis, publicus . . . . notarius . . . premissis omnibus . . presens fui et hoc presens publicum instrumentum feci, scripsi, signoque meo . . . signavi (Magnat. II. pag. 30-33). —

---

134. — 1351, 11 octobris. — Armanon Gibellin, Etienne de Grandis et les héritiers de Marguerite Alard domant, au prieuré de Val Ste Marie, l'investiture d'une maison située à Romans sur la rive de l'Isère; laquelle maison provient de la succession de Pierre Fabri et est de la directe desdits investiteurs, auxquels elle fait 2 sols et 1 denier de cens annuel. —

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum cunctis appareat manifestum, quod, cum ita sit quod Petrus Fabri, filius Bartholomei Fabri quondam burgensis Romanis, suum condidisset testamentum, ultimum et suam ultimam voluntatem nuncupativam; et inter cetera in dicto suo ultimo testamento per nuncupationem, et prefatum, edito et mundum publicato, heredes universales sibi instituerit venerabilem et circumspectum virum dominum Rodulphum de Capraliis, legum professorem, et Ponciam de Capraliis, burgensem Romanis, ejus domini Rodulphi fratrem; et subsequenter etiam sibi heredem fecerit in eodem testamento suo ultimo Guigonetum, nepotem suum ejusdem testatoris, filium naturalem et legitimum Armanoni Doreti et Egidiabelle uxoris sue, filiumque naturalis et legitime ejusdem Petri Fabri quondam, in omnibus bonis et rebus suis immobilibus et certis rebus mobilibus; hoc adjecto per eum testatorem, in dicta ultima intentione in personam dicti Guigoneti factum quod si contingeret dictum Guigonetum decedere seu mori impuberi etate, vel aliter quandocumque sine herede vel heredibus de suo proprio corpore et legitimo

et ex legitimo matrimonio procreatis vel procreandis, quod, illo casu contingente et adveniente, voluit et ordinavit idem testator quod predicta omnia bona eorum, in quibus eorum Guigonetum, nepotem suum, sibi heredem fecit et instituit, vendantur et distrahantur, et de precio eorum, bonorum, et rerum, vel reditarum, adquirantur sexcies viginti florini auri redduales per dictos ejus heredes universales et executores suos ipsius testatoris infrascriptos nominatos, vel majorem partem eorum. Que quidem, redditus vendatur et bradantur plenarie domui Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, vel alii domui dicti ordinis, eo casu in quo prior dicte domus Vallis Ste Marie predicte nollet ipsos reditus, sub conditione infrascripta, acceptare. Que quidem conditio talis est, videlicet, quod domus in qua dicti reditus remanebunt teneatur et debeat et sit adstricta, pro predictis sex viginti florenis auri redualibus, plenare et perpetuo tenere integre quatuor monachos sacerdotes, ultra et preter alios monachos, qui in eadem domo et religione interesse contigerunt et morari. Qui quatuor monachi ponendi teneantur et debeant perpetuo missas ibidem celebrare pro remedio anime ipsius testatoris, consortis sue quondam, et omnium parentum, benefactorum et affinium suorum; et quod totum residuum, si quod fuerit de dicto precio, dictis bonis et rebus venditis et distractis et facto acquirimento et affectamento predictis sex viginti florenorum auri redualium, voluit et ordinavit idem testator, quod ad Christi pauperes in villa Romanis hostiatim, mendicantes et questantes, absque aliqua retentione, deductione vel detractione, seu aliqua exactione quarte seu legitime juris nature trebelliane seu falcidie seu alterius cujuscumque debite, plene jure et perfecte darolvatur et eisdem Christi pauperibus erogetur per heredes suos universales et executores in eodem testamento nominatos, vel majorem partem eorumdem; quemadmodum, dicto casu contingente et adveniente dictam domum Cartusiensem usque ad summam dictorum sex viginti florenorum auri redualium, et dictos Christi pauperes in dicto toto residuo, dicto Guigonneto nepoti suo, absque deductione vel retentione aliqua ut supra, substituit et substituendo voluit sua et dictas substitutiones et quamlibet earum valere voluit et jussit et ordinavit idem testator

jure substitu-

jure substitutionis pupillaris expressa, prout premissa omnia in effectu dicuntur continari quodam publico instrumento facto, recepto et signato per magistrum Petrum Barnini de Romanis, notarium publicum. Et quia dicta substituta in personam dicti Guigonati facta, ut præfertur, locum sibi vendicavit per mortem ejus Guigonati; qui Guigonatus, testatore prædicto vivente, jamque decesserat, dictaque omnia bona in dicta institutione et substitutione expressata, fratri Humberto Bertrandi, monacho dictæ domus Valeti Ste Mariæ et procuratori ejus expedita et deliberata fuerunt integre et perfecte, nomine dictæ domus, vigore substitutionis prædictæ per religiosum virum, et fratrem, fratrem Petrum Poyllani, priorem domus + præfatæ, et Garinonum Fabri seniorem, burgensem Romanis, executorem rei! et nominibus executorum, testamenti ultimi præfati dicti Petri Fabri quondam, ratione patestatis eisdem per dictum testatorem attributæ, et de qua in dicto testamento constat; et inductis fuerit dictus procurator, nomine procuratorio dictæ domus, per dictos executores in quantum potuerunt, in corporalem possessionem vel quasi dictorum bonorum in clausula prædicta nominatorum. De quibus expeditione, deliberatione et missione constat per quoddam publicum instrumentum inde receptum per Franciscum Audoardi, notarium publicum quondam, et grossatum per Bertrandum Radulphi, notarium publicum et commissarium, judiciaria auctoritate, in notis et protocollis dicti Franciscii. Quod quidem instrumentum receptum fuit et ejus data est, anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo, indictione quarta, die vero decima sexta mensis februarii (st.n. 1351, 16 février). Et inter bona prædicta et de ipsis, sit quoddam domus, que quondam fuit Stephani Tronperesi, sita Romanis in ripparia dicti loci juxta ipsarum, juxta domum heredum Francisci Garcini, ex una parte: et juxta domum Malasphoria, ex alia: et juxta carreriam publicam, ex alia: cum suis aliis cartis et limitatis confinibus. Que quidem domus movet et tenetur de directo dominio Armanonis, filii Parjoli Gibellini quondam burgentis Romanis, et Stephani de grandis

de Grandis dicti loci et heredum et successorum domine Margarite Alarde quondam; quibus omnibus fecit duos solidos et unum denarium censuales. In quibus duobus solidis et uno denario percipiunt dicti Armanonus et Stephanus de Grandis septimam partem dicti census; heredes vero dicte domine Alarde octavam partem. —

Hinc igitur est, quod anno millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione quarta (sic), die vero undecima mensis octobris (1351, 11 oct.), coram magistro Francisco Audoardi de Romanis, Viennensis diocesis, dicte imperiali auctoritate notario publico quondam, et testibus infrascriptis nominatis tractatus facto et habito per dictum religiosum virum et fratrem, fratrem Patrum + Poyllani, priorem dicte domus Vallis Ste Marie, ordinis cartusiensis, et dictum Garinonum, subditos eiusdem, burgenses Romanis, cum dictis directis dominis dicte domus, ad hoc quod dictam domum Vallis seu ejus procuratorem vel alium ejus nomine investirent et retinerent investituram de domo superius confinata, ad eam religionem et prioratum dicte domus Vallis spectant tanta vigore substitutionis prefate, ut prefertur; Ipsi igitur Stephanus de Grandis, nomine suo, et Stephanus Giballini, burgensis Romanis, tutor et tutorio nomine dicti Armanoni Giballini ejus nepotis, ut asseruit, scientes, prudentes et spontanei, non vi, non dolo, non metu inducti, set ad plenum et premeditate in hoc facto et de jure suo, suis et quibus supra nominibus, certificati, ut dicebant et ex verbis ipsorum et cuislibet ipsorum, ligaide perpendi poterat et patuit et notarii, dictum dominum priorem presentem, stipulantem solempniter et recipientem nomine vice et ad opus dicti prioratus sui ac domus Vallis predicte et totius conventus ejus, et dictum Franciscum Audoardi notarium publicum tunc, ut publicam personam, stipulantem solempniter et recipientem nomine, vice et ad opus dicti prioratus et domus prefate, recepta dev[estitu]tione a dicto Francisco notario quondam, pro septima parte dictarum duarum solidorum et unius denarii censualium, et alio jure suo et aliano, nominibus antedictis investiverunt et retinuerunt investitura, per traditionem unius baculi manualis

manualis, et est moris, pro duplici tamen placito et duplici censu eisdem directis dominis, suis et quibus supra nominibus, faciendo et solvendo. Actum nanque fuit et conventum, inter partes predictas, suis et quibus supra nominibus, sollempnibus stipulationibus intervenientibus, quod, quia dicta possessio pervenit ad manum mortuam, ex causa predicta, quod ulterius dicta domus seu ejus rectores vel priores teneantur solvere duplicem censum annis singulis dictis directis dominis, et duplicem censum solutum solvi temporibus retroactis dictis dominis pro eorum septima parte predicta. Item fuit actum, et in pactum, inter dictos dominum priorem, et dictum notarium, ut supra stipulantem nomine dicte domus, ex una parte: et dictos directos dominos, suis et quibus supra nominibus, ex alia: quod si contingerat quod dicta domus superius confinata rediret ad manum vivam quocumque casu, et tunc detentatores seu possessores ejus, pro eadem, solum, simplicem censum primarium dictis dominis directis solvere tenerentur et sicut astricti, et non censum duplicem, prelibatum. Confitentes dicti directi domini, suis et quibus supra nominibus, ad petitionem, instantiam, et requisitionem, dicti domini prioris et dicti notarii publici quorum, stipulantes nomine et ad opus dicti sui prioratus et domus predicte antedicte, sibi fuisse integre et pure facte satisfactum, de causis, usagiis et placitamentis, occasione dicte rei, quo usque modo debitis usque ad hanc presentem diem; et eos dam dominum priorem, et notarium quittaverunt et penitus absolverunt de premissis, nominibus predictis stipulantes sollempniter et recipientes, cum pacto sollempni et valido de quo quid ulterius, premissorum occasione, ulterius non petendo. — Promittentes dicte partes, suis et quibus supra nominibus, pro se et suis, et sub obligatione omnium bonorum suorum, nominibus predictis, alter proprium, sacramentum, et sub pena refectionis et restitutionis dampnorum, gravaminum et interesse quorumcumque, lite et extra litem, omnia predicta .... perpetuo custodire et numquam contra facere ... Renunciantes siquidem dicte partes, suis et quibus supra nominibus, exceptioni .... omni

privilegio

privilegio in favorem ecclesiarum introducto ... ...

Actum, anno, indictione et die predictis, presentibus testibus: fratre Anthonio Jochati, priore domus Ericubiarum, Garino Fabri, filio Garinoni Fabri, burgensi Romanis, et dicto Francisco Audoardi notario publico quondam, Egoveto Poncius Rodulphi de Romanis, clericus, auctoritate imperiali notarius publicus, cum nota dicti Francisci quondam, judiciaria vice, sibi commissa, hoc presens publicum (instrumentum) de quadam nota dicti Francisci eius manu subscripta et vicio carenta sumpsi, extraxi et in hanc publicam formam redegi ... vigore commissionis predicte. —

Postque anno, indictione et die predictis (1351, 11 oct.) coram dicto F. ... constitutus personaliter Petrus Gibellini, filius Bouthasi Gibellini quondam, ut accusator contra et contra domina Katharina de Podio Rhadi domina Alaude ... in actis tenotaire pour sa part ... Actum ut supra. testibus ... Libaudo de Chalon ... et Johanne de Lancino ...

Postque, anno, indictione et die predictis (1351, 11 oct.) coram dicto notario ... constitutus personaliter Lancelmonus Burgondi, burgensis Romanis, nomine suo et ejus uxoris ... in actis tenotaire pour sa part ...

Actum ut supra, testibus ... Durantono de Ponte et Stephano Gibellini burgensibus Romanis, et dicto Francisco ... Egoveto Poncius notario et commissario predicto, ratione commissionis predicte hoc instrumentum signavi et me, ut supra, subscripsi et ipsum tradidi. —

(Magnat II. pag. 27-30). —

---

135. - 1351, ... Vente faite par plusieurs individus, pour 3 florins d'or et 6 gros tournois d'argent, au Val Ste Marie, de 3 journaux quoi etde 12 deniers à raison du pâturage de Beauvoir. —

(cette charte est considérablement lacérée, dit M. Magnat) —

In ... ejusdem, millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, indictione ... coram, me notario publico et testibus infrascriptis ... Poncii de Caperio, domicelli, de parochia ... dictus Artaudus vice ... majoram viginti

viginti quinque annorum .... computatum, domino vicario Vallis Ste Marie ... et totius conventus dicte Vallis Ste Marie ..... se tenere et possidere per se et suos, vice et nomine predictorum, tres .... vicissim in dominio quos ipsi et quilibet ipsorum, pro se et in solidum, et prata duodecim denarios monete antique, ratione et ex causa pasquagiorum mandamenti Bolli Respectus, ad eos spectantium, jure antiquo, tenent ipsi et quilibet ipsorum in solidum asserebant: precio et nomine precii trium florenorum auri et ses grossorum turonensium argenti. Quam pecunie summam omnes insimul et quilibet eorum, pro se et in solidum, prata et unum florenum cum duobus grossis, ratione juris venditi, confessi fuerunt et publice recognoverunt, ad instantiam, petitionem et requisitionem dicti domini vicarii, suo et nomine quo supra stipulantis et recipientis, se habuisse et recepisse, et de dicto precio et omni jure ac ratione et requisitione, quod et quam videbantur habere in predictis. Et ratione .... ex causa predicta pro se et suos, suis et nominibus quibus supra, quittaverunt et finem et pactum .... vallatum, in mei presentia notarii publici, vice et nomine dicti domini prioris et conventus dicte Vallis Ste Marie ..... domini vicarii, pro se et vice et nomine quo supra, per juramentum, proprium quilibet eorum, corporaliter ad sancta Dei evangelia ... corporaliter prestitum, de non veniendo in contrarium, fecerunt. Et etiam si predicta (plus valent) .. vel imposterum, plus valerent vel essent valitura ultra dimidiam justi precii, dederunt ....

× Item fuit actum quod antiqua instrumenta super predictis consibus confecta, contra .... imposterum remanerent ... nulla, quod declarato in judicio et extra nullam obtinuant ... firmitatem. — Renunciantes

× dicti venditores, certi in hoc facto, per virtutem juramenti a pacti predictorum exceptioni dicte venditionis non sic facte et non bene facte, et

dicti precii non habiti etc. formulas ordinaires ... juri per quod decepti venditoribus ultra dimidiam justi precii in venditionibus hujusmodi fieri.

Volentes dicti venditores hoc presens publicum instrumentum dictari, corrigi possit

corrigi posset et debeat reficii, quociens necesse fuerit, de peritorum consilio, quia tamen hujusmodi facta sit mentio. — Acta fuerunt hec in monasterio dicte Vallis Ste Marie, in camera hospitum, laycorum, presentibus testibus vocatis et rogatis : Stephano Pasardi, Petro Alberti, Petro Charte, Petro de Domena, et me Petro Choell..... auctoritate imperiali notario publico, qui predictis omnibus, una cum dictis testibus, presens fui, et hoc presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo solito signavi fideliter et tradidi ad perpetuam firmitatem. —

(Magnat. V. pag. 35-37). — Il est dit qu'il s'agit d'une vente faite au vicaire du Val Ste Marie, les vendeurs ne sont pas suffisamment connus, les choses vendues semblent être des cens. —

---

136. — (1352, st.n.) 1351, 13 Janvier. — Sentence arbitrale entre Guillaume de Châteauneuf, seigneur de Montalieu, et le prieur de la Val Ste Marie. La dite sentence, portée par 2 deux arbitres, maintient la chartreuse en possession du droit de faire paître 30 chevaux ou juments dans les pâturages de Montalieu, conformément à l'albergement de déc. 1256.

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quinquagesimo primo, videlicet die tertia decima mensis januarii : In presentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum .... cum questionis materia verteretur et verti speraretur et esset (sic) die agitata inter nobilem et potentem virum dominum Guillelmum de Castro Novo, militem, dominum de Montiliis, ex una parte : et venerabilem et religiosum virum dominum Petrum Pollini, + priorem prioratus Vallis Ste Marie, ordinis Carthusiensis, nomine suo et monasterii sui, ex parte altera : super multis et variis articulis questionum et specialiter super et videlicet quod dictus dominus prior dicebat et asserebat se habere possessionem pacificam et quietam, immittendi ad depascendum in mandamentum Montiliis .... triginta trencinas seu equas ; dicto tamen Guillelmo, una cum nobili Pontio de Montiliis et Guidone Garnerii procuratoribus

procuratoribus dictelosi de Montilisio, in contrarium asserentibus, quod roncine de prato Vallis Ste Marie ... (possunt?) .. intrare causa depascendi pascua mandamenti de Montilisio neque possessionem habent nec habere possunt depascendi. Tandem dictus dominus Guillelmus, una cum dictis Portio et Guidone Garnerii, nomine suo et nomine universitatis castri de Montilisio, ex una parte; et dictus dominus prior nomine suo et conventus sui, una cum P. Alberto procuratore, ut asserit, conventus dicte Vallis Ste Marie, ex parte altera: volentes plenum facere compromissum, super facto dictarum aquarum, et ..... ipsarum et super omnibus aliis questionibus, controversiis, rancuris et demandis, quas una pars contra aliam habere posset ab (movere) quoquomodo, aliqua ratione vel causa, super facto dictarum roncinarum et (generali) ipsarum usque in diem hodiernam, compromiserunt alte et basse in nobilem Armandonem de Alacio, electum pro parte dictorum dominii Guillelmi, Portii et Guidonis Garnerii, nomine suo et dicte universitatis castri de Montilisio: et in Berthelonem Gibelini seu Stephanum Burgoygnonis aut Guigonetum Gratie, videlicet in unum ex ipsis quem habere poterunt, electos pro parte dictorum dominii prioris et procuratoris, tanquam in arbitros arbitratores et amicabiles compositores pacis et concordie tractatores et bonos viros. Dantes et concedentes dicte partes, nominibus suis et quibus supra, dictis dominis arbitris arbitratoribus et amicabilibus compositoribus plenam, generalem et liberam potestatem, predictam questionem et omnia eidem tangentia cognoscendi, examinandi, definiendi, terminandi, sacramandi, partibus presentibus vel absentibus, citatis vel non citatis, una presente altera absente, una citata altera non citata, diebus festivis vel non festivis, in scriptis vel sine scriptis, juris ordine servato vel non servato vel etiam totaliter pretermisso, dando etiam de jure unius parti alteri parte, et generaliter eo modo, jure et forma quibus ipsi domini arbitri arbitratores et amicabilibus compositoribus videbitur et placuerit faciendum. - Item fuit actum, in hujusmodi compromisso et inpactum seu actum, quod quicquid per dictos dominos arbitros arbitratores dictum, factum, mandatum, pronunciatum, arbitratum, definitum fuerit inter ipsas partes, illud et illa tenebunt, ratificabunt, approbabunt, confirmabunt et omologabunt et etiam observabunt, et contra, per se vel per

aliam, non

aliam, non veniant, nec recurrent ad arbitrium boni viri quibuscumque et quocumque modo, eque vel inequo pronunciatum fuerit, etiamsi pronunciatio ipsorum dominorum arbitrorum arbitratorum, esset facta contra jus scriptum, evidenter; Imo, ex pacto et ex certa sciencia, renunciaverant recurri posse ad arbitrium boni viri, et juri dicentes recurri posse ad arbitrium supradictum. Acto etiam, et in pacto habito inter ipsas partes, nominibus suis et quibus supra, quod quilibet judex competens, nullo libello oblato, nulla litis contestatione facta seu petita, possit ferre sentenciam super hiis que facta fuerint et actitata coram ipso judice, juris ordine observato; et quod pronunciatione seu definitione facta per dictos dominos arbitros arbitratores, ipsa incontinenti transeat in rem judicatam, et auctoritatem habeat rei judicate ac si esset lata per competentem judicem, nec esset infra decem dies appellatum. Hoc acto etiam inter partes predictas, nominibus suis et quibus supra, quod predicti domini arbitri arbitratores habeant, si voluerint et habere voluerint, consilium super predictis cum hiis sapientibus cum quibus sibi videbitur et placuerit faciendum.

Hoc acto etiam, quod, facta pronunciatione per dictos dominos arbitros arbitratores, dicti domini prior et procurator ipsam pronunciationem faciant laudari et approbari cum effectu conventui dicte Vallis Ste Marie. Hoc acto etiam, inter partes predictas, nominibus suis et quibus supra, quod compromissum predictum, seu aliquid de contentis in eodem, vel dictum seu definitionem dictorum dominorum arbitrorum arbitratorum, ipse partes seu altera ipsarum nequeant dicere nullum, vel nulla, vitiosum vel vitiosa, sive hoc possint dicere ex personis compromittentium, seu ex rebus de quibus compromittitur, seu ex personis illorum in quibus compromissum est, vel alia quacumque occasione seu causa. Que omnia universa et singula supradicta et etiam infrascripta partes predicte, videlicet dicti domini Guillelmus, Ponicius et Guido, per juramenta sua super sancta Dei evangelia ab ipsis et ipsorum quilibet quolibet corporaliter prestita, et dicti domini prior et procurator in vota religionis sue, manus suas, et moris est, pectoribus suis posita: attendere, servare et contra non venire, per se vel per alium, ex aliquibus rationibus sive causis, presentibus vel futuris, sibi ad invicem promiserunt, stipulationibus sollempnibus inter eos interpositis, ex causis predictis, et vallatis. Renunciantes siquidem dicte partes,

ex certa

ex certa scientia in hoc facto, per pactum, et juramentum, hinc, hinc, stipulationibus intervenientibus, hinc inde, exceptioni doli, mali et in factum, actioni, exceptioni dicti compromissi non facti etiam si facti et omnium et singulorum praemissorum, rite, sollempniter et legaliter non factorum: privilegio fori, petitionis et oblationis libelli, conditioni ob causam, sine causa ..... sive restitutionis in integrum transcripto et exhibitioni presentis instrumenti et note ejusdem: juri dicenti recurri posse ad arbitrium boni viri: omnibusque litteris, privilegiis et rescriptis a Sede Apostolica vel alio quocumque principe, domino vel judice impetratis et impetrandis, facientibus vel non facientibus de tenore presentis instrumenti expressam vel tacitam mentionem: illi clausule generali que dicendit ex dicto pretorii, si qua justa causa michi videbitur: juri dicenti compromissum cum religione juris jurandi fieri non debere: et omni alii juri canonico et civili, per quod contra predicta venire possent aut infringere aliqua de eisdem: et legi dicenti generalem renunciationem non valere nisi precessit specialis. — Actum in camera dicti Jacobi de Montelisio, anno et die quibus supra, testibus presentibus ad hec vocatis Johanne Penchenati de Montelisio, Francisco Audoardi notario de Romanis, Gonneto Vacharii, et pluribus aliis fidedignis, et me notario infrascripto.

Postque anno quo supra, videlicet duodecima die mensis maii, (1358, 12 Mai), que dies erat assignata nobili Hugoneto? Raynaudi, castellani Montilisii, nomine domini dicti loci et aliorum, in dicto compromisso contentorum, apud Coygnerium, hora prima precisa et peremptorie, ad audiendum cognitionem, pronunciationem, dictum, et definitionem dictorum, dominorum, arbitrorum, dicti die et hora atque loco sibi presisco. Dicti domini arbitri arbitratores, videlicet: nobilis Armandonus de Alaxio et Stephanus Burgundy de Romanis, suscepto in se hujusmodi compromisso habitoque diligenti consilio et tractatu cum pluribus et sapientibus super contentis in eodem compromisso: presentibus etiam dicto domino Humberto, procuratore Valetis Ste Marie et dicto nobili Hugone Raynaudi, castellano Montilisii: constituti in presentia mei notarii publici infrascripti et testium, infrascriptorum, ad

hoc vocatorum

hocvocatorum, predicti domini arbitri arbitratores, auditis et planius intellectis, que partes predicte, hinc et inde, proponere et dicere voluerunt, predictas questiones et earum quamlibet sopire quamplurimum cupientes, et ad pacem, et concordiam reducere, dante pacis Actore, dictum suum, definitionem suam, pronunciationem et mandamenta sua dixerunt, definierunt, pronunciaverunt, mandaverunt in modum infrascriptum.

1° In primis siquidem dixerunt, pronunciaverunt, definierunt et mandaverunt quod dicti domini prior et conventus Vallis Ste Marie, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint et eorum familiares teneant et tenere possint int? et valeant infra mandamentum, Montilisii, ipsas eua, depascendo et adaquando triginta roncinas, si ipsas habent, et nisi habeant roncinas, quod ipsi possint et valeant tenere triginta animalia (alia), videlicet, roncinos aut roncinas infra mandamentum, Montilisii, depascendo pascua et adaquando per tempus in quadam compositione, designata data hic cujus contenti compositio.... anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto mense decembris (1256, dec), contradictione alicujus minime non obstante.

2° Item dixerunt, voluerunt et mandaverunt dicti domini arbitri arbitratores et amicabiles compositores, quod si temporibus retroactis dicto domino priori aut conventui seu per incolas Montilisii seu alterum ipsorum, facta extitit aliqua injuria, dampna seu disturbia superfacto dictarum aquarum, seu ratione ipsarum, quovis modo, quod ipse injurie, de gratia speciali, sint aisdem, et eorum cuilibet omnino quitta penitus et immunes, sic et talibus quod nomini ipsas injurias, sique facte extiterint, petere valeant quoquomodo.—

3° Item dixerunt, voluerunt et mandaverunt dicti domini arbitri arbitratores et amicabiles compositores, quod a presenti die in antea dicti domini de Montilisio neque incole dictiloci nullam molestiam, sive disturbium, dictis aquabus seu quarere? ipsarum, infra mandamentum, Montilisii, inferre minime debeant? teneantur (sic), durante termino compositionis superius designate. Quod si contra eam facerent, voluerunt dicti domini arbitri arbitratores et

tatores et amicabiles compositores et pronunciando voluerunt, quod dampna prebentes dicto domino priori, qui nunc est et qui pro tempore fuerit seu conventui suo, de dampnis illandis seu dandis et etiam datis et illatis, si quæ sint facta et illata, emendam, computantam, et satisfactionem, facere teneantur predicti domini et incole dicti castri Montilisii; et quod ipsa dampna, disturbia, si qua sint, eo casu, dicti domini prior et conventus recuperari valeant, prout sibi videbitur faciendum, non obstante quittancia expensarum seu dampnorum, si qua facta extiterint supradicta.

4° Item, dixerunt et pronunciaverunt dicti domini arbitri arbitratores et amicabiles compositores, quod si pax, finis et vera concordia inter partes, et quod pro predictis non sunt intenciones aliqua in compositione ..... superius designata innovare, quin omnia et singula in ipsa compositione contenta in suâ semper remaneant firmitate.

5° Item, dixerunt dicti domini arbitri, quod, tam pro salario consiliis per ipsos habiti quam labore ipsorum, dent et solvant ipsis dominis arbitris, videlicet, domino de Montilisio, Poncio de Montilisio et Guidoni Garnerii decan Florenos auri: et dictus procurator aut dominus prior Vallis alios decan florenos, infra octo dies a data presentium computandos, et hoc per juramenta sua in dicto compromisso contenta.

De quibus universis et singulis supradictis dictus dominus Humbertus, procurator Vallis Ste Marie, petiit sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum, et dicti domini arbitri mihi notario concesserunt faciendum. — Actum et datum in grangia de Coygnerio, anno et die quibus supra, testibus presentibus ad hoc vocatis: nobili Hugone Raynaudi, Johanne ....., Francisco Audoardi notario de Romanis, Bernardo Rogerii de Marchiis, Johanne Fabri de Castronovo Yzare, Stephano Johannet de Crepol re..... ame..... de Montilisio, clerico, auctoritate imperiali publico notario, qui premissis omnibus, anno, diebus et locis quibus supra, interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo, manu mea propria, signavi consueto rogatus et tradidi fideliter requisitus. —

(Magnat. I. pag. 33-37. — Analyse dans Ulysse Chevalier — En tête « carta Montilisii de Romanis »)

137. – (1353. ~~Jan.~~ 28 Mars. – Guillaume de Chateauneuf, seigneur de Montalieu, vend. pour 8 florins d'or, au procureur du V.al Ste Marie, D. Humbert Bertrand, un setier annuel de froment des 4 qu'il perçoit sur la grange de la chartreuse à Montalieu. –

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod, cum nobilis et potens dominus Guillelmus de Castronova, miles, dominus de Montilisio, percepisse et antiquitus consuevisse percipere in et super grangia Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, sitam infra mandamentum de Montilisio, quatuor sestaria frumenti annualitatis et redditus alios quoslibet sibi solvenda, sine aliqua alia dominio et servitute; Hinc est quod anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, videlicet vicesima octava die mensis martii (1353, 28 Mars): in presentia mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum: personaliter constitutus dictus nobilis dominus Guillelmus de Castronovo, ut melius potest intelligi, expresse dixit, sciens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo, non metu, non fraude nec machinatione aliqua ad hoc inductus, pro utilitate sua et commodo pariter evidenti, ut dixit, nomine suo et heredum ac successorum, imperpetuum, successorem, vendidit et titulo pure, perfecte et irrevocabilis venditionis tradidit tanquam et concessit fratri Humberto Bertrandi presbytero, procuratori ordinis Vallis Ste Marie predicte et ejus conventus, et michi notario infrascripto, ut persona publica, presentibus, stipulantibus, ementibus et recipientibus nomine monasterii et conventus Vallis Ste Marie predictis (ictorum?), unum sestarium, ac predictis superiores, frumenti annuale, videlicet quatuor predictorum sestariorum, meorum, liberum et francum; vendidit, inquam, dictus dominus Guillelmus dicto fratri Humberto Bertrandi et michi notario, nomine dicti monasterii et conventus ejus dem et successorum suorum, presentibus, ementibus dictum sestarium frumenti annuale, venditum cum omnibus juribus suis universis adjacentibus, ad habendum, tenendum, utendum, fruendum, possidendum, alienandum et quicquid ipsi monasterio et conventui ejus et suis successoribus deinceps placuerit faciendum: Et hoc pretio et nomine pretii octo florenorum auri fini, boni ponderis et legalis. Quod quidem pretium incontinenti dictus

frater Humbertus

fratar Humbertus, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, solvit eidem Domino Guillelmo venditori et numeravit corporaliter et de facto, sicut taliter quod de dicto precio tenuit se plenarie pro contento; ipsumque precium in utilitatem, videlicet in debitis suis usurariis persolvendis, pro vitium erat quod dictum monasterium Vallis Ste Marie et ejus conventum et successores suos de dicto precio quitat, liberat imperpetuum penitus et absolvit cum pacto ... de non petendo ulterius aliquid de cetero pro predictis. Si vero dictum sestarium frumenti annuale ... plus valet precio supradicto ... totum plus valens donavit .... Constituens se dictus venditor ... dictum sestarium frumenti ... interim precario nomine possidere, quousque dictum monasterium ... Dicti sestarii frumenti ... possessionem apprehenderit corporalem, cujus apprehendendi ... concessit ... omnimodam potestatem. Cedens .. dictus venditor ... omnes actiones reales et personales ... et omnes alias, tam annuales quam perpetuas ipsi venditori competentes ... Et est sciendum, quod dictus dominus Guillelmus venditor de predicto sestario frumenti annuali vendito se devestivit cum calamo mei notarii, et dictum fratrem Humbertum ... cum eodem calamo, ut moris est, manualiter investivit et verum dominum et possessorem constituit de eodem .... Promittens etc. Renuncians etc. formules ... Volens et concedens dictus venditor quod de predictis omnibus possit et debeat fieri publicum instrumentum, quod possit resici, corrigi, dictari, meliorari aut de novo resici semel et pluries, de consilium cujuslibet sapientis, salva tamen substantia non mutata. Actum et datum in dicta grangia Vallis Ste Marie de Montilitio, anno et die quibus supra, testibus presentibus ad hoc vocatis: fratre Johanne Lacrati custode Vallis Ste Marie, Petro (Caliciana) de Montilitio, Johanne Malaura de Auriolo in Royanis, Raymundo Gignat de Chamalac burgensi; et me Johanne Blanchardi de Montilitio, clerico, auctoritate imperiali publico notario, qui premissis omnibus interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo manu mea propria signavi consueto rogatus et tradidi. —

(Magnat. III. pag. 21-26. — J'ai abrégé les formules). —

---

138. — 1353, 6 Avril. — Pierre de Arlia, bourgeois de Romans, qui perçoit 30 sols de cens à chaque changement de tenancier sur des biens provenant de Pierre Tubi

bieus qui constituerunt totaut en cent perges mis des maisons à Romans vers la porte de fer, in Paganica, versla Cour dulbec et tous la Batière, et dont terval Ste Marie a hérité, investit la chartreuse desdits biens avec convention que les 30 sols se paieront de 30 ans en 30 ans. — Le 10 Avril 1353 le procureur paie 28 florins d'or pour cette investiture. —

Noscant moderni, presentia et futurorum, posteritas serie hujus publici instrumenti, quod, cum, ut dicitur, tam per heredes quam executores testamenti et ultime voluntatis Petri Tabri, burgensis quondam de Romanis, ratione, occasione seu causa quorumdam legatorum, relictorum, seu ordinationum, factorum, seu factarum per dictum Petrum, quondam, in dicto suo testamento, domui valliis Ste Marie, Cartusiensis ordinis, quedam bona, res, redditus seu census redditi, ut dicitur, fuerunt, inter cetera, quedam census infrascriptis confrontati et designati, venerabili viro domino Petro Poylleni, ordinis predicti, priori dicte domus, et religioso viro fratri Alberto Bertrandi, quondam ordinis procuratori, prout dicitur, et procuratorio nomine dicte domus et conventus ejusdem, prout ... dicti dominus prior et procurator asserebant planius constare in quadam nota recepta, et dicebant per Franciscum Audoardi notarium publicum, quondam de Romanis, Verum cum dicti census infrascripti designati tanari dignoscantur de feudo et sub feudo franco viri nobilis Petri de Arlia, burgensis Romanis, cum et sub placito triginta solidorum, bone monete Viennensis antique in mutatione tanementarii dictorum censuum, prout planius constat per tenorem cujusdam publici instrumenti, facti et signati, ut in eo legitur, manu et signo Lantelmi Brunelli de Sancto Albucterio, auctoritate imperiali notarii publici, scripti sub data : anno Domini millesimo trecentesimo nono, indictione octava et die octavo mensis martii (st. ord. 1310, 8 Mars, vieux n.-gr.), quod ex pacto debet instrui, si opus fuerit, in hoc presenti publico instrumento.

Hinc est, quod anno Incarnationis Domini nostri Jesu Xti millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, indictione tercia, et die sabbati que fuit sexta mensis aprilis (1353, 6 Avril) : coram me notario publico et testibus infrascriptis, supradictus Petrus de Arlia, ad sua certa sciencia et spontanea voluntate, certificatus, ut dicebat, ad planum de et super premissis et eciam de jure suo, in hoc facto, de dictis censibus in dicto instrumento designatis

designatis, specificatis et declaratis. Quicquidem census, sicut acquiritur, in eodem instrumento designantur et continentur, prout in eodem instrumento Bartholomeus Fabri, filius quondam Lagerii Fabri, in quantum tangebat ipsum et suos: et Bernardus Fabri, filius quondam Lagerii Fabri, in quantum tangebat ipsum et suos: et Stephanus Fabri, filius quondam Garini Fabri, in quantum tangebat ipsum et suos, in dicto instrumento confessi fuerunt et publice in pura veritate recognoverunt, de instantiam et requisitionem Petri de Arlia quondam patris dicti Petri de Arlia, sunt hii videlicet omnes census, quos percipiebant dicti Barthelomeus, Bernardus et Stephanetus, infra portam Ferani et versus vicum de Mala Uda et in Pagania et versus curtem Dalboc et subtus Bastidam usque ad domum Jordanete Ferani, et domus quas habent infra dictos confines. Item census quem percipiunt in Saumaria supra domum Petri Marel Calli et domum ipsius Stephaneti et Lageroni fratris sui, sitam in dicta Saumaria IIc. Item dimidiam libram cere quam facit Guillelmus Poloreini pro quadam vinea sua, sita en Estacays, juxta campum Girardi de Bovaria, ex una parte: et juxta iter de Cagnaris, que itur versus Cormay, ex altera. Item tenent ad feudum francum a dicto Petro census, quos tenet ab ipsis Guillelmus de Platea. De predictis vero censibus et eorum singulis et etiam de omnibus aliis censibus, qui de feudo franco dicti Petri tenentur, qui per dictos heredes et executores dicti Petri Fabri redditi fuerunt et deliberati dicte domui Valli Ste Marie, vel alteri persone pro eadem, idem Petrus de Arlia, pro se suisque heredibus et successoribus universis, exceptato tamen censu qui percipitur, ut predictum est, supra domo dictorum Stephaneti et Lageroni fratrum, sita in Saumaria, ipso censu expresse excepto: de omnibus aliis et singulis censibus dictos dominos picaream et procuratoriam et me subscriptum notarium, ut publicam personam, presentes, recipientes et sollempniter stipulantes nomine vice et ad opus dicte domus Vallis Ste Marie, per traditionem cujus baculi et manus est, investivit, cum et sub placito supradictorum triginta solidorum bone monete antique Viamantis supradicte solvendorum, faciendorum,

prestandorum

prestandorum, et reddendorum apud Romanis per dictam domum, Vallis Ste Marie de trèginta in trèginta annis, perpetuo dicto Petro de Arlia et suis heredibus et successoribus universis, et ratimuit investitos, jure tamen suo placite supradicti eidem faciendi, solvendi et prestandi de trèginta in trèginta annis ac alio jure suo et alieno semper salvis. Confitens et publice in pura veritate manifeste recognoscens dictus Petrus, de stipulationem predictam, sibi fuisse et esse integraliter satisfactum, et placitet retentis et de omnibus aliis sibi debitis quovis modo, ratione investiture supradicte. Que omnia et singula supradicta, prout et quemadmodum superius dicta sunt et expressa, promiserunt supradictus Petrus de Arlia ... per juramentum suum, et sub honorem ... obligatione ... et dicti ... jure et procuratorio ... bona fide sua loco juramenti interposita manus suas super suo pectore imponendo, et hypotheca ... bonorum ... sibi ad invicem ... rata ... firma habere perpetuo ... attendere ... et non contra venire ... restituere ... omnia damna ... etc ... formulas ordinarias ...

Sequitur tenor instrumenti supradicti et est talis: In Xte nomine, Amen. Anno Dne Mcc IXo, ind. VIIIa 8 martii etc .. voir plus haut n° 92; 1310, 8 mars. —

Renunciantes supradicte contrahentes ... omni actioni et exceptioni ... etc ... totas las excepcions ordinaires ...

Item fuit actum, et in pacto expressa deductum, interdictos contrahentes, quod a premissis omnibus fiant duo publica instrumenta, quorum quilibet pars unum habeat, que et quodlibet eorum in omni et qualibet sui parte et in omnibus suis clausulis et singulis capitulis possint dictari, corrigi, meliorari et de novo reffici semel et pluries, tociens quociens opus fuerit, ad consilium peritorum, salva tamen substantia non mutata. — Actum Romanis, in claustro ecclesie Ste Barnardi de Romanis, presentibus testibus: Johanne Francisci, burgensi Romanis, Alexandro Jaumarreti, et Guillelmo Hugonis affanatore Romanis; et me Petro Barnerii de Romanis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, et omnium curiarum domini nostri domini archiepiscopi Viennensis, curiarque d'alphinatus et Dyensis jurato, qui in premissis

premissis omnibus et singulis, dum agebantur, interfui unacum testibus supradictis, et hoc presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo signavi rogatus et tradidi. —

Subsequenter vero, anno Dominice millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, indictione tertia (sic ista 3a) et die decima mensis Aprilis (1353, 10 Avril)

Coram me notario ... supradictus Petrus de Arlia, sciens et spontaneus, confessus fuit ..., adpetitionem et requisitionem supradicti patris Alberti procuratoris ... se habuisse et recepisse ab eodem ... solvente .. viginti octo florenos auri boni, fini .. et justi ponderis, ratione occasione seu causa investiture supradicte, de quibus 28 florenis auri dictum procuratorem ... solvit perpetuo, cum pacto expresso de non petendo de cetero aliquid pro eisdem penitus et quitavit. Promittens .. dictas confessionem, quitationem et pactum expressum rata .. firmaque habere perpetuo ... et nunquam contra facere .. vel venire ... Renuncians .... omni actioni et exceptioni ... etc. ....

Actum Romanis in operatorio mei notarii supradicti, presentibus testibus: magistro Vincentio Chabillati notario, Alexandro Ganarreti de Romanis, et Johanne Brunelli de Auriolo in Royanis, et me supradicto Petro Bermini auctoritate imperiali notario publico et jurato, prout supra, presente in predictis hoc presens publicum instrumentum scripsi signoque meo consueto signavi et tradidi vocatus et rogatus. —

(Magnat. III. pag. 30-35). —

---

139. — 1353, 11 Avril. — Guillaume de Chateauneuf, seigneur de Montélier, vend, pour 9 et 1/2 florins d'or, au prieur du val Ste Marie, un autre setier annuel de froment, des trois qu'il percoit encore sur la grange de la chartreuse à Montélier.

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod cum nobilis et potens vir dominus Guillelmus de Castro novo, miles, dominus de Montelisio, percepisset et percipere antiquitus consuevisset in et super grangiam, vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, litem

infra en end

infra mandamentum de Montilisio, tria sestaria frumenti annualia et tranda-
lia, amo quolibet, sibi solvendi, sine aliquo alio dominio et servitute, an-
no quolibet, imperpetuum : Hinc est quod anno Domini millesimo trecente-
simo quinquagesimo tertio, videlicet undecima die mensis Aprilis, (1353, 11 Avril)
in presentia mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum, ad hoc vocato-
rum, personaliter constitutus dictus dominus Guillelmus de Castronovo, miles
dominus de Montilisio, ... laisans, franquus ... pro utilitate sua et commodo
evidenti ... vendidit ... et concessit venerabili et religioso viro Petro Pollini
+ priori Vallis Ste Marie, ordinis cartusiensis et michi notario ... emptoribus ...
nomine ... conventus Vallis Ste Marie ... unum sestarium frumenti ensemale,
liberum et franchum, ex predictis tribus sestariis frumenti ... cum omnibus
suis pertinentiis universis adjacentibus, adhabendum ... et quicquid ipsi emp-
tori ... deinceps placuerit faciendum ; et hoc precio et nomine precii nomi-
ne florenorum cum dimidio auri fini, boni ponderis et legalis. Quo quidem
precium incontinenti dictus prior tradidit etc ... en tout semblable au
n° 137, 1353, 28 Mars. —

Actum et datum in grangia Vallis Ste Marie de Montilisio, anno
et die quibus supra, testibus presentibus ad hoc vocatis : frate Johanne Leonardi
converso, Johanne Malaura de Ste Johanne in Roganis, Raymundo
Gigneus de Chamaloc et me Johanne Blanchardi de Montilisio, clerico,
auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus interfui et
presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo manu mea propria
signavi consueto requisitus et tradidi. —

(Magnat. III. pag. 24-26). —

---

140. — 1353, 30 Avril. — Guillaume de Châteauneuf, seigneur de Montalieu,
vend pour 20 florins d'or, au procureur du Val Ste Marie les deux setiers
de froment de cens annuel qu'il percoit encore sur la grange de la chartreuse
à Montalieu. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instru-
- mentum cunctis

mentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, videlicet ultima die mensis aprilis, (1353, 30 Avril), in presentia mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum: personaliter constitutus nobilis et potens vir dominus Guillelmus de Castronovo, miles, dominus de Montilisio, ut melius potest intelligi, exprimi, sive dici, licens, prudens et spontaneus, non vi, non dolo, non metu, non fraude nec ma chinatione aliqua ad hoc inductus, sed bene consultus et premeditatus, et pro utilitate sua et commodo pariter evidenti, ut dicebat, et prout habitis ejus usurariis, in quibus est diversis creditoribus, ut asserit, sub usuris gravissimis currentibus obligatus, nomine suo et heredum et successorum suorum imperpetuum, vendidit et, titulo pure, perfecte et irrevocabilis venditionis, tradidit tanquam et concessit fratri Alberto Bertrandi, prebytero, procuratori et ablis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, et mihi notario publico infrascripto, presentibus, ementibus et recipientibus nomine et vice dicti monasterii et dictis conventus Vallis Ste Marie predicte et dicti sui conventus: duo sestaria frumenti annualia et rendalia, que percipiebat et percipere consueverat dictus dominus Guillelmus venditor et ejus predecessores, in super grangia dicte Vallis et sui conventus, sita infra mandamentum de Montilisio, sive aliquo alio dominio et servitute. Venditis, inquam, ... et hoc, precio et nomine precii viginti florenorum auri fini, boni ponderis et legalis. Quod precium dictus venditor confessus fuit ... se habuisse et recepisse ... a dicto fratre Alberto ... solvente ... ita quod de dicto precio, dictum fratrem Albertum ... absolvit imperpetuum plenius et quittavit. Si vero dicta duo sestaria ... plus valent precio memorato ... illud plus valens ... donavit. etc. ... toutes les formules qui se trouvent au nº précédent et au nº 137. — De quibus omnibus ... dictus frator Albertus ... petiit et dictus dominus Guillelmus ... concessit sibi fieri publicum instrumentum et fieri potuit per me notarium infrascriptum, quod non esset minus bone facte, vel dictatum ex arte vel ingenio seu juris vel legis subtilitate, aut quo cumque alio modo posset cassari vel annulari, et ejus firmitas in aliquo prorogari; quod ipsum instrumentum

instrumentum, productum in judicio vel non productum, possit et debeat seu valeat confici, refici, corrigi, dictari, emendari et meliorari seu valpluries, de consilium et dictamen cujuslibet sapientis, tociens et tantum, donec habeat et obtineat roboris in perpetuum, firmitatem, facti tamen substantia non mutata.

Acta fuerunt hec apud Montilicium, in domo mei notarii infrascripti, anno et die quibus supra, testibus presentibus ad hec vocatis: fratre Petro Gaujonis converso dicte Vallis Ste Marie, Guillelmo Borgatier habitatore Montilicii, Johanne Erachi de Montilicio; et me Johanne Blanchardi de Montilicio clerico, auctoritate imperiali publico notario, qui premissis omnibus interfui et presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo manu mea propria signavi consueto rogatus et tradidi fideliter requisitus. —

(Magnat. IV. pag. 26-29.) —

---

141. — (1354. st. n.). 1353, 3 Mars. — Aymar de Montvendre, de Montilio, et Hugues Raynaud du Chabeuil, procureur de Guillaume de Montvendre, frère d'Aymar, vendent, pour 4 florins d'or, au frère Jean Leorat, convers du Val Ste Marie, 3 sols et 6 deniers de cens annuel qu'ils percoivent sur la grange de la Chartreuse à Montélier. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, videlicet tertia die mensis martii (st. n. 1354, 3 Mars), in presentia mei notarii publici infrascripti et testium, subscriptorum, ad hec vocatorum: personaliter constituti Aymarus Montisveneris, de Montilicio, et nobilis Hugo Raynaudi de Cabeolo, procurator, ut apparet, Guillelmi Montisveneris, fratris dicti Aymari, scientes, prudentes et spontanei, non vi, non dolo, non metu, non fraude inducti, nomine suo, et ut partes et procuratores, nomine quo supra, et heredum atque successorum suorum imperpetuum, vendunt et titulo pure, perfecte et irrevocabilis venditionis, tradunt dederunt quasi et concedunt fratri Johanni Leorati, converso Vallis Ste Marie, et mihi notario, ut persone publice, presentibus, emenitibus, stipulantibus et recipientibus eis, nomine venerabilis et religiosi viri domini prioris Vallis Ste Marie, ordinis cartusiensis, et ejus conv.

et ejus conventus et eorum imperpetuum successorum, tres solidos et 6 denarios bonorum Viamentium, annuales et rendales, sine aliquo dominio et servitute, quos dicti Aymerius et Guillelmus Montisvenerii percipiebant et percipere consueverant in supra grangia ... Vallis Ste Marie de Montilisio, ratione et ex causa pasquyragiorum, mandamenti de Montilisio : cum ipsorum trium solidorum, cum dimidio annualium censibus, reyteris, ordinibus et requisitionibus universis, ad habendum, tenendum, utendum, fruendum et quicquid ipsi dominus prior et ejus conventus facere placuerit faciendum ; et hoc pro precio quatuor florenorum auri fini, boni ponderis et legalis. Quod quidem precium dicti Aymerius et Hugo procurator, et procuratorio nomine quo supra, confessi fuerunt et in veritate publica recognoverunt se habuisse et recepisse a dicto fratre Johanne tradente et solvente nomine dictorum domini prioris et conventus in bona pecunia sibi realiter numerata et sibi tradita. Ipsumque precium, in utilitatem dictorum Aymeri et Guillelmi penitus convertisse. De vestitura dicte venditionis .. de predictis tribus solidis et sex denariis .. et dictum fratrem Johannem .. investiendo et in corporalem possessionem inducendo et pariter in rem tradendo constituendo. Constituentes .. se possessores dictorum trium solidorum et sex denariorum .. donec. etc ... Et ut tenendum quod predicti tres solidi et sex denarii supradicti sunt et tenentur de feodo libero et franco nobilis et potentis viri domini Guillelmi de Castronovo, militis, domini Montilisii. Et de predictis se devestierunt .. cum quodam baculo in manu dicti domini Guillelmi, qui recepto devestimento et laudimio sibi debito a predicto fratre Johanne ... cum eodem baculo predictum fratrem Johannem ... investivit et retinuit de eisdem, jure et dominio suo in omnibus semper salvo.

Promittentes .. etc ... Huguet Reynaud promet en outre de faire ratifier par Guillaume de Montendre ... Renunciantes etc ... formules ordinaires. —

Actum apud Montilisium, anno et die quibus supra, testibus presentibus ad hoc vocatis, Perrino Chapelli, Johanne Barreti de Austiduno, Johanne Vellitani et me notario infrascripto.

Postque anno Domini 1354, XI Maii, constitutus in presentia mei notarii Guillelmus Montisvenerii, sciens et sponte omnia universa et singula supradicta sibi facta et notificata laudavit, approbavit et etiam confirmavit et ad eorum tenorem de verbo ad verbum et bona sua per juramentum suum prestitum, se obligavit servare et similiter,

quibus Aymericus

quibus Aymarus frater suus est superius obligatus, cum omnibus renunciationibus ad hoc necessariis pariter et cautela. Datum apud Montilidium, anno et die quibus supra, testibus presentibus: Poncio Rac, Johanne (Curinoleti) et me Johanne Blanchardi de Montilidio, clerico, auctoritate imperiali publico notario, qui premissis omnibus interfui et presens publicum instrumentum scripsi signoque meo manuali profmia signavi contracto rogatus et tradidi. — (Magnat. IV. pag. 24-26.). —

148.— 1354, 18..... Echange de cens sur des maisons à Romans entre le prieur du Val Ste Marie, D. Pierre Poyllani, et Pierre de Arlia, bourgeois de Romans. — A la suite les 10 nouveaux tenanciers de la charte font leur reconnaissance en faveur de ce couvent. Gostotenamicus faient 36 deniers, 1 abolat et 1 poule au mas

Tenarium domûs Vallis Ste Marie de censibus quos percipit in Paganis apud Romanis. (très lacéré dans la 1ère moitié, d'après l'abbé Magnat. De fait il est impossible de voir exactement ce qu'était tout les propriétés échangées. Je copie fidèlement ce qu'a extrait M. Magnat) —

... quod anno bodatissime Incarnationis ejusdem Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo quarto et die decima octava mensis... ..(l'abbé a mis entre parenthèse (Janvier), mais je montrerai à la fin que ce n'est pas possible, c'est plutôt de la fin de 1354, novembre ou déc.) ... publico et testibus infrascriptis stanova hujus publici instrumenti fiat manifestum, quod coram persona infrascripta .... Cartasiensis, res et possessiones infrascriptas et sub annuis censibus infrascriptis. Et primo videlicet heredes Decroni... ...vocatus Chanal, pro domo sua, sita ibidem, juxta domum dictorum heredum, predictam, dimidiam gallinæ census. — Item.... ... Item heredes domini Garentonis Bajuli, pro grangia sua, sita ibidem juxta domum Taqueroni Simondonis, quatuor..... in Rollariaco juxta domum Brunellorum de Sancto Helcuterio, sex denarios et dimidiam gallinæ. — Item dicti Brunelli de Ste Helcuterio..... domos dicte Bordie, sex denarios census. — Item, Hyphanus Burgondionis, burgensis Romanis, pro domo sua, sita ibidem, juxta domum Guillelmi Pascalis affenatoris..

assanatoris. ... sua, sita ibidem, juxta domum Stephani Burgondionis tres denarios census. Item Gonetus de Virga pro domo sua, sita ibidem, juxta domum Johannis Bonati ..... ibidem, juxta domum Gonneti de Virga, tres denarios census. Item Guillelma Machata, pro domo sua, sita ibidem, juxta domum Johannis Bonati, tres denarios census. ....

.... res et possessiones infrascriptos et sub annuis censibus infrascriptis,

cens dels parsiers de Arlia

primo videlicet, Romanetus Balloti, assanator Romanis, ... Pagania .... denarios census. Item Guillelmus Chorelli pro domibus et curte suis, sitis ibidem, juxta domum Bartholomei Pelliceriis, quinque denarios census. Item Stephanus .... ibidem, juxta domum Bartholomei Pelliceriis, sex denarios census. Item Bartholomeus Pelliceriis pro domo sua, sita ibidem, juxta domum Stephani Helionis, sex denarios census. Item Aymarus Escoffarii pro domo sua ... sita in trevio dels Pellezous, juxta domum Raymonde uxoris Peronoti Marjatii, sex denarios et unam dimidiam gallinam census. Item Raymonda uxor Peronoti Marjatii pro domo sua, sita ibidem, juxta domum Catharine filie Petri Algodi, unum denarium et quartam partem unius gallini census. Item Katharina filia dicti Petri Algodi pro domo sua, sita ibidem, juxta domum dicte Raymonde, tres denarios et dimidiam gallinam census. Item Jaquemetus Pelliceriis, assanator Romanis, pro domo sua, sita ibidem, juxta domum dicte Catharine, tertiam partem duorum denariorum et oboli. Item Laurencius Pelliceriis assanator pro tribus domibus sitis ..... duas partes duorum denariorum cum obolo census ....

Hinc est quod venerabilis et religiosus vir frater Petrus Roylani, + prior dicte domus Vallis, magna utilitate ... evidenti commodo, ut dicebat, fecerunt cum dicto Petro de Arlia directa dominia annuosque census predictarum rerum primo nominatarum, que movebantur de directo ... dominio de la chartreuse, una cum tertio lieu ... nominatarum, que movebantur de directo dominio dicti Petri de Arlia, tradidit que vel quasi dictus dominus prior et concessit, nomine dicte domus Vallis, dicto Petro de Arlia ..... cum suis annuis censibus, usagiis

usagiis et juribus quibuscumque, ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, ... et quicquid ... placuerit faciendum. Confitens se predicta omnia possidere et quasi, nomine dicte Petri, donec dictus Petrus predictarum omnium possessionem .... Et constituens ... Mandans insuper tenementariis et emphiteotis dictorum rerum, tenore hujus publici instrumenti, quatenus ex nunc dicto Petro res predictas recognoscant .... sicut facerent domui dicte et prioribus et procuratoribus ejusdem. Pactum faciens, nomine dicte domus, reale et personale ... de quicquam non petendo in posterum ab eisdem .... Dictusque Petrus de Arlia, ex ejus certa scientia et pro ejus commodo, ut dicebat, dominia et canones annuos dictarum rerum ... permutatarum, ... eidem domino priori recipienti ... tradidit et concessit dictarum rerum dominia cum suis annuis canonibus ... quibuscumque, ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum, distrahendum, seu alias alienandum, et quicquid eidem domui in casu perpetuo placuerit faciendum. Confitens se possidere et quasi predicta omnia nomine dicte domus Vallis, donec dicta domus per dictum dominum priorem, vel per quemvis alium, predictorum omnium possessionem, vel quasi dederit aprehendendam. Cedens dicto domino priori actiones quascumque sibi pro predictis competentes, reales, personales, mistas, meras, civiles et pretorias; et constituens eumdem procuratorem ut in rem propriam, dicte domus Vallis. Mandans insuper dictus Petrus tenementariis et emphiteotis dictorum rerum, tenore hujus publici instrumenti, quatenus dictos dicte domui Vallis ex nunc recognoscant, et de dictis canonibus et juribus eidem domui vel dicto priori .... sicut dicto Petro facerent ante permutationem presentem. Pactum faciens dictus Petrus michi notario infrascripto, ut publice persone, pactum recipienti et stipulanti nomine dictorum tenementariorum predictorum, et omnium quorum interest, et interest aut interesse poterit in futurum, de quicquid non petendo in posterum ab ipsis, occasione premissorum, aquiliana stipulatione interveniente. ... Quas permutationes et predicta omnia, prout superius sunt expressa, promiserunt dictus prior ... et dictus Petrus de Arlia ... integraliter servare ... et contra predicta ... non venire .... Promittentes sibi vicissim dicte partes permutantes altera altere de evictione .... etc. .... Fuit actum quod dicti census sic permutati et traditi per dictum Petrum de Arlia dicto domino priori versus Laganiam, videlicet dicte tres

solidi et una

solidi et una gallina cum ..... de Arlia et heredum, et successorum, sub annuo censu duorum denariorum, et tenentur recognoscere quando fuerint requisiti. Renunciantes dicte partes ..... omni actioni et exceptioni ... etc. formulas ordinarias.

Et actum quod de predictis omnibus fiant et fieri debeant duo vel plura publica instrumenta, que producta in judicio vel non producta, possint et valeant dictari, corrigi, meliorari et de novo reformari semel et pluries, ad consilium, peritorum, ante litem contestatam, et post etiam quandocumque, facti tamen substantia non mutata, ad opus cujuslibet ipsarum partium, unum vel plura instrumenta. — Actum et datum Romanis, in domo Vallis Ste Marie versus fontem, dels Lamacs, presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus : Romanono Rochaloni de Romanis, Guillelmo Poutarla affanatore Romanis, Johanne Logo habitatore cum domino priore Vallis ; et mopre dicto notario, qui hiis omnibus, una cum dictis testibus, presens fui, et hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scripsi, signoque meo consueto signavi rogatus et requisitus et tradidi. —

Postque, anno quo supra, et die decima nona decembris (1354, 19 dec.), coram me predicto notario et testibus infrascriptis, tenementarii et emphiteote, tradita et nominati per dictum Petrum de Arlia, recognoverunt ; ad instantiam, fratris Alberti Bertrandi, fratris domus et donati dicti ordinis, certificantis et procuratoris, ut asserebat, per modum qui sequitur :

1a. — Et primo, Bartholomeus Pelliceriis et Johannes Bonati alias de Latralli de Romanis, ambo simul et quilibet ipsorum, pro se et in solidum, scientes et spontanei confessi fuerunt per juramenta sua se tenere, tenere velle, tenuisse habere in emphiteosim et de dominio directo domus et conventus Vallis Ste Marie predicte quandam domum, communem ipsorum, sitam Romanis versus paganiam, juxta domos Guillelmi Chorelli affanatoris, ex una parte : et juxta domum Stephani ..... et juxta domos domini archiepiscopi, ex altera, sub annuo censu sex denariorum census. Datum Romanis, ante domum Guillelmi de Grandis, versus portam dels Maloc, presentibus testibus : Laurentio Pelliceriis, Guillelmo Hugonis affanatore Romanis et me predicto notario. — (Les huit mots entre deux traits de plume sont ajoutés en interligne.)

2a. — Item, anno, die et loco quibus supra (1354, 19 dec.), Laurentius Pelliceriis affanator Romanis

Romanis, confitetur, ut supra, de pleno tenere dicto d. Alberto Bertrandi ... se tenere ... et convertere p. d. M^cc^ libras istagie domorum, sita in Paganica Romanis, versus viam dals Pelliczons, juxta domum Jaquemoni Pellicerii, ex una parte; et juxta domum dicti Richardi de Podio ex alia: et juxta domos Aymarii Escofferii, ex altera: sub annuo canone duarum partium duorum denariorum et oboli census. Datum ut supra. testibus .. Guillelmo Hugonis, Johanne Bonati alias de la Belli et predicto notario. (1354, 19 Dec)

3^a^. — Item a^o^ et die quibus supra, Guillelmus Chorelli affinator Romanis, confitetur ... se tenere in amphitaosim, et ad directo dominio dicti convertus ... quasdam domos suas cum quadam curte contigua, sitas Romanis in Paganica, juxta domos Romanoni Bolloti affin. Rom. ex una parte: et juxta domum Stephani Helionis, quondam Johannoti Pellicerii quondam, ex altera: et juxta domum Jaquemete, uxoris Jordanoni Audoardi filiaque Armanoni Gibalini quondam, ex alia, carreria intermedia: et juxta carrariam Paganie, ex alia: sub annuo canone quinque denariorum census. Datum Romanis in domo Romanoni Bolloti .. testibus, dicto Romanono, Guillelmo Hugonis (et alio)

5.d.

4^a^. — Item, a^o^ die et loco predictis (1354, 19 Dec) Romanonus Bolloti, affin. Rom. confitetur ... se tenere in emph. .. et dominio directo dicti ... convertus .. quasdam domos suas, sitas in Paganica, juxta domos dni Guigonis Marcellarii canonici Romanis, ex una parte: et juxta domos Guillelmi Chorelli, ex altera: et juxta carrariam publicam per quam itur de Paganica versus portam de Bonas Vaus: sub annuo canone duorum denariorum census.

2.d.

5^a^. — Item, a^o^ die et loco quibus supra (1354, 19 Dec), Perononus Marjayssi confitetur ... se tenere nomine Reymonde filie Guillelmi Pelliczonis, ejus uxoris, de dominio directo dicti .. convertus, quamdam domum, sitam Romanis in via dals Pelliczons, juxta domum Katherine, filie Petri Algodi, ex una parte: et juxta domos Aymarii Escofferii, ex altera: et juxta domum nov. Petri Baudeyni, carreria intermedia, ex alia: sub annuo censu unius denarii et quarte partis unius galline. Datum ut supra .. testibus quibus supra. et me not. —

1.d. 1/4 poule

6^a^. — Item, eodem die, a^o^ et loco (1354, 19 Dec) et .. testibus quibus supra Stephano Helionis

Halionis, affanator Romanis, confessus fuit ... se tenere in emphiteosim et de dominio directo dictorum prioris et conventus, quandam domum, suam, sitam, Romanis in Pagania, juxta domum, Guillermi Charelli alias de la Greylla, ex una parte, et juxta domum, Guillermi Charelli, ex alia, et juxta domum, Jaquemete, filie Armanoni Gibelini, uxoris Jordanoni Audoardi, ex altera, carreria intermedia sub annuo canone sex denariorum, census. Datum ut supra. testibus ut supra...

7a. — Item, a.d.i.d., loco et testibus quibus supra, (1354, 19 Dec.), Jaquemonus Pellicerii, affanator Romanis, confessus fuit ... se tenere in emph. et de dominio directo dictorum ... prioris et conventus, quandam domum, suam, sitam, Romanis in Trevio dels Pellizons, juxta domum, Caterine, filie Petri Algodi, ex una parte, et juxta domos Laurentii Pellicerii affanatoris Romanis, ex alia: et juxta domum Johannis Columbeti, ex altera parte, vicio intermedio: sub annuo canone 1/3 de 2 d. 1 ob. tertie partis duorum denariorum et obolo. Datum ut supra .. testibus quibus supra

8a. — Item, eodem a.e., die, loco et testibus proxime dictis (1354, 19 Dec.) Aymarus Escofferii, affanator Romanis, confitetur ... se tenere ... in emphiteosim et de dominio directo dictorum, prioris et conventus, quoddam tenementum domorum cum quadam curte, situm, Romanis in Trevio dels Pellizons, videlicet quatuor istagia et totam curtem, juxta domos Laurentii Pellicerii, ex una parte, et juxta domum, Reymonde, uxoris Petri Marjaysii, ex alia: et juxta domos et curtem dni Richardi de Podio, ex altera, sub annuo canone sex denariorum 6 d. et dimidia galline 1/2 poule. Datum ut supra ... testibus quibus supra et me...

9a. — Item, Caterina, filia Petri Algodi, quondam affanatoris Romanis, confessa fuit ... se tenere in emph. et de dominio directo dictorum ... prioris et conventus. quandam domum, suam, sitam, Romanis in Trevio dels Pellizons, juxta domum uxoris Perononi Marjaysii, ex una parte: et juxta domum, Jaquemoni Pellizerii, ex alia parte: et juxta domum, Petri Baudugni notarii Romanis, ex parte altera: sub annuo canone quinque denariorum, et quarte partis unius 5 d. 1/4 poule galline. Datum Romanis, ante domum dicte Caterine. testibus .. Peronono Marjaysii affanatore Rom. Johanne Logo de Bovanto et me...

10a. — Mermetus Masoers alias dictus Reverdi, affanator Romanis, confessus fuit

confessus fuit se per juramentum, sua tenere, tenera valle et tenura debere in amphitheatrum, ad directo dominio et signoria dictorum prioris, prioratus et conventus Valle Ste Marie; quam dem domum suam, sitam Romanis in Lagonia, juxta domum Romanete Bolleti affanatoris Rom. ex parte una: et juxta domum Johannis Bol affanatoris, ex altera: et juxta carreriam publicam, per quam itur de
3.d. porta Dongallarum, versus Lagoniam: hab annuo censu trium denariorum ipsis dominio priori et prioratui ipsius solvendorum. Datum Romanis ante domum Romanoni Bolleti, in Lagonia, die sancta martis februarii anno Domini 1354 (st.n. 1355, 6 febr.), presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: Romanono Bolleti affanatore Romanis, Johanne Basterii de Sancto Gervasio, et me dicto Petro Baudigni de Romanis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, qui fuis omnibus, una cum dictis testibus, presens fui, et hoc presens publicum instrumentum subscripsi manu mea propria et tradidi, signoque meo consueto signavi rogatus et tradidi. —

(Magnat, N. pag. 52-58. — La date finale étant 1355, 6 février, celle de la 1re reconnaissance 19 dec. est nécessairement 19 dec. 1354. Or il est dit à cette 1re reconnaissance « ut quotsupra » même année que l'échange par conséquent. D'où la dit échange ne peut pas être d'avant le 25 mars — L'année étant prise à l'Incarnation 18 janvier 1354 commençait 1355, 18 janvier. Donc l'échange est d'après le 25 mars 1354, et probablement peu antérieur aux reconnaissances, qui se faisaient généralement sans retard après un changement de seigneur. —)

---

143. — (1355, st.n.), 1354, 19 Mars. — Henri de Ventoriis, notaire de Romans, agissant comme tuteur de Guigonet Gratet et comme administrateur de sa propre fille Catherine de Ventoriis, lesquels Guigonet et Catherine sont héritiers de Pierre de Tournon, vend aux procureurs du val Ste Marie, pour 18 florins d'or, les dix-huitièmes de 10 sols de cens annuel que ledit Pierre de Tournon percevait sur des maisons situées à Romans in Lagonia, la chartreuse percevant l'autre tiers sur les mêmes maisons.

Notum

Notum sit omnibus et singulis, presentibus et futuris, tenore hujus publici instrumenti, quod, cum Henricus de Ventoriis, notarius Romanis, ut tutor et tutorio nomine Guigonete, filii Guillonis Grassetti alias vocati Clarici Grassoti de Romanis quondam, et ut legitimus administrator Katarine, filie ejusdem Henrici, heredum, ut dicitur, Petri de Turnone et Bartholomee ejus uxoris, burgensis quondam dicti loci de Romanis, ac liberorum, dictorum conjugum, etiam defunctorum, prout de tutela dicte Guigonete plenius constat per quendam patentem litteram sigillo curie Romanis impendenti sigillatam, signetamque signo subscriptionis Guillelmi Hassati, notarii Romanis, subdata a° Dni 1348, 25 octobris, habeat; prout ipse Henricus asserebat, nominibus antedictis, quosdam censsus infrascriptos, quos dicto Petro de Turnone quondam, faciebant affocagia tenebantur persone infrascripte, pro quibusdam eorum possessionibus infrascriptis; et cum per dominos judices nominatos in dictis patentibus litteris, sigillis curie Romanis impendentibus sigillatis, quarum quidem litterarum tenores inferius sunt inserti, data fuerit dicto Henrico, dictis nominibus, licentia vendendi dictos census immobilibus, que quondam fuerunt dicti Petri de Turnone ex certis causis contentis in dicti littere; quarum etiam litterarum tenores ex integro sequuntur et sunt tales: « Gerento Bajuli, judex communis curie secularis de Romanis, dilecto nostro Martino Coponis, servienti vel alii salutem. Tibi precipimus et mandamus, tenore presentium, quod, cum nobis constet Henricum, Micoloti, notarium, Romanis, expendisse in funeribus Ponsii de Turnone, Ponsii et Barthelomee conjugum, Bonono, Patronille et Berengarie eorum liberorum, quadraginta quinque florenos auri, per informationem nobis coram nobis factam contra eodem Henrico dictis bonis dictorum defunctorum conjugum expediat usque ad summam predictorum 45 florenorum, proceris creditoribus. Datum in curia predicta 19 hoc. a° Dni 1348, cum appositione sigilli dicte curie. Ita est: Gerento Hassati. »

Guillelmus Marchiandi, utriusque juris peritus, judex communis curie secularis de Romanis, notum facimus universis, quod nos, visis et attento mandato juridicali per dominum Gerentonum Bajuli quondam, olim predecessorem nostrum

nostrum, dato et huius nostris presentibus annexato, instante Henrico de Ventura, tutore Guigonati Grossati et legitimo administratore Katarine ejusdem, heredum ex successione Petri de Turnone, et in dicto mandato nominatorum; volumus et eidem Henrico in mandatis damus et licentiam, quatenus, tenore presentium, de bonis immobilibus dicti Petri de Turnone, quia bona mobilia non reperiuntur, debite vendat et usque ad summam florenorum in dicto mandato declaratam, in executionem et declarationem, solutionem ejusdem. Ut predicta valeamus, tenore presentium, precipimus et mandamus ac etiam ordinamus eidem Henrico in suo computo allocari. Datum, presentibus Laurentio de Sacristanis et Bonifacio Bratii, notariis, testibus, die 11 Martii a. Dni 1354 (stil. 1355, 11 Mars) cum appositione sigilli curie predicte in testimonium premissorum. Sic est. L. Galleti.

Supradicti census, videlicet decem solidi censuales et imperiales specificati tantummodo de dominio directo domus Vallis Ste Marie, Cartusiensis ordinis, et sub tali conditione quod de investituris ipsorum, quando contingunt, dictus Henricus, dictis nominibus, duas partes et dicta domus tertiam partem dictarum investiturarum habere debeant, prout dictus Henricus et religiosus vir dominus frater Albertus Bertrandi, ordinis predicti, et procurator dicte domus et conventus ejus, predicta omnia et singula supranarrata expresse asserebant esse vera. —

Hinc est, quod anno Incarnationis Dominii nostri Jesu Xti millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, indictione octava et die jovis que fuit dies decima nona mensis martii (stil. 1355, 19 Mars): coram me notario publico et testibus infrascriptis, supradictus Henricus, nominibus quibus supra, non deceptus, non coactus, non vi, non dolo, non metu inductus, seductus vel ab aliquo circumventus, sed certus, sciens, prudens et spontaneus, ut dicebat et prout ex verbis ejus congruis liquide perpendi potuerat pariter et notari, irrevocabiliter et non per errorem, vigore, auctoritate et viribus dictarum duarum litterarum, supra insertarum, et ratione et occasione et causa comprahensorum in eisdem, vendidit et titulo pure, perfecte et irrevocabilis venditionis concessit et tradidit seu quasi et habere voluit et vult, dicto domino fratri Humberto procuratori et procuratorio nomine dicte domus Vallis Ste Marie, et michi subscripto notario, mora publice persone, presentibus, audientibus, recipientibus et sollempniter stipulantibus mora, vice et

nomine? more, vice et ad opus dicte Domus Valliis Ste Marie, dicto Jacen, solidos censuales cum omnibus et singulis ipsorum censuum, dominio et seignoria directis, pertinentiis, appenditiis et connexis et quicquid juris, actionis, petitionis et dreyturæ ipse Henricus et supradicti duo liberi Guigonetus et Katerina et quilibet ipsorum, habent, habebant et habere poterant seu habere debebantur in dictis decem solidis censualibus et eorum dominio et seignoria directis: nichil sibi vel dictis duobus liberis penitus retinens in eisdem; ad habendum, per dictum priorem, procuratores et rectores quoscumque dicte Domus Valliis Ste Marie qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum, et alias alienandum et quicquid aliud de ipsis placuerit perpetuo faciendum; precio et nomine precii decem octo florenorum auri boni et justi ponderis. Quo quidem precium dictus dominus frater Albertus, quo supra nomine, in contentis solvit realiter numeravit et presentialiter tradidit in scarpayllaliis argenti, in tanta quantitate valenta dictos decem octo florenos auri, dicto Henrico ... recipiente ... ita quod dictus Henricus ... dictum procuratorem, ... cum pacto expresso de quicquam non petendo de ipsis ... solvit perpetuo penitus et quittavit. Cadens in pres. ... omnia et singula jura etc. Si vero ipsi census vendite nunc plus valerent vel valituri fuerint in posterum ... precio supradicto, totum illud plus valens ... dictus venditor dedit et donavit ... Devestiens se dictus venditor ... et dictum dominum Albertum, investiens per traditionem, unius baculi ... Mandans ... omnibus tenementariis faciantibus dictum censum ... quatenus de dictis censibus ... de cetero et in perpetuum solvant dicto domino priori ... et cognoscant ... et obediant in omnibus et per omnia, prout et quemadmodum ipsi Henrico ... facere consueverant.

Qui quidem tenementarii dictorum censuum et confines fossatorum, pro quibus sunt, et dictus Henricus venditor asseruerat, sequuntur et sunt tales: —

1. Primo, Bonafemina Polorcine facit pro domo sua, sita in Fuganea Romanis, juxta ortum Jacemate, filie Armanoni Gibalini quondam, decem octo denarios bonorum Viennensium, censuales. —
2. Item, Pononus Vilaris pro domo sua, sibi et pro aliis partibus dicte domus, et dicta Bonafemina pro quarta parte, faciunt duodecim denarios censuales. —
3. Item, dictus Jacobus Marcellarii pro domo sua, sita ibidem, juxta domum dictorum

Pononi et

Pononi et Bonesemine, facit duodecim denarios censuales. —

4. Item, Aymarus Escofferii pro duabus domibus suis, sitis ibidem, juxta alias domos dicti Aymari, facit duos solidos et quatuor denarios censuales. —

5. Item, Armanonus Grangarii, pro uxore sua, sorore dicti Aymari Escofferii, pro domo sua, sita ibidem, juxta domum dicti Aymari Escofferii, facit quatuordecim denarios censuales.

6. Item, dictus dominus Guigo Macellarii facit pro quadam alia domo sua, sita ibidem, juxta domum dicti Armanoni Grangarii seu ejus uxoris, duodecim denarios censuales. —

7. Item, Gonetus Bertrandi, affanator Romanis, pro domo sua, sita ibidem, juxta domum dicti domini Guigonis Macellarii, facit duos solidos censuales. — (4 sols et) 2 deniers ou 10 sols 12 deniers font 11 sol.

Promittens dictus Henricus venditor etc. — formulas ordinarias...

Idem Henricus scienter et gratis obligavit et ypothecavit... dicto fratri Alberto... quandam domum suam, sitam Romanis in Peyllariato, quam abet tenet Johannes Molaris titulo locati, juxta domum Stephani Burgundionis... ad apprehendendum... usque ad summam precii supradicti... Supponens et obligans dictus Henricus se ipsum, et suos et omnia bona sua habita et habenda, quantum ad omnia et singula supradicta attendenda, solvenda, custodienda et adimplenda, jurisdictioni, coercitioni, compulsioni, stilo, foletate et consuetudini omnium et singularum curiarum, dalphinalium ubique constitutarum, et curie secularis de Romanis et omnium aliarum curiarum, ad quas pars dicte domus vellit seu Marie posset recurrendum, et vigori et viribus sigillorum dictarum curiarum et cujuslibet earum in solidum, ita quod processus unius per processum alterius nullatenus retractetur. Renuncians dictus Henricus... a lo utas les exceptions... Volens et concedens de predictis omnibus fieri publicum instrumentum, quod in omni et qualibet sui parte fore sit dictari, corrigi... tociens quociens opus fuerit... salvo tamen tabellionatus non mutato, et omni denunciationis beneficio.

Actum et datum, a° ind° et die quibus supra, apud Romanis, in operatorio mei notarii infrascripti, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis: Petro Baudoini notario, et Petro Rolati affanatore Romanis; et me Petro Bernini de Romanis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, et omnium curiarum domini nostri domini archiepiscopi Vienne, curieque dalphinatus et Dyensis jurato, presente in predictis omnibus, hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scripsi signoque meo consueto signavi rogatus fideliter et tradidi. — (Maguat. IV. pag. 36-41.)

164. (1355. st.n.), 1354, 19 Mars. — Echange de 7 deniers et 1 poule de cens annuel que le Val Ste Marie dit avoir sur des maisons de Garinon Fabri, sises à Romans près de la Porte de fer, en vertu de l'héritage de Pierre Fabri, contre 6 deniers de cens que ledit Garinon perçoit sur un tènement de maisons sises au même endroit. — (Cette charte est peu correcte, dit M. Maignat)

In nomine Domini nostri Jesu Xti Amen. Per hoc presens publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod, cum Petrus Bauduyni de Romanis Viennensis dyocesis, clericus imple auctæ notarius publicus quondam, dum viveret, quebat in humanis, plures notas sive imbreviaturas recepit, quas, morte preventus, in publicam formam redigere nequit. Cumque dicte note et imbreviature grossande et in formam publicam redigende commisse fuerint Johanni Varnini de Monte Venerii, clerico, imple auctæ notario publico, per venerabilem virum, Dominum, Petrum de Prato Humberto, licentiatum in legibus, officialem Viennæ apud sanctum Donatum, et vicegerentem in villa de Romanis, ut constat publico instrumento recepto et signato manu et signo Henrici de Chalma, notarii publici, sub data Ao bis millesimo trecentesimo octuagesimo (IIIIxx) quarto et die decima sexta mensis novembris (1384, 16 Nov. ~~si cette date n'est pas possible, il doit y avoir erreur. Pierre Poyllen n'est plus juge à cette date~~ si cette date n'est pas possible il n'est pas dit que ce soit à la demande de P. Poyllen que le doc. est fait.) sigillato quo sigillo curie officialatus predicti in pendenti cera virida. Cujus commissionis tenor sic incipit: Nos Petrus de Prato-Humberto, licentiatus in legibus, officialis Viennæ apud sanctum Donatum etc...

Hinc est quod ego dictus Johannes Varnini, clericus, imple auctæ notarius publicus et curie dicti Dni officialis juratus, virtute ipsius commissionis mihi sup a me signate, quendam notam seu imbreviaturam, per me inter alias notas et protocolla dicti Petri Bauduyni notarii... inventam, sanam et integram et omni prorsus vicio et suspicione carentem, de ejus relicquis viri Domini Petri Poyllenni, prioris prioratus Valli Ste Marie et... grossavi et in hanc publicam formam redegi, que ipsa sagacitas. Cujus quidem note tenor talis est:

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum, cunctis

cunctis appareat evidenter, quod anno baptismo Incarnationis ejusdem Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto et die decima nona mensis martii (st.n. 1355, 19 Mars), coram me Petro Basdugni de Romanis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, et testibus infrascriptis: cum questionis materia verteretur et major verti speraretur inter religiosos viros dominos Petrum Loyllani, priorem prioratus Vallis Ste Marie, et fratrem Albertum Bertrandi, procuratorem, ut asserebat, dicte domus et conventus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, ex parte una; et Garinonum Fabri, burgensem Romanis, ex altera: super eo quod dicti domini prior et frater Albertus, nomine dicti conventus et prioratus atquibus supra nominibus, petebant a dicto Garinono ut recognosceretur ab ipsis tenere quasdam domos, sitas Romanis infra portam Soram, juxta furnum moutis Chorailli, quadam carreria intermedia, ex parte una; et juxta domum Saugrani Johannis de Coyllino, macellarii Romanis, ex altera; et juxta domum Andreoni a Vinacii, affanatoris Romanis, carreria publica intermedia, (ex altera); que domus, ut dicebant iidem domini prior et frater Albertus, quibus supra nominibus, tenerentur de eorum directo dominio, de cuius quidem quondam fuerunt Petri et Lagaroni Fabri, burgensium Romanis dicto Garinono Fabri ricente ac predictis minime tenere. Sed ad contemplationem et etiam amorem quem habebat erga dictum dominum priorem et ejus prioratum, quia, ut asserebat idem Garinonus, non intendebat quod dicte domus supra confinate tenerentur de dominio directo dicti domini prioris seu prioratus Vallis nec etiam dictorum Petri et Lagaroni Fabri quondam, sed in remunerationem predictarum domorum supra confinatarum, que domus faciebant, ut dicebant, dicti Lagarono et Petro Fabri quondam, septem denarios et unam gallinam census et canonis: et de relicuo omnes census, quos percipiunt dicti domini prior et conventus Vallis Ste Marie Romanis in pagesia et etiam infra portam Soram, tenentur a nobili Petro de Arlia, ut dicebant iidem domini prior et frater Albertus predicti.

Hinc est quod dictus Garinonus Fabri sciens et spontanea voluntate sua in remunerationem predictorum septem denariorum et galline predictis (sic),

dictus Gari-

dictus Garinonus ; pro se et suis, promittit et tradit, et habere vult perpetuo, dicto domino priori et fratri Alberto predictis prout supra stipulantibus et recipientibus, et mihi notario, stipulanti solempniter et recipienti nomine dicti prioratus et conventus ejusdem Vallis Ste Marie, sex denarios census et redditales, quos sex denarios census idem Garinonus, ut dicebat, percipit et percipere consuevit in quodam tenamento domorum et curtium, contiguarum, sitarum Romanis ibidem infra portam Tera, juxta domos superius confinatas, carreria intermedia, ex parte una : et juxta domum que fuit vocati Corrarii que modo est Petri de Arlia, ex altera : et juxta (tantillos) veteres ville de retro, ex alia. - Que domus et curtes sunt Stephani Gibellini, burgensis Romanis et fuerunt dicte domus et curtes Johannis Sauzina : quod tenementum et curtes ; et supra, tenentur de directo dominio dicte Garinoni sub canone dictorum sex denariorum, sine retrosendo alicujus domini : transportat, cedit et concedit idem Garinonus dicti priori et fratri Alberto predictis, quibus supra nominibus, et mihi notario, stipulantibus et recipientibus nomine dicti prioratus et conventus Vallis, pro se et suis, dictos sex denarios census et omnes jus et actionem, quod et quam habet, habebat et habere poterat quovismodo, dicto domini priori et fratri Alberto, recipientibus quibus supra nominibus ; cum pacto expresso de quicquam ulterius non petendo, vel sui, in dictis sex denariis transportatis, nec partis ipsorum. Mandat et precipit idem Garinonus, tenore hujus presentis publici instrumenti, Stephano Gibellini, qui dictas domos supra confinatas tenet de dominio directo dicti Garinoni sub censu dictorum sex denariorum, quatenus eidem domino priori et conventui Vallis recognoscat et perdum, et teneat, a data presentis instrumenti in antea, dictos sex denarios supradictos cum omni directo dominio et in emphiteosim. - Et vice versa dicti dominus prior Vallis et procurator predicti, quibus supra nominibus, transportant, guerpiunt, cedunt, quittant et remittunt eidem Garinoni Fabri presenti, stipulanti solempniter et recipienti . . . omne jus acquisitum, quod supranominatus, in dictis sex denariis et una galina super dictis domibus supra confinatis, etiam sine retrosendo aliquo eum omni directo

dominio

dominio et emphiteosim. Et promittunt bona fide, hoc juramento prestito, omnia attendere .. et nunquam contra facere vel venire. Etiam, promiserunt dicti domini prior et frater Albertus, bona fide, facere ratificari predicta, videlicet, transportationem per eos factam nobili viro Petro de Arlia, de cujus directo dominio, dicebant dicti domini prior et frater Albertus, mereri de retrofeudo dicti Petri de Arlia, videlicet dicti septem denarii et gallina, tabiles quod dicto Garinono nec suis aliquod retrofeudum, post et in dictis rebus dicti Garini supra confinatis, et teneri dictos XX denarios quod facit Stephanus Gibellini de retrofeudo dicti Petri de Arlia. — Promittentes bona fide, una pars alteri, stipulanti ut supra, predicta omnia attendere, observare et nunquam contra facere ... y mo custodire una pars alteram pars de omni evictione universali et particulari. Renunciantes dicte partes omni exceptioni dictarum transactionis, cessionis et omnium aliorum contrahentium in presenti instrumento, non factorum etc. .... Et fuit actum quod de predictis omnibus fiant duo publica instrumenta ad opus cujuslibet unius, quae possint dictari ad consilium peritorum, facti substantia non mutata. —

Datum Romanis in operatorio dicti Garinoni in platea, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus: Bonohomine Monistroli de Sancto Donato, Guillelmo Lamberti alias Vaus Logart, habitatore Romanis; et me predicto notario, qui huic omnibus, una cum dictis testibus, presens fui et hoc pretaxatum publicum instrumentum manu mea propria scripsi, signoque meo consueto signavi rogatus et requisitus tradidi. Ego vero Johannes Varnini de Montevenerio, Valentinensis diocesis, clericus, imperiali auctoritate notarius publicus et curie dicti domini officialis juratus, virtute commissionis mihe supra designate, hoc pretaxatum publicum instrumentum a quadam nota supra scripta extraxi, et facta per me diligenti collatione cum origine ali, in ea mea propria scripsi, signoque meo consueto signavi tabellionali rogatus fideliter et tradidi.

Postque, anno quo supra et die vicesima prima mensis martii (st. n. 1355, 21 Mars.) coram me predicto notario et testibus infrascriptis, nobilis vir Petrus de Arlia de Romanis, lecta sibi omnia contenta in presenti instrumento con-

trumento cessionem, superius contentam, omnia contenta in eodem, ad instantiam, mei notarii stipulantis et recipientis nomine dictorum prioris et Garinoni, ratificavit et emologavit, et per consequens approbat, emologat et confirmat in quantum eum tangit, et quittat ipsum, hiquem Rabibat et habere (Rabbat) in omnibus dicti Garinoni supra confinatis; retento per eum, fructus, quem tradit dictis Garinonis dicto priori, sed den ariorum, quos facit Stephanus Gibellini. Et vult quod de predictis omnibus conficiam dicto Garinono et priori quibus supra nominibus, publicum instrumentum. Datum Romanis in operatorio quam ego notarius inhabito, in platea Romanis, presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: discreto viro domino Tuvano Eulati, curato ecclesie beati Barnardi de Romanis jurisperito, Romanono Rocholani, et me predicto notario, qui hiis .etc... ut supra. Ego vero Johannes Varnini ..etc... ut supra. — (Magnat: V. pag. 37-40). —

145.- (1355. st.n.). 1354, 19 Mars. — Différentes reconnaissances en faveur du V al Ste Marie pour des maisons à Romans. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter: In presentia mei Petri Bauduyni de Romanis clerici, auctoritate imperiali notarii publici et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, tenementarii infrascripte tene amphiteote omnes scilicet, singulariter singuli, sciente, prudentes et spontanei, non vi, non dolo, non ab eis inducti nec aliqua machinatione circumventi, set sua mera et spontanea voluntate, cupientes etiam pure et mere aquietare veritatem: confessi fuerunt publice et in anifestis recognoverunt, aliqui per juramenta sua in manu mei prenominati notarii ab eis dem super sancta Dei evangelia corporaliter prestita; aliqui vero bona fide loco juramenti interposita, promiserunt quod heredibus et successoribus universis, ad instantiam, petitionem et requisitionem mei predicti notarii ad instantiam religiosi viri fratris Alberti Bertrandi, fratris Donate et sacerdotis, ordinis Cartusiensis, et procuratoris prioratus Valli Ste Marie, ejus

Marie, ejusdem ordinis, patentis et stipulantis et sollempniter recipientis nomine
+ discreti viri domini Petri Poyllani, prioris prioratus Vallis Ste Marie et ejus conventus,
et mei notarii predicti, stipulantis etiam, solempniter et recipientis nomine dictorum
+ domini Petri Poyllani prioris predicti et conventus ejusdem prioratus: tenere,
et tenere velle et debere tenere in emphiteosim, et tenere et possidere contiterunt
a dicto domino priore Vallis et ejus conventu, et de directo dominio et seignoria eorum-
dem, tam de quam earum personarum a quibus causam habuerunt: tanquam et pos-
sessiones a dicto priore et prioratu, quam ab aliquibus personis a quibus causam ha-
buerunt, res et possessiones infrascriptas, sub annuis censibus et canonibus infrascriptis
nominatis. Et est (in tantum) quod ego met notarius recepi et grossavi terrarium
magnum censuum Ville Romanis pertinentium dicti domini prioris et ejus prio-
+ratus, tamen isti emphiteote nominati in presenti terrario non recognoverunt... que
+ fuerunt facta per prefatum dominum priorem Vallis, videlicet per dominum Petrum Poyllani
acquisita census a Paganica, acquisita ab Henrico Nicolati et Petro de Arlia, et etiam aliqui
alii census dicti prioratus:

1a. Primo Henricus de Victoriis, notarius Romanis, alias Nicolat confessus fuit per
juramentum suum, se tenere, tenereve velle et debere tenere in emphiteosim ac de directo
dominio et seignoria dictorum domini prioris et conventus prioratus Vallis Ste Marie
predicti, et tutor et tutorio nomine Guiguonati Grassete, nepotis sui, et nomine Catherine,
filie sue ipsius Henrici, quasdam casas ipsorum liberorum, quas percipiunt Romanis
versus Paganicam, in quadam curte, et in cipiunt in domo Peloreini: videlicet perci-
piunt dicti liberi decem solidos canonum et censuales, quos eidem faciunt tenementarii
infrascripti super domibus infrascriptis:

1o Videlicet Bonafemina Peloreina pro domo sua, sita in Paganica, juxta ortum
18 d. Jaquemate, filie Armanni Gibalini quondam burgensis Romanis, decem et octo denarios (Canonum seu censuales)

2o Parononus Vilaris alias dictus Rebata, affinator Romanis, pro domo sua, sita Pag-
anica, juxta domum dicte Bonefemine Peloreina, videlicet pro tribus partibus dicte domus
12 d. novem denarios; Et dicta Bonafemina, pro quarta parte ipsius mei domus, tres denarios.

3o Item Dominus Guigo Macellarii, canonicus ecclesie beati Barnardi de Romanis, pro
domo sua, sita ibidem in Paganica, juxta domum dictorum Parononi Vilaris et Bonefemine
Peloreina

12.d. Petrina, 12 denarios canonales seu censuales.

4° Item, Aymarus Escofferii, affanator Romanis, pro quadam domibus suis, sitis ibidem in Lagania, in violo predicto, juxta quandam aliam domum ipsius Aymari, duos solidos census

3.4.d. seu canonis et quatuor denarios.

5° Item, Armanonus Grangerii alias Chardonayl, affanator Romanis, pro quadam domo, que est sita ibidem in dicto violo; que domus est Johannete, uxoris sue, sororis

14.d. Aymari Escofferii, juxta domum dicti Aymari Escofferii predicti, quatuordecim, denarios census (seu canonis.

6° Item magis dominus Guigo Macellarii, canonicus predictus, pro quadam alia domo

12.d. sua, sita ibidem, juxta domum Armanoni Grangerii seu ejus uxoris, duodecim, denarios census (seu canonis.

7° Item, Petronetus Beraudi, affanator Romanis, pro domo sua, sita ibidem in Lagania, juxta domum domini Gregorii Macellarii canonici predicti, duodecim, denarios censuales seu canonis.

Et est sciendum quod, pro censibus predictis, faciunt dicti liberi et facere consueverunt eorum predecessores, et idem Henricus confitebatur, quo supra nomine, duos solidos canonis ipsi domino priori et prioratui Valliis Ste Marie predicte, pro censibus qui fuerunt Petri Fabri quondam burgensis Romanis. Et quando vendunter aliqua possessiones, una vel pluries, ex dictis domibus supradictis, dicti liberi percipient medietatem laudimiorum et venditionum seu usagiorum; et dicti domini prior seu conventus Valliis tertiam partem. — Actum et datum Romanis, in platea, in operatorio quem tenet magister Petrus Bernini notarius, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto et die decima nona mensis martii (st.n. 1355, 19 Mars), presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: magistro Petro Bernini notario Romanis, Petro de Serra affanatore habitatore Romanis et me Petro Baudeyni. —

16.2ª (1355. st.n.) 1354, 21 Mars. — Etienne Gibelin, bourgeois de Romans, reconnait tenir du Val Ste Marie un tènement de maisons au delà eut de la porte de Fer, sous le cens annuel de 6 deniers. — (Le titre est donné — fait partie du doc. précédent).

Item, Stephanus Gibelini, burgensis Romanis, confessus fuit ... se tenere in emphiteosim et de directo dominio ... domini prioris Valliis et ejus conventus, quoddam tenementum domorum cum quadam curte contigua, situm Romanis infra portam Tarrani. Et confrontatur juxta domum Petri de Arlia, que fuit vocati Carreyar quondam, ex parte una: et juxta muros veteres? ville versus retro, ex altera: et juxta domos Garinoni Fabri, carreria

carreria intermedia, ex alia: sub annuo canone 1 ob denariorum, ipsi domino priori... solvendorum. ... Quod tenementum fuit Johannis Saigine q. quondam burgensis Romanis ... et tenebatur de directo dominio Fabri, burgensis Romanis ... qui dominium, directum, transportaverat dicti tenementi in dictum, Marinum, priorem Valeis... ut stat nota per manotarium, recepta sub data a. dni M.CCC.L.III (sic) et die XIX mensis martii (c'est 54) (c'est 1355, 19 mars; voir plus haut n° 144). — ... Datum Romanis in operatorio dicti Garinoni Fabri anno Domini M.CCC.L.IIII° et die vicesima prima mensis martii (Ital. 1355, 21 Mars); presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: Stephano Bergondionis, burgensi Romanis, et vocato Pagano clerico de Romanis et me Petro Bandi notario publico.

6° Item do et lego hospitali sancti Anthonii Viennensis tres grossos turonenses argenti semel tantum.

7° Item do et lego hospitali beate Marie de Podio tres grossos turonenses argenti semel tantum.

8° Item do et lego hospitali Spiritus sancti tres grossos turonenses argenti semel tantum. -

9° Item do et lego conventui Fratrum Minorum Cristi unum florenum auri semel tantum.

10° Item do et lego conventui Fratrum Minorum de Romanis 6 grossos turon. semel tantum.

11° Item do et lego sex sestaria frumenti et sex sestaria siliginis, in duabus dictis fornerizatis seu caldatis infra annum post obitum meum, semel tantum, et erogentur pauperibus Christi.

12° Item do et lego maritum, duorum confratrum confratrie sancti Spiritus, sol-
-vendum, annis singulis, per heredem meum universalem in hac scriptum cum dicta confratria. Et ubi fierat dicta confratria, quod maritum dictorum duorum confratrum detur pauperibus Christi. -

Item volo et ordino

13° Item volo et precipio, quod, quolibet anno, die jovis ante Ramos Palmarum, fiat in monasterio Lyuncelli unum anniversarium, pro quo obligo molendinum et pratum meum, simul contigua, juxta aquam Lyoune.

14° Item volo quod die sepulture mee sacerdotes, crucem, dominos monachos, convocentur et cuilibet detur duo grossi turonenses argenti; et totidem, in trecenario meo et solvatur eis ut supra. —

15° Item, do et lego Mariete, filie mee, monache monasterii sancte Tecle de Romanis, ad vitam suam, quolibet anno, quatuor florenos auri, solvendos eidem per heredem meum universalem infrascriptum; et dictam Mariotam, filiam meam, michi heredem instituo et volo quod pro bonis dotalicis sit contenta et michil amplius petere possit in eisdem nec debeat in judicio vel extra, de jure vel de facto; et in casu in quo heres meus universalis infrascriptus decederet sine herede legitimo, volo quod super bonis meis habeat plures sex florenos auri, quos lib et annuos, dum vixerit.

16° Item, do et lego Juliane, filie mee, duodecim viginti (240) florenos auri, duas rambas confetentas et unum lectum, seu valorem, solvendos dicte Juliane postquam contraxerit, quolibet anno viginti florenos auri per heredem meum universalem infrascriptum; et in predictis dictam Julianam michi heredem instituo et volo quod pro bonis dotalicis sit contenta de bonis meis et michil amplius petere possit nec debeat in eisdem, in judicio vel extra, de jure vel de facto. Et si dicta Juliana decederet sine herede legitimo a suo corpore procreato, vel heres suus legitimus, volo quod predicta per me sibi donata revertantur ad heredem meum universalem, infrascriptum.

17° Item, do et lego Johanne, filie mee, duodecim viginti (240) florenos auri duas rambas confetentas et unum lectum, seu valorem, solvendos dicte Johanne postquam contraxerit cum aliquo, videlicet quolibet anno viginti florenos auri, per heredem meum universalem infrascriptum. Et in predictis dictam Johannam michi heredem instituo et volo, quod pro bonis sit contenta de bonis meis et michil amplius petere possit vel debeat in eisdem, in judicio vel extra, de jure vel de facto. Et si dicta Johanna decederet sine herede

legitimo

legitimo a suo corpore procreato, vel heres suus legitimus, volo quod predicta per me sibi donata revertantur ad heredem meum universalem infrascriptum, et eo non existente, ejus legitimam prolem.

18° Item, do et lego Alicie, filie mee, duodecim viginti (240) florenos auri, duas rambas competentes et unum lectum seu valorem, solvendos eidem Alicie postquam contraxerit cum aliquo, videlicet quolibet anno viginti florenos auri per heredem meum universalem infrascriptum. Et in predictis dictam Alisiam michi heredem instituo, et volo quod prohiis sit contenta de bonis meis et michi amplius petere possit vel debeat in eisdem, in judicio vel extra, de jure vel de facto. Et si dicta Alicia decederet sine herede legitimo a suo corpore procreato, vel heres suus legitimus, volo quod predicta per me sibi donata revertantur ad heredem meum universalem infrascriptum et, eo non existente, ejus prolem legitimam.—

19° Et cum Sibilla, uxor mea, sit pregnans et habeat filium vel filiam et pervenient seu perveniant ad lucem, volo quod heres meus universalis infrascriptus ipsum vel ipsos faciat doceri in clericalibus quousque sit vel sint sufficienter; et postmodum ipsum vel ipsos tenere faciat ponere in ordine, et quod ipse vel ipsi habeant legitimam portionem sibi de jure debitam et competentem. Si vero habeat filiam vel filias et pervenient ad lucem, cuilibet ipsarum do et lego duodecim viginti florenos auri, duas rambas competentes seu valorem, solvendos filie vel filiabus, cuilibet ipsarum, quolibet anno postquam contraxerit vel contraxerint viginti florenos auri, et in predictis ipsam vel ipsas michi heredem vel heredes instituo; et prohiis ipsam vel ipsas volo esse contentas de bonis meis, et michi amplius petere possint nec debeant, in judicio vel extra, de jure vel de facto. Et dicti filius vel filii, filia vel filie nascituris, nascituri, nascitura vel nascituri decederent seu decederunt sine heredibus legitimis a suis corporibus procreatis volo quod predicta per me sibi donata revertantur ad heredem meum universalem infrascriptum et eo non extante, ejus prolem legitimam.—

20° Item volo et dico quod Sibilla, uxor mea, sit domina, tutrix et gubernatrix omnium bonorum et liberorum meorum, dum vixerit et viduam servaverit viduitatem, et sine consulto reddendo alicui persone de mundo.—

Item confes

Item confiteor me recognosco quod sex tasie argenti et sex coclearia argenti fuerunt sibi data et data apud Avinionem, quas et quae volo quod de ipsis ipsa Sibilla, uxor mea, facere possit et habeat ad suam omnimodam voluntatem tanquam de re sua propria. — Item confiteor me habuisse et recepisse a dicta Sibilla, uxore mea, seu ab alio ejus nomine et pro ea solvente, de tribus centum florenis auri michi constitutis pro dote sua per nobilem Guillelmum de Flandria alias Salvage, patrem suum quondam, quatraginta florenos auri, et plus septem viginti (140) florenos auri, pro quibus obligavit michi certos census quos percipiebat in parochia Ste Martini de Colonello. — Item confiteor plus habuisse et recepisse a dicta Sibilla, uxore mea, quinquaginta florenos auri, quos posuit in hospicio meo, in negociis hospicii predicti. — Et si contingeret quod dicta Sibilla, uxor mea, concordare non posset cum herede meo universali infrascripto, quod eo tunc ipsa Sibilla habeat et percipiat super bonis meis, quolibet anno, dum vixerit et vitam vixerit vidualem, decem sestaria frumenti, sex sommatas vini puri, et sex florenos auri.

+ In ceteris omnibus bonis meis facio, constituo heredem generalem et universalem Aymarum, filium meum, et volo et eidem precipio ut clamores meos det et faciat in pace et sine lite, et helemosinas meas et legata solvat integre, facilicet et quicte. — Item, volo et precipio quod si dictus heres meus universalis sine liberis legitimis de suo corpore procreatis, vel heredes sui, decederet ab hac vita, volo et ordino quod filius vel filii nascituri ex ventre dicte Sibille, que est pregnans, heredem vel heredes michi instituo. Et si contingeret ipsam Sibillam habere filium vel filias, volo quod hereditas mea perveniat ad dictam Juliànam filiam meam. — Et si dicta Juliana vel ejus heres decederet sine herede legitimo a suo corpore procreato, substituo eidem vel eidem dictam Johannam sororem suam. Et si dicta Johanna decederet, vel heres suus, sine herede legitimo a suo corpore procreato, substituo sibi dictam Aliciam sororem suam. Et si dicta Alicia, vel heres suus, decederet ut supra, substituo sibi dictam filiam vel filias nascituras. Et si omnes heredes mei universales et substituti decederent quandocumque

quandocumque sine herede vel heredibus legitimis a suo corpore procreatis, volo, ordino et substituo Sabillam, uxorem meam, meam heredem universalem, dum vitam suam et dum fuerit in humanis; et post ipsam volo et ordino et substituo Viennam, sororem meam, mihi heredem universalem ad vitam suam et non ultra. Et post ipsam Viennam, dono et concedo omnia bona mea quecumque monasterio Vallis Sancte Marie supradicte, pro remedio anime mee, parentum et benefactorum meorum. Et casu adveniente, quod bona mea perveniant ad dictum monasterium, volo et ordino quod domini monachi dicti monasterii teneantur et debeant facere et construere in ecclesia dicti loci unum altare sive capellam, in quo altari teneantur celebrare missas qualibet die et crassere ordinem de uno monacho, qui ibidem servire teneatur, vel alter ipsorum, pro remedio anime mee, patris et matris meorum. —

Item, volo quod si quis testamentum meum infringere seu contrarie voluerit, si quid legavero eidem, illud casso, revoco et annullo. Hujus autem testamenti mei meum cupativi seu mee ultime voluntatis executores meos facio et constituo religiosum virum dominum Priorem Vallis Ste Marie in Royans, dominum Petrum Bodoyni monachum Lyucelli, et nobilem Dalmatium de Flandeni, quibus et cuilibet ipsorum do plenam et liberam potestatem omnia bona mea tangendi et occupandi et faciendi omnia que meum testamentum nuncupativum seu mea presens ultima voluntas adimplenda requisierit faciendum; et quod heres meus universalis de bonis meis non se intromittat sine voluntate dictorum executorum meorum. — Si vero aliud testamentum sollempne vel nuncupativum seu aliam ultimam voluntatem meam in scriptis vel sine scriptis feci sive constituo, illud vel illam casso, revoco penitus et annullo; volens quod procassatis, revocatis et annullatis penitus habeantur; ita quod primum nullam obtineant valoris firmitatem presenti testamento meo in suo robore permanente. Hoc autem testamentum meum nuncupativum meam ultimam voluntatem volo, unicam, et perfectam, omnibus aliis revocatis: quam valere volo jure testamenti nuncupativi perfecti vel imperfecti. Quo jure si valere non poterit, volo quod valeat jure codicillorum; quo jure si valere non poterit, volo quod valeat jure hereditatis; quo jure si valere non poterit, volo

quod valeat

quod valeat donatione facta causa mortis; quo jure si valere non poterit, volo quod valeat donatione pura, quisit et dictus intervivos; quo jure si valere non poterit, volo quod valeat jure et ratione cujuslibet ultime voluntatis, aut eo jure et juribus, quo et quibus melius valere poterit et debebit; et si non valet (cui?) secundum leges, saltem valeat secundum canonicas sanctiones. Et rogo omnes testes, qui huic presenti testamento sunt et fuerunt presentes, ut de predictis perhibeant testimonium veritatis, cum super hoc fuerint requisiti. Nemon precipio et injungo tibi notario infrascripto, ut heredi meo universali, ad requisitionem ejusdem, tradas et facias unum publicum instrumentum et cuilibet legatariorum meorum, duplum, pro ea facientem, tradas et in forma publica redigas, cum per eos fueris requisitus. Volo et concedo, ego testator predictus, propria voluntate mea, quod si in presenti testamento meo seu in quolibet ejus parte, aliqua dubia vel obscura, de jure vel de facto, inveniatur (inveniri?) seu invenire (inveniri?) possint (possit), quod ea declarentur, intelligantur seu interpretantur pro parte et ad utilitatem heredis mei universalis predicti; et quod si aliquis defectus dictaminis vel scripturam in presenti testamento inveniatur seu invenire possit, quod illa defectus, de requisitionem dicti heredis mei universalis, possit suppleri et compleri et presens testamentum de novo refici, corrigi, dictari, emendari et meliorari tenet et plurias, consilio jurisperitorum, salvo tamen substantia non mutata.

Actum apud Sandam Martinum de Colonello, in capella Sti Spiritus, presentibus testibus: Ponzio de Charrone, Martino Blacha, Durando Peychons, Petro Peychons, Johanne et Martino Ruffis, fratribus, Jaquemeto Ballegra. —

Postque, Anno quo supra et die secunda mensis Augusti, (1361, 2 Août), in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, Guillelmus Charbonnelli, de Flandenis, parochie supradicte, sanus mente et in bona ejus tenu memoria, per Dei gratiam, licet sit eger corpore, ultimam, voluntatem suam et extremam dispositionem suam fecit per modum codicillorum, ut infra sequitur:

1° Inprimis testamentum suum, scriptum manu mei notarii infrascripti, confirmavit et voluit et expresse precepit plenam, roboris firmitatem, obtinere, exceptis illis que in hiis presentibus codicillis dicet vel mutabit. — Item dedit et legavit Alisie, filie sue, inter omnia, tercentum florenos auri pro dote sua, solvendos eidem, quolibet anno, viginto

viginti florenos auri, postquam contraxerit. — Item, dedit et legavit Humberto Matthei famulo suo, ultra salarium suum, quatuor florenos auri, et maliorem capucium suum et mantellum suum simplicem, ac unam cotam suam, in remunerationem servicii et bone visitationis per ipsum Humbertum facti et facte in infirmitate Sebille, uxoris sue et etiam in infirmitate sua; et quod predicta eidem Humberto solventur per heredem suum universalem, et anima sua non remedat onerata nec etiam dolenta. Hanc autem scripturam voluit et precepit dictus testator esse suam ultimam voluntatem et extremam dispositionem, quam valere voluit et precepit jure codicillorum et omni eo jure et ratione, quo et quibus melius valere potest et debebit secundum leges vel secundum canonicas sanctiones. — Actum apud Flandreis, in domo heredum Dalmacii de Flandreis, presentibus testibus: fratre Petro de Mota converso domus Vallis Ste Marie, Guillelmo Agnelli, Guigone Grella, domino Johanne Brisardi capellano... ... et de Flandreis, Drevono Brayna et me Jacobo de clerico, publico imperiali auctoritate notario, qui predictis omnibus, una cum dictis testibus, interfui hoc presens publicum instrumentum scripsi, signoque meo solito signavi et tradidi in robur et testimonium premissorum. Signatum, fuit quantum concernit legatum factum domino Cartusiensibus. —

(Magnat. V. pag. 61–66, le dernier de cahier 5.)

---

166. — 1362, 4, octobre. — Peronon Beraud, affanator de Romans, reconnaît tenir du Val Ste Marie une maison située à Romans en la Bastide, sous la cens annuel de 2 deniers. —

Item, anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo et die quarta mensis octobris (1362, 4, oct.) Coram me Petro Baudugni de Romanis, Vien. dioc. auctoritate imperiali notario publico et testibus infrascriptis, Peronones Berardi alias dictus Marparius, affanator Romanis, in Bastida, sciens prudens et spontaneus, bene advisus et consultus in hujusmodi facto, ut dicebat et prout ex verbis ipsius manifeste perpendi potuerat tunc et notarii, confessus fuit publice et manifeste recognovit, ad instantiam petitionem et requisitionem mei supradicti notarii publici, ut pro una publica recognitionis, stipulantis solempnitate vite, nomine et vocibus discreti et religiosi viri domini Guillelmi de Monte Arato, prioris prioratus et conventus Vallis Ste Marie, ordinis cartus.

ordinis cartusiensis, se tenere .. in emphiteosim perpetuam, quamdam meam domum, sitam Romanis in Bastida, juxta domum Guillelmi de Grandis, filii quondam Bertoli de Grandis burgensis Romanis, ex parte una; et juxta domum Stephani de Viridario alias dictum Balma, monachi habitatoris Romanis, ex altera; et juxta quamdam aliam domum ipsius Peronoti Berardi recognoscentis, ex altera; cum suis aliis confinibus; ac de directo dominio et seignoria supradictorum domini prioris, prioratus et conventus Valetis; et hoc per juramentum meum, proprium, super sancta Dei evangelia in manibus mei infrascripti notarii corporaliter tacta; sub annuo canone decem denariorum, ipso domino priori et prioratui et conventui Valetis Ste Marie predictum, Peronotum, ejus dictam domum, amodo quolibet, perpetuo, prout solvuntur canones et census in villa Romanis, sub obligatione dicte domus. Et promisit et alteriis recognoscere dictam domum supradictis domino priori et conventui aut suis procuratoribus, dum per aliquem ex ipsis fuerit requisitus, de quibus universis et singulis supradictis dictus Peronotus petivit et voluit per me infrascriptum notarium, publicum fieri instrumentum, dicti domini prioris et conventus supradictis.

Actum et datum Romanis, anno et die supradictis, in domo habitationis Romanini Rocholani versus fontem Romanis, presentibus ad hoc vocatis et rogatis testibus, Guymato Bonali manuglerio ecclesie beati Bernardi de Romanis, Matheo Serre carrerio habitatore Romanis versus fontem; et me predicto notario, qui hiis omnibus .. presens fui .. etc ...

(Magnat V. pag. 43-44 - c'est la 4e reconnaissance des n°s 153 et 154. - Les trois suivantes étant du même document, en tout semblables pour la forme et du même notaire, j'abrégerai.).—

---

167. — 1362, 4. Octobre. — Le même Peronon Berard reconnaît tenir du Val Ste Marie une autre maison, voisine de la précédente, en la Bastide, sous le cens annuel d'un denier.

Item magis, dem Peronotus Berardi alias Marparin, a 20 ni 1362, 4 oct, confessus fuit .. se tenere in emphiteosim perpetuam, et de directo dominio et seignoria

+ seignoria prefati domini Guillelmi de Monte Areto, prioris Valcis, prioratus et conventus ejusdem . . . quandam aliam domum suam ipsius Parochie . . . sitam Romanis in loco dicto in Bastida, juxta domum Monete Marpaysii affanatoris Romanis, ex una parte : et juxta domum Stephani de Viridario alias Balma, monarii habitatoris Romanis, ex altera : et juxta domum ipsius Parochie . . . supra recognitam, ex altera : . . . sub annuo canone unius denarii etc ut supra. —

(Magnat. V. pag. 44. — la 5e des nos 153 et 154). —

---

168. — 1362, 4. Octobre. — Pierre Brunet, bourgeois de Romans, reconnaît tenir de Val Ste Marie une maison située à Romans, in Paganis, sous le cens annuel de 8 deniers. —

Item Petrus Brunetti, burgensis Romanis, filius quondam Johannis Brunetti . . . anno Dni 1362 et die 4 octobris . . . confessus fuit . . . ad instantiam discreti et religiosi viri domini Guillelmi de Monte Arato, prioris et prioratus et conventus Valcis Ste Marie . . . tenuisse . . . in emphiteosim perpetuam, et de directo dominio et seignoria . . . prioratûs V. V. Mis . . . quandam domum suam, sitam Romanis in Paganis, juxta domum Bonfoti Serrii, affanatoris Romanis in Paganis, ex parte una : et juxta domum Perrini Chomont alias dictum Gros Cor, corvesarii, quondam viceto intermedio, ex altera : et juxta domos heredum Francisci Audoardi, notarii quondam Romanis, ex altera . . . sub annuo canone et censu octo denariorum . . . . Cum pro testatione tamen facta per dictum Petrum Brunetti, quod si in hac presenti sua recognitione plus vel minus recognovit quam debuit, quod non sit ei aliquod prejudicium seu damnum ; sed semper possit melius recognoscere. Mme protestation que prieure . . . Actum et datum Romanis, anno et die supradictis, in operatorio quod tenet in platea dictus Petrus Brunetti . . . testibus : discreto viro domino Johanne Ruasoli, canonico Ste Felicis Valentie, priore Cassandi prope Alexianum, Jaquemono Vivien alias dictum Pas Cholet, affanatore Romanis in Chapelletis, et me predicto Petro Baudeyni notario publico, qui hiis omnibus universis et singulis, dum sic agebantur, una cum predictis testibus, presens fui et hoc presens publ. instr. manu mea propria scripsi signumque meum (signavi) consuevi.

Magnat. V. pag. 44-45. — la 6e et dernière des nos 153 et 154). —

---

169. (1363. stm.) 1362, 3 Janvier. — Le Prieur du Val Ste Marie D. Guillaume de Montaret donne en albergement perpétuel, à Guillaume Cholet et à ses fils Jean, deux maisons contigües, sises à Romans in Pagania, moyennant 15 florins d'or d'intrage, 2 sols de cens et un florin d'or de pension annuels. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno ejusdem, millesimo quatercentesimo (sic, il y a certainement une faute, c'est ter centesimo. Le nombre du prieur en est la preuve) sexagesimo secundo, indictione prima (l'indiction 1re est bien celle de 1363, tandis que l'indiction de 1462 (stm. 1463), 3e année serait la XIe), et die tertia mensis januarii: Coram me publico notario et testibus infrascriptis, religiosus vir dominus Guillelmus de Monthareto, prior Valliis Ste Marie ordinis cartusiensis, Lugdunensis et Viennensis, tam et prioratus predicti nomine accensavit et albergavit ac, titulo pensi perfecti et irrevocabilis accensamenti, tradidit seu quasi, cessit pariter et remisit Guillelmo Cholleti et Johannis ejusdem filio, presentibus, stipulantibus et pro se et suis heredibus et successoribus quibuscumque acceptantibus et recipientibus, duas domos sitas Romanis in Pagania, in vicolo Pelorcini; que domus sunt contigue, dicto vicolo intermedio. Quarum una sita est juxta domum Gonneti Bonardi et juxta domum Aymari Scofferii, et alia sita est juxta domum heredum Johannis Pelorcini et juxta domum Aymarii Scofferii et juxta dictum vicolum, cum suis aliis confinibus: cum ingressibus, egressibus, regressibus et appenditiis dictarum domorum quibuscumque ad habendum, tenendum, possidendum, inhabitandum, locandum, vendendum, donandum, permutandum, alienandum et quicquid dicti Guillelmus pater et Johannis filius et suis placuerit perpetuo faciendum: sub pensione seu censu annuo, cum omni directo dominio, duorum solidorum censualium et unius florini auri, pro annua pensione sine aliqua directo dominio; item et quindecim florenos auri pro introgiis et nomine introgiorum, bonis auri et finis et ponderis legitimi. Quos quidem quindecim florenos auri dictus dominus prior, ad petitionem dictorum Guillelmi et Johannis ... confessus fuit ... se habuisse et realiter recepisse ab eisdem .... Et quibus .. ipsos et suos quittat, liberat penitus et absolvit, cum pacto expresso de non quicquid

quicquid ultramus petendo .... Verum si plus valeat dicta domus accensata ... bona illud plus .. dictus prior ... dat, donat ... dicto patri et filio ... cedens pariter ... omnia jura ... omnesque actiones .... que et quas ... habet in dictis domibus ... nichil sibi retinens .. nisi directum dominium ... et duos solidos censuales et dictum florenum auri pro annua pensione .... Constituens ... dictos patrem et filium ... veros dominos, veros possessores ac procuratores dictarum domorum ... investiensque dictus prior ... dictos patrem et filium ... per traditionem unius baculi .. manualis, retentis tamen semper directo dominio dictis decem solidis censuis et floreno auri pro annua pensione. Promittens etc. formulas ordinarias ... Dictus vero pater et filius ... promiserunt ... sub obligatione dictarum domorum solvere et reddere, quolibet anno, perpetuo, in festo omnium sanctorum, dictos duos solidos censuis et dictum florenum pensione dicto prioratui ... hypothecando se ... etc ... Actum et datum, Romanis in domo Valliis Ste Marie predicte, presentibus testibus : Michaele Bochonis affanatore Romanis, Guillelmo Chinardonis ... et Johanne Pachonis de Ste Martino de Colonello in Royanis ; et me Petro Caperii clerico, habitatore Romanis, Viennensis diocesis ... notario .. qui premissis omnibus .. presens fui et etc.

(Maguat. II. fag 63-65). —

170.— (1363. st.n.) 1362, 2 Mars. — Guillaume de Grandis, bourgeois de Romans, reconnait tenir du Val Ste Marie une maison située à Romans en la Bastide, sous le cens annuel d'une obole. —

Item, anno Domini 1362 et die 2a mensis martii, (st.n. 1363, 2 Mars), coram me Petro Barduyni ... Guillelmus de Grandis, burgensis Romanis, filius quondam Boutosii de Grandis burgensis Romanis, viens ... confessus fuit ... se tenere ... in emphiteosim perpetuam et de directis dominio et seignoria ... prioratus Vallis ... quandam suam domum, ipsius Guillelmi, sitam Romanis in Bastida, juxta domum Guillelmi Chapuis, ab una parte : et juxta domum Stephani Gibelini, burgensis Romanis ex altera : et juxta domum Perronis Berardi alias Marparin, affanatoris Romanis, ex altera parte ... sub annuo canone unius obboli solvendi ... prioratui, perpetuo, singulis annis .... Et protestatus fuit dictus Guillelmus ... quod si dicta domus

recognita

recognita plus faceret dicto domino priori Valliis ... quod et paratus plus recognoscere. De quibus omnibus supradictis dictus Guillelmus concessit dicto domino priori, licet absenti, per me sibi fieri unum vel plura publica instrumenta. — Datum Romanis, in platea clericorum, anno et die supradictis, presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: Guillelmo Coyllonis notario Romanis, Aymaro Escofferii, affanatore Romanis in Laganea, Guillelmo de Grandis, filio Stephani de Grandis, et me predicto notario ...

(Magnat. V. pag. 42-43. — La 3e reconnaissance est n° 153 et 154). —

---

171. — (1364. st.n.). 1363, 12 Janvier. — Garin Fabri, bourgeois de Romans, vend, pour 21 florins d'or, à Françoise Babuey et à son fils Dreron, un champ d'environ 3 émines de terre, situé en la Chorachia. — Est de la directe de l'archevêque de Vienne auquel il fait 3 quartals de froment de cens annuel. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, indictione secunda et die duodecima januarii (st.n. 1364, 12 Janvier), coram me notario publico et testibus infrascriptis, Garinus Fabri, filius Garini Fabri burgensis Romanis, sciens ... vendidit et titulo pure, perfecte, simplicis et irrevocabilis venditionis, habere voluit et concessit ... Francechie Babuey a et Drevono, ejus filio, affanatoris Romanis, presentibus, ementibus nominibus suis et Johannis, filii ejusdem Francesie, fratris dicti Drevonis et ... et michi notario ... stipulanti sollempniter et recipienti nomine, vice et ad opus ejusdem Johannis: quendam campum continentem circa tres eminas terre, situm in loco dicto en la Chorachia, juxta campum domini Tagnardi Arthaudi, militis, ex una parte: et juxta campum Vocati Barbaric, ex parte altera: et juxta campum et vineam, prioratus de la Val, ex altera: et juxta iter publicum, per quod itur de Romanis versus Clapiacum, ex parte altera, cum suis aliis certis confinibus, ingressibus, egressibus, juribus et pertinentiis universis, ad habendum, tenendum ... et quicquid eisdem emptoribus deinceps perpetuo placuerit faciendum: precio et nomine precii viginti unius florenorum auri, bonis auri, justi ponderis dalphinalis. Quod precium predicte Francechie et Drevonus ... predicto Garino ... tam in bonis florenis auri, quam in moneta

in moneta argenti numerati, tradiderunt etc... toutes les formules usuelles... ... Dupestiens se et nos de dicto campo ~~expletavisse~~ confitebatur... dictus Garinus in manu mei notarii ... recipientis... ad opus dictorum emptorum et domini nostri Viennensis archiepiscopi, de cujus dominio directo dictus campus tenetur... tali annuo censu trium quartalium frumenti, ad mensuram ballanci per traditionem unius baudi... Rogans dictum dominum nostrum Viennensem archiepiscopum seu bajulos ejusdem quatenus dictos emptores de dicto campo... in ejus tenuta et retinentia investitos... Remittens etc... Renuntians etc...

Acta fuerunt hec Romanis, in operatorio dicti Garini Fabri, presentibus ad hec vocatis testibus: Richardo Disdarii, Michalono Obodi, Guigoneto Disdarii, effanatoribus Romanis, et me Johanne Turrachelli de Romanis, Vienn. diocesis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus unacum dictis testibus, presens fui et hoc presens verum et publicum instrumentum in notam recepi manuque mea propria scripsi et signo meo consueto signavi rogatus et tradidi. — (Magnat. IV. pag. 29—31.) —

---

172. — (1364. st.m.). 1363, 23 Février. — Jean d'Hautarive, bourgeois de Romans, et cellerier de l'archevêque de Vienne, reconnaît avoir reçu de Françoise Babuay et de son fils André du champs à eux vendu pour 21 florins d'or par Garin Fabri, le 12 Janvier 1364; livre ledit champ au prieuré de l'église Ste Marie, à Guillaume de Montaret, pour le même prix, qui est donné aux premiers acheteurs. —

In nomine Domini nostri Jesu Christi, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, indictione secunda, die vicesima tertia mensis februarii, (st.m. 1364, 23 févr.), coram me notario publico et testibus infrascriptis. Cum hoc sit quod Andreas Babuays, effanator Romanis, et Francesia, ejus mater, emerint pro se et suis, et tutele pure emptionis nupser habuerint quadam die (12 Jan.) de anno presenti, de Garino Fabri, filio Garinoni Fabri burgensis Romanis, quendam pecium terre continentem circa duas sestariatas 3 d. imp. terre, istam

sitam, versus Chaurachiam, juxta terram domini Jacobi Arthodi, militis, ex una parte: et juxta terram prioratus Vallis Ste Marie in Royanis, ex tribus partibus, ex altera, ... precio et nomine precii viginti unius florenorum auri ... ut constat quadam nota recepta per Johannem Carruchelli, notarium publicum; que terra tenetur et est de directo dominio Domini nostri Vienne archiepiscopi, sub annuo censu trium quartalium frumenti, ad mensuram Bassan; et ipsam terram Johannes de Alta Rippa, burgensis Romanis, callararius domini nostri L. de Vilars, archiepiscopi et comitis Valentinensis et Diensis, administratorisque dicti archiepiscopatus Vienne, ratione prelature, retinere velit et intendat pro jure dominii, ut idem Johannes ibidem presens asserit, et ipsum matrem et filium investire recusaret de eadem terra:

Hinc est quod dictus Johannes de Alta Rippa, nomine prefati domini nostri Administratoris archiepiscopatus Vienne, de precepto sibi facto per dominum Johannem de Bovento, ut asserit, prefatus Johannes terram supra confinatam cum ejus juribus et pertinentiis universis, nomine prefati domini nostri administratoris, tradidit et expedivit seu quasi, religioso viro domino Guillelmo de + Montarato, priori prioratus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie, presenti, recipienti sollempniter et stipulanti nomine dicti prioratus, et a mei notarii infrascripti, et publice persone, stipulanti nomine prefati prioratus et omnium aliorum quorum interest, interesse poterit in futurum; Et precepit prefatus Johannes de Alta Rippa dicto domino Guillelmo priori, quatenus precium supradictum, tradat, solvat et expediat dictis Andreone Balbays et Francesie, ejus matri, primis emptoribus, precium supradictum, dicte terre. Qui dictus prior de voluntate, jussu, precepto et auctoritate dicti Johannis de Alta Rippa, ipsis Andreone et Francesie, ejus matri, presentibus ibidem, et recipientibus communiter, realiter tradidit et numeravit, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum, viginti unum florenos auri ... in tantum, quod dicti Andreas et Francesia ... de ipso precio prefatum ... priorem ... quittaverunt liberaverunt in perpetuum penitus totaliter et absolute averunt, cum pacto expresso ... de quibus ulterius non petendo ... Quittantes etiam et remittentes

ac etiam

ac etiam cedentes ... prefato d. Guillelmo priori ... omnia jura ... omnes que actiones ... sibi competentes ... in dicta terra ... ratione venditionis supradicte; ipsumque d. Guillelmum priorem ... in eorum nam ponentes et inducentes ... Mandantes et precipientes ... dicto Johanni Turrichelli, qui notam venditionis dicte terre recepit, quatenus ipsam grosset et instrumentum venditionis ejusdem grossatam, prefato d. Guillelmo priori tradat et deliberet ut de ipso sibi jus valeat in futurum. Promittentes etc... Renuncia[n]tes ... De quibus omnibus et singulis premissis dictus d. Guillelmus prior petiit, ... sibi fieri, et dicti Andreas et Francesia eidem confici per me notarium infrascriptum publicum instrumentum, quod hic dictatum, productum in judicio vel non productum, ante litem contestatam et post etiam quandocumque, semper possit dictari, corrigi, emendari ac etiam de novo rasci[n]di et pluries, ad consilium unius vel plurium sapientum, facti tamen substantia in aliquo non mutata. — Acta fuerunt hec Romanis, videlicet ante oparatorium Poncii Charpay alias de Luca, presentibus ad hec vocatis testibus Richardo Vitarii, affanatore Romanis, domino Petro Radulphi, presbytero Romanis, et me Armanono Magistronis de Tayssano, Vicumensis diocesis, clerico habitatore Romanis, auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus, una cum dictis testibus, presens fui et hoc instrumentum per me in notam receptum, per eidem substitutum, manu, virtute commissionis michi facte, scribi feci et in eo me subscripsi, signoque meo consueto signavi rogatus et tradidi.

Postque, anno, indictione et die quibus supra (st.n. 1364, 23 avr.) pro principali instrumenti precedentis, coram me notario publico et testibus infrascriptis, Katherina de Arlia, soror et heres universalis Petri de Arlia quondam, relictaque Bonthotii Gibellini, burgensis Romanis quondam, recepta revestitura dicti campi supra venditi, ut bajulus a prefati domini nostri administratoris Vienne, presente Johanne de Alta Rippa cellarerio prefati domini nostri L. administratoris dicti Vienne archiepiscopatus, prefatum dominum priorem, Vallis Ste Marie presentem, et stipulantem, nomine dicti quidem prioratus pro additionem

per traditionem, unius baculi investivit et retinuit sub censu predicto contento in instrumento venditionis supra scripto; et confessi fuerunt dicti Johannes et Katerina, nomine dicti domini administratoris, sibi esse satisfactum, de laudimiis, vendis, usagiis et censibus retentis atque ad hanc diem, hodiernam; in tantum quod ipsum dominum priorem, ut supra stipulantem, quittaverunt, cum pacto de non petendo ratione premissorum a dicto domino priore. De quibus omnibus dictus dominus prior petiit sibi fieri per me notarium infrascriptum publicum instrumentum. Acta fuerunt hec Romanis, in domo dicte domine Katerine Fontis de Arlia, presentibus ad hec vocatis testibus: Jacquemono Gibelini, filio dicte Katerine, Richardo Vissarii, Guillono Hugonis, affanatore Romanis, et me Arnaudono Maytronis, notario publico supradicto, qui premissis omnibus, una cum dictis testibus, presens, et hoc instrumentum, investiture manu mea propria scripsi signoque meo consueto signavi rogatus et tradidi. —

(Magnat. IV. pag. 31-34.) . —

---

173. — (1364. st.n.). 1363, 23 Février. — Jean Barbarici et sa femme Catherine Audoard vendent, pour 22 florins d'or, à D. Guillaume de Montarat, prieur du Val Ste Marie, un champ d'environ 2 setérées de terre, situé au territoire de Romans vers le ruisseau de Chamacia.

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo sexagesimo tertio, indictione secunda et die vicesima tertia mensis februarii, (st.n. 1364, 23 fevr.): coram me notario publico et testibus infrascriptis, Johannes Barbarici et Katherina, ejus uxor, filiaque Bartholomei Audoardi quondam burgensis Romanis, ambo simul et utraque ipsorum in solidum, sciantes, prudentes et spontanei, non vi, non dolo, non metu inducti sed certi et bene consulti et advisi in facto suo hujusmodi, ut asserebant . . . et dicta Katherina de voluntate, justu, precepto et auctoritate dicti Johannis ejus viri, ibidem presentis et sibi in licentiam prestantis, vendiderunt pro se et suis et titulo pure, perfecte, simplicis et irrevocabilis venditionis

venditionis, tradiderunt, seu quasi, cesserunt et habere voluerunt perpetuo, plano
+ jure suo, venerabili et religioso viro domino Guillelmo de Montareto, prioris
prioratus Vallis Ste Marie in Royanis, ordinis cartusie, presenti, emenli, recipienti
sollempniter et stipulanti nomine dicti prioratus sui, et michi notario infrascripto
ut persone publice, stipulanti vice, nomine et ad opus prioratus prefati et omnium
aliorum quorum interest, intererit et interesse poterit in futurum, videlicet:
quendam campum ipsorum conjugum, venditorum, continentem circa
duas sestariatas terre, situm versus aquam Chamachie, juxta terram prio-
ratus predicti, ex duabus partibus: et juxta iter quo itur de Romanis versus
Clayriacum, ex altera: cum suis aliis certis confinibus, unacum ipsius cam-
pi juribus et pertinentiis universis: ad habendum, tenendum, possidendum
.. et quicquid dicto domino Guillelmo emptori et suis de predicto campo
supra vendito, juribus seu et pertinentiis ipsius quibus cumque deinceps pre pa-
tuo placuerit faciendum: precio et nomine precii viginti duorum florenо-
rum auri, boni auri, puri, justi ponderis et valoris. Quod quidem precium
dictus dominus Guillelmus prior emptor realiter tradidit et numeravit
dictis conjugibus etc.... toujours la même chose..... Ipso vero plus valet
dictus campus... illud plus valens... dederunt et donaverunt... Consti-
tuentes... dictum d. Guillelmum.. verum dominum.... cedentes... jura
omnia.... Devestientes se... per traditionem unius baculi in manu mei
notarii.. Et tenetur dictus campus... de directo dominio Domini nostri
Viennensis archiepiscopi sub censu annuo trium quartalium, frumenti ad
mensuram, bassam... Promittentes.... omnia... tenere... hypothecantes
se et omnia bona sua... ad predicta... in dicis alterandis... jurisdictioni
curiarum, dominorum, officialium, Vienne et Vienne apud Sanctum Donatum, cum
majori vel alphinatus Vienne et Valentie videlicet constituto et constituen-
de, curie communis secularis de Romanis... Renunciantes... omni ex-
..... De quibus omnibus supradictis dictus dominus Guillelmus emptor
petiit.. sibi fieri per notarium infrascriptum publicum instrumentum.

Acta fuerunt hec Romanis in operatorio Lamberti Dardayna, presen-
tibus ad hec

-tibus ad hoc vocatis testibus: Johanne de Alta Rispa, burgensi Romanis, Richardo Disderii, affanatore Romanis, Johanne de Ymola, habitatore Romanis, et me Armanono Maystonis de Taysano, v.d. etc. comme au n° précédent.

Postque, anno, indictione et die quibus supra (st.n. 1364, 23 fevr.) coram me notario ... Catherina relicta Bouthosii Gilalini, quondam, burgensis Romanis ... bajulissa dicti domini nostri Viennensis ac vicegastaldi in Romanis, recepit de vestionem dicti campi ... dictum ... priorem ... per traditionem unius baculi ... investit et retenuit sub censu ... consueto ... etc ... en tout semblable au n° précédent. ... Datum Romanis in domo dicte domine prope muros domum, P' Fontis Arlée, presentibus etc ... comme à la fin du n° précédent. .... (Magnat. II. frag. 36-38.)—

174.— 1365, 6 Juin. — Le Prieur du Val Ste Marie D. Guillaume de Montaret donne à Monet Tunat, affanator de Romans, l'investiture d'une maison, sise à Romans vers la porte de Fare; laquelle maison il a reprise en allergament de P. Copelli le 3 juin 1365, moyennant 26 florins d'intrage une pension annuelle d'un florin dor au St Pierre et 12 deniers et une poule de cens annuel au Val Ste Marie qui a le domaine direct de la dite maison.—

In nomine Domini nostri Jesu Xti, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum, cunctis, presentibus et futuris, notum, fiat et appareat evidenter, quod nos per Petrum Coperii, notarium Romanis, Viennensis dyocesis, scientur recognovit per se et suos et titulo recognitionis tradidit et cessit et concessit pure et libere et publice Moneto Tunati, affanatori Romanis, quamdam domum, aream, sitam Romanis versus braylia antiqua versus portam Fare, sitam juxta domum Andreoni Avinaci, et una parte: et juxta domum Perononi Berardi alias Marparin, ex altera: et juxta domum vocate Belma, monachi Romanis, ex altera; et hoc pro et sub pensione et nomine pensionis unius florini auri boni, bone legis et justi ponderis, solvendi, singulis annis, per dictum Monetum vel suos dicto Petro Coperii vel suis, in festo Nativitatis Domini, necnon et pro viginti et sex florinis auri boni, ut supra, pro introgiis, solutis per dictum Monetum dicto Petro Coperii, ut ipse confessus fuit in instrumento dicti recognitionis.

Quam

Quam domum, reascensatam, dictus Petrus in dicto reascensamento asseruit tenere de dominio directo domûs seu prioratûs Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie, sub censu duodecim denariorum, bonorum, Viennensium, et unius galline, prout de predictis omnibus constat per quoddam publicum instrumentum, factum et signatum, per me notarium publicum, infrascriptum, sub data a° dñi 1365, indictione 3a et die martis 3a mensis Junii.

Hinc est quod, anno, indictione quibus supra, et die sexta dicti mensis Junii (1365, 5 Juin) coram me notario publico et testibus infrascriptis, religiosus vir frater Guillelmus de Montaneto, prior prioratus supradicti domus Vallis Ste Marie, de voluntate et consensu ac requisitione supradicti Monneti presentis, volentis et requirentis, Johannetam, ejus Monneti uxorem, presentem, et sollempniter stipulantem, acquia precium supradictum, solutum, pro integris, fuit solutum de pecunia dotali dicte Johanneta, prout ipsa et dictus Monnetus ejus vir asserebant, per traditionem unius baculi, ut moris est, investivit, tamen cum et sub conditione infrascripta, et retinuit investitam, jure tamen dicti prioratus et alieno semper salvo. Confitens dem dominus prior sibi esse plenarie satisfactum de omnibus et singulis sibi debitis, ratione investiture predicte et ratione unius floreni auri soleti provinagio et corratagio, ut dicebat. In quidem investitura, ante et in ipsa, dictus dominus prior interposuit et expresse retinuit conditionem infrascriptam; cui conditioni dicti conjuges et uterque ipsorum, per pactum expressum et per stipulationem congruam, consentiendo (1a) consentierunt, voluerunt, acquiescerunt gratis et ex eorum certa scientia, videlicet quod nisi dicti conjuges vel alter eorum, vel sui aut de bonis instrumenti reascensamenti supradicti et superius designati in decem annis, proxime post dictam datam, sequentibus, exhonerassent modo debito se et dictam domum a solutione et prestatione supradicti floreni annualis, vel interim quandocumque, quod, eo casu, dicti conjuges et quicumque alius possessor dicte domus et sui tenentur et debeant placitare et placitum congruum solvere dicto domino priori, seu illi qui prior fuerit pro tempore dicti prioratûs, ratione dicti florenî annui reddualis, infra dictî decennii, et sic ulterius de decem in decem annis, dictum placitum solvere, nisi et donec facta fuerit exhoneratio supradicta. — Quam quidem exhonerationem et solutionem, dicti placitamenti facere et adimplere, ut dictum est, promiserunt prefati conjuges pari voluntate et consensu, per se et suos, per juramenta sua ab ipsis et eorum quolibet ad sancta Dei evangelia corporaliter

corporaliter prestita et sub omnium bonorum suorum, presentium et futurorum, obligatione expressa, dicto domino priori et michi subscripto notario, stipulanti nomine dicte prioratus et omnium quorum interest seu poterit in futurum interesse. Et super premissis omnibus attendendis, solvendis et adimplendis se et bona sua supposuerunt jurisdictioni, coercitioni et compulsioni omnium et singularum curiarum, dalphinalium, et domini archiepiscopi Viennensis et suorum officialium, Viennensis et Viennensis apud Sanctum Donatum, et curie secularis de Romanis, et vigori ac vinculis sigillorum, dictarum curiarum et cujuslibet earum, in solidum. Renunciantes predicti conjuges, sponsa voluntate et consensu, et utraque eorum in solidum per pactum et juramentum suum supradicta et eorum certa sciencia, omni actioni et exceptioni supradictorum omnium et singulorum non factorum, vel non rite et legitime factorum, pro et superius continetur, privilegio fori, omnibus inductis, beneficio judicii cessionis et dacionis omnique alii juri canonico et civili... Volentes et concedentes supradicti omnibus scieri publicum instrumentum.... Acta fuerunt hec apud Romanis, in curia domus supradicti prioratus, presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: Guillelmo Hugonis alias Lopina, Andrevono Chorini, et Johanne Paleyronis, assanatoribus Romanis, et me Petro Bernini de Romanis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, et curiarum domini archiepiscopi Viennensis, dalphinatus et Viennensis juratis, presente instrumento publicis omnibus hoc presens instrumentum publicum, scripsi ad opus dicti domini prioris, rogatus et tradidi. — (Magnat. VI. pag. 20-22). —

---

175. — (1368, st.n.). 1367, 2 Mars. — Le chevalier Gilet DuPuy, de Payrin, vend pour 100 florins d'or, au prieur du V. et St.e Marie D. Guillaume de Montarat, 5 florins d'or de cens annuel qu'il prenoit sur un tènement de maisons à Romans in Paganis. —

In nomine Domini, Amen. Et hoc presens publicum et verum instrumentum cunctis tam presentibus quam futuris, sit manifestum, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, videlicet die secunda mensis martii (st.n. 1368, 2 Mars). Coram me notario publico et testibus infrascriptis, nobilis vir dominus Gileta de Podio, miles, habitator castri de Payrino, Viennensis diocesis, non coactus, non vi inductus, non errans in jure suo nec in facto sed de utroque certioratus, consultus et bene premeditatus, ut dicebat, omnibus vi, dolo malaque

dolo metuque, errore et cavillationibus quibuscumque hiper infrascriptis penitus et omnibus cessantibus penitus et exclusis, ut asserebat verum esse, pro se suisque heredibus et successoribus universis, imperpetuum, vendidit et, titulo pure, perfecte, simplicis et irrevocabilis venditionis, tradidit, seu quasi, et concessit nobili et religioso viro + domino Guillelmo de Montaroto, priori prioratus Vallis Ste Marie, ordinis cartusie, Dyensis dyocesis, presenti, et michi notario publico infrascripto, ut persone publice, stipulantibus sollempniter et recipientibus vice et nomine totius conventus dicti prioratus Vallis Ste Marie et successorum suorum; videlicet, quinque florenos auri annuales, quos percipit idem dominus Giletus de Podio venditor apud Romanis, hiper quodam tenemento domorum, sito in loco vulgaritur dicto A la Paganica, seu in vicio dels Pelitzous, juxta domum Aymarii Escofferii, ab una parte: et juxta domum Petri Bodoyni, et alteria, carreria publica intermedia: et juxta portam vocatam de Paradiso, carreria publica ~~ultramedia~~ intermedia: et juxta portam de Marmantz, carreria publica ultramedia: et juxta domum Guillelmi Chorelli, ab alia. Qui quinque floreni auri percipiuntur subfeudo et dominio directo dicti prioratus Vallis Ste Marie. Et dictum tenementum tenent et possident Martinus Moyssa, Jaquemonus Cuaty, Johannes Tavoncelli, Martinus Billati et Poncius Brocherii. Quos quidem quinque florenos auri solvere debent et teneantur dicti tenementarii, quolibet anno, in festo Nativitatis Domini. Et si contingeret quod solvere non possent in dicto festo Nativitatis Domini dictos quinque florenos auri, vel partem ipsorum, quod in festo Pasche sequenti debeant et teneantur solvere dicto domino priori vel ejus certo nuntio seu procuratori et successoribus suis in dicto prioratu, absque aliqua dilatione: ad habendum, tenendum, pelendum, exercendum, recuperandum et possidendum, tanquam, et quicquid ipsi domino priori et successoribus suis in dicto prioratu, cum omnibus suis juribus et pertinenciis, de nunc pro tunc placuerit faciendum: precio et nomine precii centum florenorum auri, fondaris Podii Montis seu Delphinalis. Quod precium, tanquam verum et justum, secundum legalem extimationem moderni temporis, confessus fuit publice et manifeste recognovit, ad instantiam, petitionem et requisitionem personalem dicti

domini

dompni prioris et mei notarii publici infrascripti, stipulantium, et recipientium, nomine quo supra, se habuisse et recepisse ab eodem dompno priore in bono auro seu in bonis florenis auri, realiter numeratis et in utilitatem suam, penitus fore verum. De ipso quo precio dictum dompnum priorem et me notarium publicum infrascriptum, ut supra stipulantes et recipientes, quitavit imperpetuum, penitus et absolvit, pactum expressum faciens eidem dompno priori et michi notario, ut supra stipulantibus, juramento corporali vallatum, de aliquid ulterius ab eodem seu suis successoribus non petendo, occasione dicti precii soluti, et superius est expressum, sollempni stipulatione et acceptatione in predictis intervenientibus. Si vero predicta vendita plus valent dicto precio .... dictus venditor dedit et concessit .. dicto priori ... constituens se possidere ... predicta vendita ... quousque ipse emptor ... possessionem ... apprehenderit .. corporalem, quam apprehendendi ... licentiam .. dedit ... eidem et concedens .... omnia jura omnesque actiones ... que atque eas .. habebat et habere poterat .... Devestiens se ... de predictis venditis traditione unius pluma scripti manibus prefati dompni Guillelmi de Montaneta ... de cujus pando et directo dominio predicta vendita nobilem contur portinere. Qui quidem, prior de predictis venditis se habuit et tenuit pro investito. Mandans et precipiens dictus ... venditor .. omnibus .. hominibus tanementariis emphiteotis et fidatariis suis ... quatenus de cetero proprietas recognoscant, ob eidem solvant et recognitionem faciant, quemadmodum ... ipso venditori facere et recognoscere tenebantur. Promittens dictus venditor quod non apponet adversus predicta ... aliquam juris vel facti exceptionem, et quod non petet copiam .. presentis instrumenti etc ... todas las excepciones ponibles .... Promittens insuper .... predictam venditionem, et omnia alia ... tenere ... Supponens et submittens se .... quoad supra et infra scripta melius attendenda et complenda jurisdictioni, compulsioni et districtui curie domini nostri Dalphini Viennensis statutis apud Stum Marcellinum, et alibi statutende : curiis dominorum officialium Viennensis, Valentie et Diensis ac Gratianopolis et cujuslibet earumdem curiarum, vigoriique sigillorum dictarum curiarum et earum cujuslibet per quas, seu quas ipsum venditorem compellere voluerint, eo modo quo potuerint fortiori et meliori, super quibus Renunciavit .. per pactum et juramentum, sollempni stipulatione

vallatum

vallatum, ... exceptioni omnium ... predictorum, modo predicto et debito non factorum, ... et exceptioni doli, mali, metus etc. ... Volentes et concedentes dicti contrahentes quod de omnibus universis et singulis supradictis possint et debeant fieri, dictare, emendari, corrigi, rescribi et de novo rasci et meliorari, tamen et pluries, tot publica instrumenta quot fuerint necessaria, producta in judicio vel non producta, ante litem contestatam, vel post, ad dictamen vel intellectum cujuslibet sapientis, facti tamen substantia non mutata. — Actum apud Romanis, in domo dicti prioratus Vallis Ste Marie, presentibus vocatis et rogatis testibus: domino Johanne Raymundi capellano, Calneto Babeyni de Bello Videre, Poncto Clari de Valentia habitatore Romanis, Guillelmo Hugonis de Romanis, et me notario infrascripto. —

1a Postque, anno quo supra et die tertia mensis predicti (Stin. 1368, 3 Mars), in presentia mei notarii infrascripti et testium infrascriptorum, Jaquemonus Jaquoti de Romanis scions, prudens, spontaneus confessus fuit per juramentum suum ad sancta Dei evangelia corporaliter prestitum, ab eodem, de mandato, voluntate et precepto viri nobilis domini Gileti de Podio supradicti ibidem presentis, volentis et precipientis, ad instanciam et requisitionem personalem religiosi viri domini

4 Guillelmi de Montareto supradicti prioris que prioratus Vallis Ste Marie predicte, se tenere et tenere velle et debere tenere de dominio directo dicti prioratus, quamdam domum cum uno stabulo simul contiguo, sitam Romanis, in loco dicto en la Jagania seu in vialo de als Polis ous, juxta domum Guillelmi Chorelli, a parte occidentis, et juxta domum Martini Mayossa a duabus partibus; item quemdam stabulum alium situm ibidem, juxta domum dicti Martini Mayossa et Aymerii Escafferii et juxta domum Poncii Brocherii. Quibus omnibus supradictis facit et facere tenetur dicto domino priori et suis successoribus in dicto prioratu decem grossos turronenses argenti, computato florano auri pro duodecim turronensibus argenti, solvendos quolibet anno, tempore dicto temporibus quo et quibus sunt assueti solvere pensiones in loco de Romanis. Et si res dicta fuerit remanet dicto domino Gileto de Podio. — (Les suivantes étant faites de même j'abrège). —

2a Item Johannes Turoncelli dicte Loci de Romanis, spontaneus ... confessus fuit se tenere ... de directo dominio dicti prioratus, quamdam domum sitam Romanis juxta portam

juxta portam de Paradiso, ab una parte: et juxta domum Petri Bodoyni; carreria publica intermedia, ab alia parte: et juxta domum Martini Billati, ex altera. Pro qua quidem domo facit... dicto.. priori.. quatuordecim grossos turronenses argenti cum Orotundo, computato grosso pro duabus parpayollis, solvendos etc...

3a Item Martinus Mayossa, dicti loci de Romanis, sciens... confessus fuit... se tenere... de directo dominio dicti prioratus, quandam domum, sitam apud Romanis, in loco dicto en la Paganica, seu in viola dels Pelissons, juxta domum Paquemoni Paqueti, ab una parte: et juxta domum Guillelmi Chorolli, ab alia parte: et juxta portam de Marnantz, carreria media, ex alia parte; Item, et quandam aliam domum, sitam, ibidem, juxta domum et stabulum dicti Paquemoni Paqueti, ex duabus partibus. Pro quibus omnibus supradictis facit... sexdecim grossos turronenses argenti, computato grosso turronensi argenti pro duabus parpayollis, solvendos....

4a. Item Martinus Billati, dicti loci de Romanis, sciens... confessus fuit... se tenere... de dominio directo dicti prioratus, quandam domum, sitam apud Romanis, in loco vulgariter appellato en la Paganica, seu in viola dels Pelissons, juxta domum Johannis Turoncelli et juxta domum Petri Brachorii et juxta carreriam publicam, a parte domus Petri Bodoyni. Pro qua quidem domo facit... novem grossos turronenses argenti, cum duabus tertiis, computato floreno auri magni ponderis pro duodecim grossis turronensibus argenti, solvendos annuatim.... Et ipse facit de pensione dictus Martinus Billati et Martinus Mayossa illud plus quod facerent, exceptis censibus predictis, restat prefato Domino Gileto de Podio et suis in futurum. — Quas quidem autem confessiones et recognitiones supras factas promiserunt omnes et singuli tenementarii supradicti... sub obligatione omnium bonorum suorum... et juramento sua... rata et rata, firma atque firma habere... attendere et complere, et non quicquam contra venire... sub omni renuntiatione juris et facti per hanc cautelam. Pro quibus omnibus universis et singulis supra recognitis dictus dominus fecit sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum dictandum et recipiendum, si opus fuerit, consilio peritorum, salvo tamen

substantia

sibi antia non mutata. — Actum ut supra, presentibus testibus: Calmeto Babogni, Poncio clari, Guillelmo Hugonis, et me Jacobo de Clusis, publico imperiali autoritate notario et curiarum Dyensis et Vicumensis jurato, qui predictis omnibus interfui et hoc instrumentum rogatus scripsi, signoque meo solito signavi et tradidi. — (Magnat. III. pag. 26-32). —

---

176. — 1370, 6 Sept. — Le prieur du Val Ste Marie D. Guillaume de Montaret et s[es] religieux donnent en emphitéose perpétuelle à Giraud Textoris et à ses fils Guillaume et Michel la grange dite des Vignas, moyennant le tiers des fruits pour la chartreuse et 4 quartaux de chataigne: en outre le pré de la Barbara, celui de la Sayte et celui sous la grange pour le tiers du foin; une sétérée de terre sous ladite grange pour faire une vigne moyennant un florin d'or de cens annuel, le pré au Drer, celui de Bachat pour la 6e partie du foin. Et quelques autres conditions

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum et verum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo, videlicet die sexta mensis septembris (1370, 6 sept.), in presentia mei publici notarii infrascripti et testium infrascriptorum, constitutus personaliter propter ea que sequuntur, religiosus vir dominus de Montareto, prior prioratus Valli Ste Marie in Royanis, ordinis cartusiensis, Diensis dyocesis, cum dominis religiosis fratribus Guillelmo Gilberto Correarii, Stephano Bertrandi vicario, Johanne Ralheti sacrista, Johanne Gobert, Guillelmo de Calmo et Symerico Vassalli, monachis residentibus in dicto prioratu, ac aliis ipsi fratres monachi in eorum congregati, more solito, unanimes et concordes, scientes, prudentes et spontanei et hac mera et spontanea voluntate moti, nec errore seu machinatione alicujus persone inducti, prout ex verbis ipsorum cuilibet liquida apparebat: omnes intimal principaliter, solidum, considerantes commodum et utilitatem ipsorum suorumque successorum in dicto prioratu, prosa suisque successoribus in dicto prioratu, accensarunt seu quasi, prout melius et amplius imperpetuum, potest intelligi sive dici, Giraldo Textoris, Guillelmo et Michaeli, filiis suis, habitatoribus parochie Ste Petri de Borantio, dicte dyocesis, prosa suisque heredibus et successoribus, presentibus et ut dicitur recipientibus, videlicet: Domum seu grangiam, ipsorum religiosorum fratrum

fratrum, monachorum, vocatum de Vinais, cum ejus pertinentiis, egressibus et ingressibus superius declaratis, videlicet: a aquâ de Chalias, que descendit de les Esser usque retro monasterium, dictorum religiosorum, fratrum monachorum, a parte boree, descendendo inferius per dictam aquam, usque ad magnum iter publicum de Royanis et de Bovarilio, a parte occidentis: juxta pratum et terram, Goneti Beguini et juxta possessiones Petri Blachi et des Peyssons, a parte boree: et juxta terras Stephani Perrotonis et usque ad collum de Rochete, et a dicto collo de Rochete taquando per terram, nemais usque ad fontem, fontis superioris dictorum religiosorum, fratrum monachorum: cum arboribus fructiferis et non fructiferis infra dictos confines existentibus; hujusmodi conditione adjecta, quod dicti religiosi fratres monachi teneantur et debeant, quolibet anno, perpetuo percipere et habere in terris per dictos Giraldum, Guillelmum et Michaelem, fratrem et filios, excolendis et agricalturandis, tam per alios, vel alios eorum nomine, tertiam partam, fructus crescendos in eisdem. — Item habeant tertiam et percipiant dicti religiosi fratres monachi, quolibet anno, perpetuo in predictis terris et possessionibus, ratione castagnearum et aliarum arborum, unum quartale castagnearum albarum, et tria quartalia castagnearum rastantium, centualia.

2° Item acensaverunt, ut supra, dicti religiosi fratres monachi, dicto Giraldo et ejus filiis predictis, recipientibus ut supra: Pratum vocatum de la Barbara, situm juxta pratum des Blachas, a parte boree: et juxta iter publicum, a parte orientis: et juxta possessiones

3° Goneti Boyssarii, a parte venti. — (3°) Item et pratum, vocatum de la Leyta, situm juxta pratum Goneti Beguini et juxta aquam de Chalias. In quibus quidem, vero pratis superius confinatis et designatis, habeant et percipiant dicti religiosi fratres monachi et sui successores in dicto prioratu, quolibet anno, perpetuo tertiam partam, seni mayenchi sicci, et dicas vero partas dictus Geraldus, Guillelmus et Michael, ejus filii predicti et eorum heredes et successores. —

4° (4°) Item etiam pratum, situm, subtus grangiam, predictam, versus ad Estrangullorum subtus

5° (5°) Item et unam, sestariatam terre prope grangiam, predictam, pro faciendo vineam, pro certo annuo annuali floreni auri, quolibet anno. —

6° (6°) Item magis etiam acensaverunt dicti religiosi fratres monachi, pro se et suis successoribus in dicto prioratu, dicto Geraldo et filiis suis antedictis, recipientibus pro se et suis ut supra

suis ut supra, pratum, vocatum, pratum Alu Drer, situm, de super grangiam, Rochete, (7°) et
7° pratum vocatum, pratum Bachas, situm, de subtus Ayam dicte grangie de Rochete.
In quibus liquidem, vero pratis habeant et habere debeant dicti religiosi fratres monachi et
successores sui in dicto priorate, sextam partem, seni mayenchii sicci, et quinque partes dicti
Geraldus et ejus filii predicti et heredes et successores eorumdem: cum suis aliis certis con-
finibus, si qui sint; et cum ipsarum possessionum juribus, pertinentiis, appenditiis, ingres-
sibus et egressibus universis: ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid dicto Ger-
aldo et ejus filiis predictis et eorum heredibus et successoribus, de predictis accensatis, amo-
perpetuo placuerit faciendum; hiis pactis, conditionibus et retentionibus inposcriptis, vide-
1° licet: (1°) quod dictus Geraldus, Guillelmus et Michael, filii sui, et eorum heredes et suc-
cessores debeant et teneantur manutenere dictam grangiam, copertam totaliter, quod
ipsa grangia non dampnificetur in aliqua parte ipsius, et ipsam grangiam custodiant
deteriorari sed semper omnibus diebus et hiis meliorare. —
2° (2°) Item fuit actum, inter dictas partes contrahentes, per pactum, expressum, quod si contin-
geret quod alter agricultor veniret ad agricultandum (literaliter) in terris que non possunt agricultari
cum bobus, quod in terragio dicte religiosi fratres monachi habeant et percipiant duas
partes dicti terragii, et dictus Geraldus et ejus filii tertiam partem. —
3° (3°). Acto etiam inter ipsas partes contrahentes, quod dictus Geraldus nec dicti filii sui
non debeant scindere aliquas arbores vivas. —
4° (4°) Item quod animalia dicti Geraldi, nec filiorum, morum, predictorum, non debeant
transire aquam de Challias propas queyrando, nisi tantummodo boves sui arature;
quod dicti boves possint pasquerare transeundo per portam Correarie et deundo per
viollum versus ad locum vocatum Rota, in itinere publico desuper campum de la Correria,
et a parte monasterii versus ditum publicum que itur versus Lentam. —
5° (5°) Item fuit actum et in pactum expressa deductum, inter dictas partes contrahentes, quod
dictus Geraldus, Guillelmus et Michael, filii sui predicti, non debeant tenere aliquod averi
extraneum, in dicta grangia, nisi tantum proprium, aut dicti priorates ad medium, ad certum
tem; et quod sibi liceat tenere custodes pro servando possessiones suas tempore estatis.
Et etiam ipsi Geraldus, Guillelmus et Michael teneantur dare dictis religiosis fratribus
monachis et suis successoribus in dicto priorate, quolibet anno, duas ipsas oves alienas
tenebunt

tenebunt, tempore predicto, unum quarterium, earcorum; ita tamen quod dicte oves possint pasquarare infra supradictos confines et ultra versus usque ad locum vocatum per l. Infernet, transeundo per iter publicum, et descendendo per les Lausas usque ad Fougeriam; et predicti percursu teneantur facere dicti Geraldus, Guillelmus et Michael et sui heredes et successores, dictis religiosis fratribus monachis et suis successoribus in dicto prioratu, annuatim, sex denarios censuales, dum ipses oves alienas tenebunt pro serrando possessiones suas.

6a (6e) Item fuit actum, et in pactum, expresse deductum inter dictas partes contrahentes, quod dicti Geraldus, Guillelmus et Michael, filii sui, et sui heredes et successores possint et debeant accipere de lignis pro chalfagio eorumdem, et cuilibet eorumdem, et etiam, de alio nemore pro edificando seu meysonando. -

7a (7e) Item fuit actum, et in pactum expresse deductum, inter dictas partes contrahentes, quod dicti Geraldus, Guillelmus et Michael et sui heredes et successores teneantur et debeant excollere et agricultare viginti sestariatas terre ad minus, quolibet anno, profaciendo bladum usuarnale. Acto etiam, inter partes predictas contrahentes, quod tempore, quo blada dictorum religiosorum fratrum monachorum, flagellabuntur cum equabus suis, quod ex tunc teneabuntur dicti religiosi fratres monachi facere flagellari cum dictis equabus blada dicti Geraldi et filiorum, suorum predictorum, sumptibus suis. Acto etiam, quod quotiescumque dicti Geraldus, Guillelmus et Michael, filii sui, habuerint conjuncte seu insimul, quod ipsi non teneantur dictis religiosis fratribus monachis ad aliquam correatam. Si vero starent divisim et separatim, quod dictas correatas teneantur quilibet ipsorum, pro parte sua, prout antea tenebantur.

8a (8e) Item fuit actum, et in pactum, expresse deductum, inter ipsas contrahentes partes, quod si contingeret, temporibus futuris, dictum Geraldum, Guillelmum et Michaelem, filios suos predictos, vel suos heredes et successores aut liberos liberorum, infinitum decedere, ita quod de ipsis non restaret progenies, quod eorum possessiones revertantur et revertí debeant ad dictos religiosos fratres monachos aut successores eorumdem in dicto prioratu. Acto etiam inter dictas partes contrahentes, quod tayta dictorum religiosorum fratrum monachorum habeat et habere debeat (percursum) hucusque, sicut nunc ipsa habet. -

9a (9e) Item etiam quod oves, quas habebunt sive custodient dicti Geraldus, Guillelmus et Michael

et Michael, vel sui, possint transire per fontum de Challias et per castrum Corriolli pro libitu[m] sue voluntatis.

10a (10c) Item fuit actum, et in pactum expresso deductum, inter partes predictas contrahentes, quod dicti Geraldus, Guillelmus et Michael, vel sui, non possint dare alicui persone bona sua immobilia, nisi de voluntate et consensu dictorum religiosorum fratrum monachorum, seu eorumdem successorum, in dicto prioratu, nec etiam aliqualiter alienare, nec aliquem seu aliquod ibidem associare, nisi de voluntate et consensu quorum supra; et quod dicti Geraldus, Guillelmus et Michael et sui sint homines ligii dictorum religiosorum fratrum monachorum et eorum successorum in dicto prioratu. Qui quidem Geraldus, Guillelmus et Michael juraverunt, ad sancta Dei evangelia, esse fideles homines et tenementarii dictis religiosis fratribus monachis et suis successoribus in dicto prioratu.

11a (11c) Item dederunt et concesserunt dicti religiosi fratres monachi dictis Geraldo, Guillelmo et Michaeli et suis plenam licentiam et auctoritatem quoscumque homines sive mulieres delinquentes infra confines predictos pignorandi, et banariandi. —

12a (12c) Item fuit actum, et in pactum expresse deductum, inter dictas partes contrahentes, quod dicti Geraldus, Guillelmus et Michael, nec sui, non debeant excollere seu agricultare terras alienas, nisi tantummodo terras infradictas accensatas. Quod si fecerint, quod dicti religiosi fratres monachi et sui successores in dicto prioratu, in hiis que excollerent seu agricultarent, ultra dictum accensamentum, debeant accipere terciam partem.

13a Item et quod religiosi fratres monachi in Chanaberio, seu dictos Geraldum, Guillelmum et Michaelem, vel suos, faciendo michi hab[itan]t nec percipere debeant; quia hic actum extitit inter partes predictas contrahentes et conventum. —

De dictis igitur rebus et possessionibus superius accensatis, cum juribus pertinentiis, appenditiis, ingressibus et egressibus universis idem dominus Guillelmus + de Montareto, prior prioratus antedicti, nomine suo et aliorum religiosorum fratrum monachorum, in dicto prioratu residentium, ibidem presentium et consentientium presentium, dictos Geraldum, Guillelmum et Michaelem presentes, pro se et suis heredibus et successoribus stipulantes solempniter et recipientes, salvis tamen et retentis censibus, conditionibus et pactionibus supradictis ac dominio

eorumdem

eorumdem, constituentes dictos religiosos fratres monachos, prorsus et suis successoribus in dicto priorato, dictos Geraldum, Guillelmum et Michaelem, prorsus et suis heredibus et successoribus stipulantes sollempniter et recipientes, procuratores et veros dominos et in rem suam propriam, justo titulo acquisitam: et de nomine dictorum Geraldi, Guillelmi et Michaelis, predicta accensata possidere, donec dicti Geraldus, Guillelmus et Michael, per se vel per alium, possessionem corporalem apprehenderint de eisdem. Quam apprehendendi et retinendi dumtaxat, per se vel per alium, auctoritate sua propria, licentiam omnimodam dederunt et concesserunt dictis Giraldo, Guillelmo et Michaeli dictis religiosis fratribus monachis. Cedentes michi nomine dictis religiosis fratribus monachis, et (causa) accensationis hujusmodi, prorsus et suis successoribus in dicto priorato, dictis Geraldo, Guillelmo et Michaeli, prorsus et suis heredibus et successoribus recipientibus sollempniter et stipulantibus, omnia jura, omnia interdicta, tam restitutoria quam possessoria, omnesque actiones reales et personales, mixtas et mixtas directas et contrarias et annuales, utiles, civiles, pretorias et omnes alias quascumque, que quas sibi et suis successoribus in dicto priorato competebant, competere vel debebantur, aut competere possent aliquatenus in futurum, in dictis rebus et possessionibus accensatis superius et confinatis: et in ipsarum rerum et possessionum accensatarum juribus, pertinentiis, appenditiis, ingressibus et egressibus universis, consibus et conditionibus predictis sibi et suis successoribus in dicto priorato semper salvis remanentibus. — Promittentes dicti religiosi fratres monachi prorsus et successoribus suis in dicto priorato, dictis Geraldo, Guillelmo et Michaeli prorsus et suis heredibus et successoribus recipientibus sollempniter et stipulantibus sub expressa obligatione omnium suorum bonorum, suorum et dicti prioratus mobilium et immobilium, presentium et futurorum, et per juramentum sub virtute religionis sue, ipsum Geraldum, Guillelmum et Michaelem hujusce heredes et successores perpetuo guarire, amparare et defendere in judicio et extra suis ipsorum religiosorum fratrum monachorum et dicti prioratus propriis sumptibus et expensis, si contingeret ab aliquo seu ab aliquibus questionem, querelam vel controversiam, aliquo tempore, moveri in predictis rebus et possessionibus accensatis superius et confinatis, in ratione evictionis; et sumptus, si

quos fecerint

quos facerent dicti Geraldus, Guillelmus et Michael, vel sui facerent, pari ratione eisdem plenarie resarcire; necnon de evictione universali et particulari; et dictum accensamentum, ratum, gratum et firmum tenere perpetuo et servare et nunquam contra facere, dicere vel venire, per se vel per alium, in judicio vel extra, in parte vel in toto, de jure vel de facto, aliquo ingenio seu arte, aliqua ratione vel causa; nec aliqui contra venienti seu venire volenti, modo aliquo, prebere consilium, auxilium vel assensum. — Renunciantes dicti religiosi fratres monachi, sub virtute religionis sue, ex certa sciencia et per pactum expressum in hoc facto, exceptioni dicti accensamenti non facti, vel non rite et legitime facti: dolo, malo, metus et erroris et in factum actioni, petitioni et oblationi libelli et expacto, conditioni sine causa, ob causam vel ex injusta causa, officio judicis, beneficio fori: juri dicenti quod si dolus det causam contractui, contractus non teneat, aut si incidat in contractum, quod agi possit ad relicti supplementum: illi clausule generali que datur edicto pretoris, ut qua justa causa michi succurratur: beneficio restitutionis in integrum: omni juri per quod recessus in judicio et in contractibus legis auxilio subveniter: omnibusque aliis recursibus, beneficiis, cautelis, declarationibus, diffinitionibus, exceptionibus et allegationibus juris et facti quibuscunque descendentibus ex diversis causarum figuris sibi competentibus seu competituris advenciendis, dicendis vel faciendis contra predicta vel aliqua de predictis: et omni juri canonico et civili edicto vel decreto; et omni priorates predicti lationi, et juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. — Volentes et concedentes dicti religiosi fratres monachi, ac requirentes dicti Geraldus, Guillelmus et Michael, quod de predictis omnibus possint et debeant fieri, dictari, emanari, corrigi et meliorari semel et pluries tot publica instrumenta quot fuerint necessaria et requisita consilio jurisperitorum, producta in judicio vel non producta, facti tamen substantia non mutata. — Actum in camera seu stella dicti domini prioris, presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus, videlicet: Calmeto Mercerii, Grigone Chappuisi, Petro Chauveti, et me Jacobo de Cluis, publico imperiali auctoritate notario, et curiarum Vienne et Viennesis jurato, qui predictis omnibus

interfui

interfui, et ad requisitionem dictorum Giraldi, Guillelmi et Michaelis, hoc instrumentum publicum manu mea propria scripsi, signoque meo solito signavi, et tradidi, et sigillorum reverendi in Christo patris domini Cartusie et dicti domini prioris Vallis Ste Marie in Royanis sigillari rogavi in robur et testimonium omnium premissorum. —

Nos vero frater Guillelmus, humilis prior domus Cartusie, ceterique definitores capituli generalis, premissa omnia et singula in presenti instrumento contenta, sicut superius premittuntur, auctoritate nostri capituli generalis approbamus, ratificamus, emologamus et etiam confirmamus, volentes ea habere perpetui roboris firmitatem. Datum sub sigillo nostro, die vicesima septima mensis aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo secundo (1372, 27 Avril), sedente nostro capitulo generali, in testimonium premissorum. — (Magnat. VI. fog. 22-27). —

177.- 1374, 24 Juin. — Jean Vial (Vitalis), affanator de Romans, vend, pour 20 florins d'or, au prieur de Val Ste Marie D. Martin Raymond, un florin d'or de cens annuel à prendre sur la maison, située à Romans vers Paganiam. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo quarto, indictione duodecima et vicesima quarta mensis junii (1374, 24 Juin), coram me notario publico et testibus infrascriptis, Johannes Vitalis, alias Mandria, affanator Romanis, sciens, certus, prudens et spontaneus vendidit et titulo pure, perfecte, simplicis et irrevocabilis venditionis tradidit, seu quasi, cessit et concessit, prout et suis heredibus et successoribus universis, Guillono Hugonis, familiari et factori, ut dicebat, religiosi viri domini Martini Raymondi, prioris domus Vallis Ste Marie, ordinis cartusie, ad hec per ipsum dominum priorem specialiter destinato, ut dicebat, et michi notario publico infrascripto, et persone publice, tamquam publice, stipulanti-bus, recipientibus et acquirentibus nomine, vice et ad opus dicti domini prioris et domus Vallis Ste Marie, videlicet: unum florenum auri, bonum auri et finum, communis

communis seu fori fondarii d'alphinalis, annuales seu annue pensionis, habendum et percipiendum, singulis annis perpetuo per dictum dominum priorem dicte domus, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, a dicto Johanne vendi-tore et suis, ac per ipsum Johannem et suos heredes, ut supra, eidem domino priori, qui pro tempore fuerit, annuatim solvendum termino subscripto, ut infra patebit. Quem florenum annue pensionis idem Johannes venditor dicto domino priori et ejus domui predicte incorporavit, assi-gnavit et assignavit in et super quadam domo ipsius Johannis, sita Romanis versus Paga-nium, juxta domum Dameti Bernardi, ex una parte: et juxta domum Guillelmi Chorsi, affanatoris Romanis, ex altera, cum suis aliis certis confinibus. Quam domum de dicto flore-no annuali idem Johannes venditor specialiter oneravit, unum reale super ea infrancando, ad habendum, prætendum, exigendum et recuperandum singulis annis perpetuo, termino infra-scripto, ut supra, per dictum dominum priorem, dicte domus, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, in et super dicta domo et ratione ejusdem, a dicto Johanne et suis et aliis impositurum, possessoribus ipsius domus, perpetuis temporibus in futurum: precio et nomine precii vigenti florenorum auri boni, fini et legalis fondarii d'alphinalis. Quod precium dictus Guillelmus, nomine dicte domini prioris et pro ipso et de pecunia ejusdem domini prioris sibi per eum propter hoc specialiter tradita, ut dicebat, solvit, tradidit et realiter numeravit dicto Johanni etc... toutes les formules habituelles des actes de vente....

Et si dictus florenus... venditus... plus valet... etc... Constituens.... promittens... solvere et reddere dictum florenum auri annuale, dicto domino priori... singulis annis perpetuo, in dicto loco de Romanis, in festo beati Johannis Baptiste, incipiendo a data presentium in unum annum.... hypotheca et domum predictam, ...etc... Romanicas etc... De quibus omnibus dictus Guillelmus... petiit et venditor fieri concessit... etc... facta tamen substantia in aliquo non mutata.

Actum Romanis in carreria publica Algodarum, ante domum mei notarii infrascripti, presentibus ad hec vocatis testibus: Johanne Bernardi notario Romanis, Dameto Bernardi, Jordanono Genevesii, affanatoribus Romanis, et me Guigone Lucii dicti loci de Romanis, Vienn. dyocesis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus, dum sic agebantur, una cum dictis testibus, presens vocatus interfui et de iis notam recepi, presens que inde hanc presentem publicum instrumentum, ab alio tradita per ordinarium michi

concessa

concessa et commissione per fidelem substitutum scribi et grossari feci, eui hic manu mea propria me subscripsi, ipsumque signo meo consueto signavi rogatus et tradidi.

(Magnat. IV. pag. 34-36.). —

178.- 1374, 18 oct.— Inventaire des biens d'Alix, fille de Guillaume Charbonnel, de St Martin le Colonnel. — (Notar qu'Alix est la dernière des filles dud. Guillaume voir son testament, 1361, 3 juillet, n° 166 planch. ant.)

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod cum Jacobus de Clusis, notarius publicus quondam, habitator parochie Ste Johannis in Royanis, Vienn. diocesis, dum vitam gerebat humanam et vivebat in humanis, plures et diversas notas seu abreviaturas, plureisque et diversos contractus receptit et in suis protocollis manu sua propria notavit, que nondum per ipsum notarium, morte preventum, grossate nec in formam publicam redacte fuerunt: Quas etiam notas seu abreviaturas venerabilis et circumspectus vir dominus Martinus Clementis, licentiatus in legibus, judex major Vienne et Valentie, michi Guillermo Albergie, notario infrascripto auctoritate publica et curie majoris Vienne et Valentie per ato, commisit grossandi et in formam publicam redigendi, juxta formam et tenorem dicte mee commissionis, super hoc michi predicto notario, per dictum dominum judicem, facte et concesse. Cujus quidem commissionis tenor inseritur est in stantes. Igitur ego jam dictus Guillermus Albergie, notarius publicus et commissarius, prout supra deputatus, vigore et auctoritate mee commissionis supradicte et infrascripte, quandam notam seu abreviaturam, per me repertam, et per dictum notarium quondam receptam, non tamen grossatam, non cancellatam, sed sanam et integram omnique vicio et suspicione carentem, pluribus et diversis cautis ardui et inevitabilibus occupatus, per manum substituti per me electi scribi feci et in hanc formam publicam redigi, prout in eadem reperiebatur contineri, nichil addito nichilque remoto, quod sensum mutet aut intellectum variet. Cujus quidem note tenor talis est et talis! —

Anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quarto et die decima octava octobris, (1374, 18 octobris) qua die fuit factum Inventarium de bonis Alitie, filie Guillelmi Charbonnelli quondam!

In domo dicte Alitie, in camera prima a tras ollas super, ut pitalchos stangni, tam parvi quam

parvi quam magni, unum payrol, duas trachias, unam paylam, tres botallias stangni, tam bonas quam pravas, tres cuvas allas ferri, unum cholitem, quaddam (chaminet), unam duodenam paxidum de palpre, duos platallos de palpre, duas botallias t.... vini, parvum cofreligatum ferri, unum estandol p. tanayllas, unam bolam, unam grapa, unum lugaclam, unam serrullam, (n. tasoles), unam g.... duas cubertas pleme de bog... unam parvam calcitram, tres cuyaller, tres lanceas, unum bauthil, quattuor targias, unum toñter, unam plastatam, unum trabroger, quinque ... tas tam magnas quam parvas, unam branchiam ferri, unam tabulam, duos gattons, duos bans, duas balastas ferratas, duos may.. de maylla, unum (fossou), unam malatam plenam papirorum, unam cathedram, unum escayllet, duos cunsoles, duas collas, unam romagoriam, unum patrin cum duobus cuvercellis, unum lander cum duobus pedibus in solario, unam archam in pogaig... unam archam, in una archa triginta tria lintaamina sex mantills, duas dev antayras, duas pavastayllias, quaddam platas, duas bancas, unam ansam, quaddam frondas, unam gorgiam, quinque archas magnas, unam paylam de arouz, unum payrol core crey, 1 aptam botias, unam tinam.

Item quaddam molandinum, treyl et mallas et quaddam pratum, situm, et Rostagnonil.. Item quandam terram, sitam, et Cobatet. Item aliam sitam in Cruce. Item aliam in Dubitt. Item unam vineam, juxta vineam. Item medietatem unius prati sité els Rostagnonis: presentibus testibus: domino Johanne Bustardi, Guillelmo Brunarii, Dev ete Lybucii, et me Jacobo de Curtis notario etc..

Postque, anno quo supra et die predicta, fuerunt inventa duo instrumenta patientia pro bajulia. Item unum instrumentum permutationis facte cum Petro de Penna de sancto Romano de super Viam. Item unum instrumentum matrimonii dicti Guillelmi et Sibille conjugum. Item instrumentum quittationis dotis Vienne servorum dicti Guillermi. Item Octoginta septem (87) alia instrumenta de acquiramentis et de aliis negociis..

P. t. Francisco de Fabit procur. Guillelmo Albargia. Item unam plenam malatam papirorum et scripturarum; presentibus testibus quibus supra, et me Jacobo de Curtis etc.

Sequitur tenor mee commissionis et est talis: Martinus clamentis, licentiatus in legibus, judex major Vienne et Valentie, dilecto nostro Guillelmo Albargia notario publico et nostra curia jurato, salutem. Cum Jacobus de Curtis notarius publicus quondam habi-

-tator parochie

latori parochie Ste Tahamis in Royanis, vicarie universe carnis sit ingressus et alia
donec poterit de mettre les notes du défunt en forme, comme il est dit plus haut. . .
Datum in Ste Marcellino, die septima mensis januarii anno a Nativitate Domini
millesimo CCCC LXXX mo (Ht. n. 1381, 7 Janvier). Et sunt hic signate: M. de mandato judicis...

Ego vero Guillelmus Alberigie, publicus auctoritate imperiali notarius et communis
supradictus, juncta tenorem commissionis mee supradicte, hoc presens publicum
instrumentum per manum substituti mei per me electi, scribi et grossari feci et
facta diligenti collatione cum originali nota, ita jacere inveni; Idcoque manu
mea propria hic me subscripsi et signo meo consueto signavi fideliter et tradidi
in robur et testimonium premissorum. — (Magnat. VI. pag. 29-31.). —

179.- 1374, 5 Dec. — D. Pierre Poyllani, prieur du Val Ste Marie, ayant
albergé, le 21 juillet 1360, deux pièces de terre contiguës, situées vers la Colombier,
on vient de découvrir qu'une de ces terres est de la directe de l'hôpital de Ste Foi de
Romans. Accord entre le prieur de la chartreuse D. Martin Raymond, le Recteur de
l'hôpital et le tenancier. La pièce de terre contestée restera à l'hôpital et le tenancier
ne paiera plus au Val Ste Marie qu'une émine de froment pour la 2e pièce de terre. —

In Dei nomine, Amen. Noscant modernorum, presentia et futurorum, posteritas,
hujus serie veri publici instrumenti, quod anno Dominice incarnationis millesimo
trecentesimo septuagesimo (lire, adv. oublier quarto) indictione decima tertia (l'indiction 13e
donne 1374 - tandis que l'indiction du 5 dec. 1370 et la 9e. Depuis D. Martin Raymond est prieur
de Bonnefoy de 1370 à 1373) et die quinta mensis decembris (1374, 5 Dec.): Cum ita sit
quod olim, venerabilis et religiosus vir frater Petrus Poyllani, quondam prior monasterii
Vallis Ste Marie, ordinis cartusiensis, accensavit et albergavit Jametto Massitz,
de Romanis, quasdam suas pecias terre contiguas, sitas versus Columbarium, juxta
terram heredum Bonifacii Coreys a quodam; ex una parte: et juxta terram Juliani
Calote, affanatoris Romanis, ex altera: cum suis aliis confinibus; Quas suas pecias
terre asserebat ipse dominus prior ad se et teneri de directo dominio ipsius monas-
terii, pro et sub annuo censu unius bastarii siliginis mensure Bassi, prout inde
constat publico instrumento per Armandonum Maytardi notarium confecto, sub

anno Dominii

anno Domini M°. CCC°. IX°. et die XXI. mensis julii (1360, 21 juillet).

Et una ex dictis duabus peciis terre, continens circa tres eminatas, navitor reparitur sic esse et teneri in et de directo dominio domus Helemosine Hospitalis sancte Fidis Romanis, sub certo annuo censu, tam per terrearia et recognitiones antiquas dicte domus Helemosine sancte Fidis, quam per attestiones proborum hominum de Romanis, habentium et possidentium terras confines et propinquas duabus peciis terre predictis.

Et propterea questionis materia fuisset orta inter venerabilem virum dominum Raymundum Montati, canonicum et magistrum ecclesie Ste. Bernardi de Romanis, rectorem dicte domus helemosine, ex una parte: et religiosum virum dominum Martinum Raymundi, priorem predicti monasterii Vallis Ste. Marie, nominibus dictorum domus helemosine et prioratus suorum, ex altera: et dictum Gameto Mastitz, ex parte altera: dicto domino Raymundo, nomine suo et dicte domus Helemosine, petente sibi expedire et deliberare dictam peciam terre continentem tres eminatas, ad ipsam domum suam et hospitale pertinentem, tam utilem quam directe, una cum pensionibus et censibus sibi subtractis; dicto Gameto petente sibi componi et minui certe alterius pecie terre, que sibi restabit, quarum et precii recitationis. - Landem coram notario publico et testibus inferius scriptis, predicte partes, videlicet: dictus dominus Rector domus et hospitalis predicte, suo nomine et ipsius domus et hospitalis, ex parte una: dictus dominus prior, nomine dicti sui prioratus et monasterii, ex altera parte: et dictus Gameto Mastitz, ex parte altera, scientes et sponte de et super dictis questionibus et aliis premissis transegerunt, pacta fecerunt, convenerunt et concordaverunt inter se, videlicet, mutuis stipulationibus intervenientibus hinc et inde, et taliter, videlicet: quod dicta pecia terre ex duabus predictis peciis, continens circa tres eminatas terre, sit et remaneat et pertineat dicto rectori et domui hospitalis sancte Fidis, ad accensandum et albergandum, tenendum et possidendum, et alias faciendum de eadem suam omnimodam voluntatem. Et quod alia pecia terre, alii predicte contigua, sit, restet et pertineat dicto Gameto Mastitz et suis heredibus, pro et sub censu duntaxat unius emine frumenti, mansure Bassi, dicto domino priori et prioratui Vallis Ste. Marie, annis singulis, perpetuo dando et

dande et prestande. Et illico dictus dominus prior Vallis, nomine dicti sui prioratus et monasterii dictam proclamam peciam terre contiguam predictis tribus aminatis, cum suis appenditiis et pertinentiis, pro et sub dicto censu unius amine frumenti, mantuane battar, dicto Gamoto stipulanti et recipienti amine frumenti, mantuane battar, dicto Gamoto stipulanti et recipienti renovavit et renovando allogavit, accensavit et in emphiteosim dedit et concessit. Et propterea ipsum Gamotum stipulantem et recipientem, pro se et suis, de dicto sestario siliginis censuali et allogamento et accensamento primo superius designato, quittavit, liberavit in perpetuum, fecit et absolvit cum pacto expresso de non quicquam ulterius petendo vel exigendo ab eodem Gamoto aut suis, ratione dicti sestarii siliginis censualis, seu occasione dicti primi accensamenti. — Quam quidem aminam frumenti censualem, mantuane predicte, dictus Gamotus, pro se et suis, constituit et promisit per juramentum suum ad sancta Dei evangelia prestitum, et sub obligatione dicte terre dicto domino priori et michi publico notario subscripto, nomine et vice dicte domus et monasterii Vallis stipulantibus et recipientibus, dare et solvere eidem domino priori et suis successoribus in dicto prioratu, aut ejus et eorum legitimo procuratori, annis singulis, perpetuo, in festo beati Juliani. —

Predictas quidem transactionem, concordiam, accensationem, quittationem et alia predicta promiserunt dicte partes et ipsarum quelibet, quibus supra nominibus, videlicet dicti domini Rector et prior, quibus supra nominibus, bona fide et sub obligatione omnium bonorum suorum et dictarum domorum suarum; et dictus Gamotus, sub juramento et obligatione quibus supra, altera alteri et vicissim, stipulationibus intervenientibus quibus supra, ratas, gratas et firmas, rata, grata et firma habere, tenere, attendere et inviolabiliter perpetuo observare, et nunquam contrafacere, dicere vel venire, per se vel per alium, in toto vel in parte, in judicio vel extra, tacite vel expresse, nec alicui contrafacienti, dicenti vel venienti, modo aliquo, consentire. Renunciantes autem, ex certa sciencia, in hoc facto, dicte partes et ipsarum quelibet, quibus supra nominibus, et sub juramento, bona fide et obligatione predictis, exceptioni dictarum transactionis, concordie, quittationis, promissionis et aliarum promissorum non factarum et non factorum, vel non rite et legitime

et legitime factarum et factorum, et supra contractus: dolo, malo, metus, errores et in factum actioni, petitioni et oblationi libelli, beneficio presentis instrumenti et note ejusdem, conditioni sine causa, ob causam, vel ex injusta causa, officio judicis juri per quod deceptis et circumventis in contractibus, legis auxilio subveniter, omni beneficio restitutionis in integrum, omnibus privilegiis et indultis suis, omnibus induciis et feriis ac diebus feriatis et generaliter omni alii juri canonico et civili, et rem ejus juri dicenti generaleri renunciationem non valere nisi precesserit specialis.

Et fuit actum, petitum et concessum per dictas partes, quod de predictis omnibus fiant per me notarium publicum, infrascriptum, tria publica instrumenta ejusdem substantie et tenoris, videlicet: unum, pro qualibet partium predictarum, que producta in judicio vel non, ante litem contestatam et post, quandocumque, possint dictari, corrigi et de novo reformari semel et pluries, consilio peritorum, facti substantia non mutata. —

Actum et datum Romanis, in dicta domo hospitalis sancte Fidis, presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: Domino Johanne de Layo presbytaro, Juliano Calati, Guidelmo Odonis de Romanis, Romanis; et me Matheo Gayta dicto de Romanis, notario infrascripto.

Et ego Matheus Gayta dictus de Romanis, imperiali auctoritate notarius publicus, quia hiis interfui et hoc publicum instrumentum inde fieri me recepturn scripsi, signoque solito signavi rogatus et tradidi ad opus dicti domini prioris. — (Magnat. VI. pag. 27-29.) —

180.- 1379, 3 sept. — Martin Mayosse alias Quarator de Romanis, vend, pour 40 florins d'or, au prieur du Val ste Marie, D. Henri de Hermaco, 2 florins d'or de cens annuel, qu'il assigne sur tous ses biens et en particulier sur sa maison située à Romans in Lagonia. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum, cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo nono, indictione secunda et die tertia mensis septembris, (1379, 3 sept.), coram me notario publico et testibus infrascriptis, Martinus Mayossa, alias Quarator de Romanis, sciens et spontaneus, ut dicebat et prout ex verbis ejus liquido deprehendi poterat pariter et notari, vendidit et titulo pure, perfecte, simplicis et irrevocabilis venditionis tradidit, seu quasi, et habere voluit seu concessit, prout melius et amplius potest intelligi sive dici, venerabili viro domino fratri Henrico de Hermaco, prioris prioratus Vallis ste Marie, presenti et nomine, vice et ad opus dicti sui prioratus ementi, stipulanti solemniter et recipienti, et michi not.

et michi notario publico infrascripto, stipulanti sollempniter et recipienti vice, nomine et ad opus dicti prioratus et omnium quorum interest, interesse poterit in futurum, videlicet: duos florenos auri, boni auri et fini, justi et legalis ponderis, annuales reddiuales et censuales, mortuos, habendos, levandos, percipiendos et exigendos et recuperandos per dictum dominum priorem et successores suos in dicto priorate, perpetuo, quolibet 1° anno, ab eodem Martino et suis, super omnibus bonis suis ipsius Martini et specialiter, ita quod specialitas generalitati non prejudicet nec e converso, super quadam domo sua ipsius Martini venditoris, sita Romanis in Paganica, juxta domum Bartholomei Pelliceriis affenatoris Romanis, ex parte una: et juxta domum Romanuti Bolloti etiam affenatoris Romanis, ex parte altera: et juxta carrerian publicam per quam itur a dicto loco Paganice versus burgum Sancte Fidis, ex parte altera, cum suis aliis certis confinibus. Quam domum pro predictis duobus florenis auri annualibus et reddualibus perpetuo, anno quolibet, solvendis, idem Martinus venditor specialiter et expresse, ita videlicet quod specialitas prout superius generalitati non prejudicet, nec e converso, obligavit et ypothecavit ubique voluit et remanere obligatam, ypothecatam et onoratam: ad habendum, tenendum, vendendum, donandum, permutandum, alienandum et quicquid eidem domino priori et successoribus suis in dicto priorate, de dictis duobus florenis auri annualibus et reddualibus vel venditis deinceps perpetuo placuerit faciendum: precio et nomine precii quadraginta florenorum auri, boni auri et fini, justi et legalis ponderis. De quibus quadraginta florenis et pro precio predicto, prefatus Martinus venditor confessus fuit publice, ad petitionem dicti domini prioris mei que notarii publici infrascripti, et infra stipulantibus sollempniter et recipientibus, se habuisse et recepisse ab eodem domino priore, solvente nomine dicti sui prioratus, viginti florenos auri ... Residuos vero viginti florenos auri restantes ad solvendum de dicto precio tam valorem ipsorum in moneta argenti de precepto, contentus et voluntate dicti domini prioris, et pro ipso Francisco Viali et Francisco de Curia, draperiis Romanis, heredes et bonorum fossatores Perroti de Verdona, quondam draperii Romanis, eidem Martino venditori presenti, recipienti... tradiderunt et realiter numeraverunt in mei notarii publici et testium subscriptorum presentia, pro legato per dictum quondam Perrotum dicto domino priori et ejus conventui facto; in tantum quod de dictis quadraginta florenis et pro ipsis de dicto precio se habuit

idem Martinus

id am Martinus v ad dictas pro contento et pro pagato etc... to utas las formulas ordinarias aus a dés de vente.... Ut ipse valent.... cedans.... Constituans.... Promittans.... ...dictos mos florenos aurei annuales et reddeales solvere dicto Petro anno quolibet, in festo quolibet beati Juliani..... Renuncians...

Acta fuerunt hec Romanis, in operatorio draperie dictorum Francisci Viole et Francisci de Curia, presentibus ad hec vocatis testibus: Guillelmo Hugonis, affanatore Romanis, Johanne Sobillardi, drapperio Romanis, Francisco Gabelini, consorte spamorum, de Romanis, et me Johanne Surrachulli de Romanis, Vienn. diocesis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus, una cum dictis testibus, presens fui, et hoc presens, verum et publicum instrumentum, in notam recepi, manuque mea scripsi et signum meum consueto signavi rogatus et traddi. — (Maguat: VI. pag. 37-39.)

181.— 1379, 7 Oct. — A la demande du prieur de Val Ste Marie, D. Henri de Ermaco (Erniaco?), Guillaume de la Voulte, évêque de Valence et de Die, confirme différents achats faits par la chartreuse à Montélier. — 1° 16 sétiers et une émine de froment de cens annuel, vendus par Lantelme Chabrette de Chabeuil — 2° 5 s. 1/2 florins d'or, 6 deniers et 2 set. 6 deniers et 2 setiers de froment de cens annuel, vendus par Goutard Chauvin d'Alixan — 3° 4 setiers de froment de cens annuel vendus par Guillaume de Chateauneuf (1353, 28 mars — 1353, 11 Avril et 1353, 3 Avril. Voir nos 137. 139 et 140). — 4° 3 ol. 1 set. 6 deniers de cens annuel vendus par Aymar et Guillaume de Montvendre (1354, 3 Mars n° 141).

Guillelmus de Voulta, dei gratia episcopus et comes Valentinensis et Dyensis,... Notum, sit universis presentes litteras seu publicum instrumentum inspecturis, quod accedens ad nostram presentiam, relatione viri prestatur Henricus de Ermaco, prior Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, Dyensis diocesis, nobis significare curavit quod
1. olim (1°) Lantelmus Chabreta de Cabeolo, domicellus, vendidit priori prioratus domus beate Marie Vallis predicte, quatuordecim, sestaria cum emina frumenti, mensura Valentie, annualia et centualia cum directo dominio et investitura, de feudo franco et libero fidelis nostri domini de Castronovo, militis, condomini Montilisii, et de nostro retrofeudo existentia: quas faciebant dicto Lantelmo castrum contra, in litteris super hoc confectis et descriptis; quarum initium incipit in secunda linea

a — tii 77

« -rii » et finit in penultima « et tra... » ; et alia incipit in secunda linea « to » et
finit in penultima « instrumentum, scriptum et subscriptum manu et signo Johannis Blan-
2. chardi clerici publici notarii ». — (2°) Et quod Gontardus Chanav... de Alexiano, nomine
suo et ut tutor et tutoris nomine Guichardi, fratris sui, vendidit priori domus predicte, nota-
rio publico et ipsi dicte domus stipulanti, quinque florenos cum dimidio auri fini, boni
ponderis et legalis, sex denarios bonorum Viennensium et duo sestaria frumenti annua-
lia, quos et que dicti fratres annuatim percipiebant et percipere consueverant de et
super grangia dicte domus et conventus, sita infra mandamentum de Montilisio de feudo
franco et libero supradicti domini Guillelmi de Castronovo, condomini de Montilisio, et
de nostro retrofeudo existante, prout predicta dicuntur contineri in quodam publico instru-
mento, quod incipit in secunda linea « ad hoc », et finit in penultima « roga ». —
3. (3°) Item quod dictus dominus Guillelmus de Castronovo vendidit priori et procuratori domus
predicte et notario publico, stipulanti nomine domus et conventus predicti, quatuor sesta-
ria frumenti annualia et reddalia, que percipiebat et percipere consueverat in et super
grangia predicta de Montilisio, prout in tribus publicis instrumentis subscriptis et signatis
manu et signo supradicti Johannis Blanchardi ; quorum unum incipit in secunda linea
« nono », et finit in penultima « signoque » ; et aliud incipit eodem modo « nono milesimo »,
et finit in penultima « ejusdem interfui » ; et aliud incipit in secunda linea « trecentesimo »,
4. et finit in penultima « fideo ». — (4°) Item et quod Aymarius Montisvenerii, de Montilisio,
et Hugo Raymundi de Cabesolo, procurator Guillelmi Montisvenerii, fratris dicti Aymarii,
vendiderunt priori et conventui domus predicte tres solidos et sex denarios bonorum Viennen-
sium annuales et reddituales, quos dicti fratres percipiebant et percipere consueverant super
grangia predicti monasterii ratione pasqueragiorum de Montilisio, de franco feudo et
libero dicti domini Guillelmi de Castronovo, et de nostro retrofeudo existentes, prout in quo-
dam publico instrumento per notarium predictum scripto, quod incipit in secunda linea
« -tesimo », et finit in penultima « instrumentum », latius dicitur contineri. —

Cumque quatuordecim sestaria cum emina ; quinque florenos cum dimidio, sex denarios
Viennenses et duo sestaria frumenti : et dicti tres solidi et sex denarii essent de feudo
dicti domini Guillelmi, ipse ipsum dominum Guillelmum fuisset prior et domus supra-
dicta investitus et retinentes, prout in instrumentis predictis super hoc confectis latius vidi-
mus contineri

mus continari

mus continari, nos instanter prior prefatus requisivit? ac nobis humiliter supplicavit, quatenus venditionem, translationem et investituram predictas ratam et gratam habentes, ipsum priorem de predictis quatuor dimis testariis? frumenti cum emina, quinque florenis cum dimidio tue ranonis vicem. de nobis testariis frumenti, tribus solidis et ter denariis inostituramus et retinaremus et impedimentum in predictis per nos et gentes nostras oppositum tollaremus et tolli mandaramus; necnon et venditionem predictam, factam dicte domui per dictum dominum Guillelmum de dictis quatuor testariis frumenti laudaremus, ratificaremus et de dictis quatuor testariis frumenti ipsum priorem, nomine dicte domus, retineremus et investiremus. — Nos itaque, zelo religionis predicte et contemplatione dicti prioris, ad quem amorem gerimus specialem, inclinati, certificati de predictis per ipsa publica instrumenta, venditionem, translationem predictas et investituram et omnia alia in dictis instrumentis contenta ratificamus, approbamus, emologamus et confirmamus, et de predictis, pro nobis et successoribus nostris in ecclesiis predictis, predictum priorem et per eum, domum et monasterium predictum retinemus, et de ipsis, per tenorem hujus littere investimus: salvo jure nostro in aliis et quocumque alieno. Mandantes, tenore presentium, castellano nostro Montilii, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, quatenus dictum priorem et conventum et successores de predictis uti et gaudere libere permittat et eis nullum impedimentum, per se vel alios, faciat seu apponat, quod nos, per presentes, tollimus et etiam amovemus. Retinentes tamen nobis et successoribus nostris in ecclesiis predictis, de voluntate et consensu dicti prioris, quod ipse prior et quicumque alii priores prioratus predicti teneantur et debeat novo successori nostro recognoscere, infra sex menses a tempore nove creationis ipsorum et successorum nostrorum, computandos, predicta esse de retrofeudo nostro franco et libero, nichil aliud in predictis retinentes.

In quorum testimonium, presentes litteras seu publicum instrumentum, per Henricum Gerardi de Chorreis, notarium publicum, scribi et signari mandavimus? et sigilli nostri justimus appositione muniri. — Acta fuerunt hec apud Valentiam, in camera studii domus nostre, presentibus testibus: venerabilibus viris et religiosis dominis Brunello de Barjaco, priore Ste Laurentii Gratianopolis, Guillelmo Richerii, priore Ste Petri de Valibus diocesis Appen. ... et domino Johanne Robaudi canonico Massiliensi: die septima mensis octobris, anno Domini millesimo CCC^mo septuagesimo nono (1379, 7 oct.). Guill. qui valent. et

vicesimo. Egovero

et Vienn[is]. — Et ego prefatus Henricus Gerardi de Choren, clericus, Lodovensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis, dum sic fierent, ut supra scribitur, et agerentur, una cum prenominatis testibus presens fui et, de mandato dicti domini episcopi et comitis, in notam recepi et exinde in hanc publicam formam redegi et manu propria scripsi, signumque meum consuetum apposui, una cum sigillo domini episcopi et comitis supradicti, in testimonium et fidem omnium premissorum.

(Au commencement il y a ce titre : « Littera quomodo dominus episcopus Valentinensis, dominus generalis moderni, ratificavit acquisitionem factam in Montilisio de censibus acquisitis ; quâ etiam ratificavit dominus Ludovicus de Villars olim Valentinensis episcopus, ipsius predecessor. » — Magnat. VI. pag. 31-33. — Analysé dans Tulet chevalier, « Histoire de Diez » tom. 2. pag. 286 nota 2. — Les documents signalés dans la 1re et 2e de cette pièce n'existent plus.). —

---

182. — 1379, 9 oct. — Jean Don alias Coquet, affanator de Romans, vend, pour 20 florins d'or, au prieur du Val Ste Marie D. Henri de Horniac, un florin d'or de cens annuel, qu'il assigne sur tous ses biens et en particulier sur sa maison, située à Romans in Rigalibus, sur la vigne vers Vayragium de la terre en Rouergia.

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo septuagesimo nono, indictione tertia et die nona mensis octobris (9 oct. 1379.), coram me notario publico et testibus infrascriptis, Johannes Don alias Coquet affanator Romanis, prudens et spontaneus, ut dicebat et prout ex ejus verbis liquide deprehendi poterat peritus et naturâ, vendidit et titulo pure, perfecte et irrevocabilis venditionis, tradidit, seu quasi, et habere voluit et concessit, prout melius et sanius potest intelligi sive dici, venerabili viro domno fratri Henrico de Horniaco, priori prioratus Vallis Ste Marie, presenti et nomine, vice et ad opus dicti prioratus Vallis Ste Marie ementi, stipulanti solempniter et recipienti, a me dicto notario publico infrascripto, stipulante solempniter et recipiente vice, nomine et ad opus dicti prioratus Vallis Ste Marie et quorum interesset, interest aut interesse poterit in futurum, videlicet : unum florenum auri, boni auri et fini, justi et legalis ponderis

ponderis, annuale, reddvale et pensionale.. ad hal vendam, lor vendam, specifican-dam, obligandam et recuperandam, predictum dominum priorem, et successores suos in dicto priorato perpetuo, quolibet anno a dicto Johanne Donvendore et suis, super omnibus bonis suis ipsius Johannis vendoris, et specialiter, ita videlicet quod specialitas generalitati non prejudicet nec e contra,.. super quadam domo sua ipsius Johannis, sita Romanis in Rigalibus, juxta domum Beatrix Bollate de Romanis, ex parte una: et juxta domum Ponzoni .... quadam itinere intermedio, ex parte altera; Item et super quadam vinea contenente circa tres eminatas terre, sita versus Vayragium, juxta vineam ... Cayratarii Romanis, ex parte una: et juxta vineam Humberti Galineri, affanatoris Roma-nis, ex parte altera; Item et super quadam pecia (terre et vinee) contenente circa duas sestariatas terre, sita in loco dicto in Roveyria, juxta vineam Goneti Sorni, spothecarii Romanis, ex parte una: et juxta .... Barbarii, quadam chirota intermedio, ex parte altera, cum earum pertinentiis aliis undique confi-nibus. Quas res et possessiones superius confinatas predicto precio unius floreni auri annualis et reddualis perpetuo anno quolibet solvendo, idem Johannes Ven-dor specialiter et expresse, ita videlicet quod specialitas generalitati non prejudicet nec e converso, obligavit et ypothecavit, asseque voluit et remanere pro predictis obligatas et ypothecatas ac etiam onerabat: ab hoc abandam, tenendam, vendendam .. et quicquid eidem domino priori et successoribus suis in dicto priorato de dicto florano auri annuali et reddvali ... deinceps perpetuo placuerit faci-endum: precio et nomine precii viginti florenorum auri, boni auri et fini, puri et legalis ponderis. Quod precium dictus Johannes confessus est se habuisse etc... to utes les formules habituelles... Et in plus valet .. donavit .. cedens... Constituens... Promittens... dictumque florenum auri annualem... solvere perpetuo, anno quolibet, in quolibet festo beati Juliani ... hypotheca sua et omnia bona sua.... Renuncians...

Acta fuerunt hec Romanis, in domo dicti prioratus Vallis Ste Marie, presen-tibus ad hec vocatis testibus Jordano Gonet alii affanatore Romanis, domino Francisco Guirardi, priore domus sancti Ruffi prope Romanis; et me Johanne Churruchalli

Cerruchelli de Romanis, Viennensis diocesis, domicio, auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus, una cum, dictis testibus, presens fuit, et hoc presens verum et publicum instrumentum, in notam recepi manuque mea propria scripsi et signo meo consueto signavi rogatus et tradidi. —

(Magnat. VI. pag. 34-36.). —

---

183. — (1382. stil.) 1381, 10 Janvier. — Ponce Maillurat, bourgeois et notaire de Romans, faisant son testament, donne au prieur du Val Ste Marie D. Henri de Urbiaco une maison située au Pont en Royans près du pont de Borne; 50 sossées de vigne au territoire dit Pont en Corcobot; 8 autres sossées de vigne non loin des precédentes, un bois de châtaigne à St André et généralement tout ce qu'il possède au Pont et à St André. Il se réserve la jouissance sa vie durant. —

In nomine Domini, Amen. Cum presentia decenter gerere, futura vero competenter prospicere summa sapientia reputetur: Quapropter noverint universi et singuli hoc presens publicum instrumentum inspecturi, lecturi vel audituri, quod anno Incarnationis Dominice millesimo trecentesimo octuagesimo primo, indictione quinta et die decima mensis januarii (stil. 1382, 10 Janvier), Coram me notario publico et testibus infrascriptis ad hec vocatis specialiter et rogatis, personaliter constitutus providus et discretus vir Poncius Maylluretti, notarius et burgensis habitator Romanis, ipse enim, Poncius meminens, ut dicebat, se dudum quodam condicto testamentum, nuncupativum, receptum et notatum per Johannem Ruffi sartoris de Ponte in Royanis, notarium publicum, in quo testamento, jura prelegati seu institutionis aut alias, domino Johanni Mayllureti, fratri suo, bona, res et possessiones suas quascunque, quas habebat et habet in locis, territoriis et mandamentis Ponti et Ste Andree in Royanis, aut alibi in terra de Royanis ultra sanctum Nazarium, reliquit, prout dicto vel alias in ipso testamento, ad quod se refert, plenius continetur. Quia tamen idem Poncius circa dictam institutionem seu legatum, vel prelegatum dictis bonis et rebus suis terra de Royanis, dicto Domino Johanni, fratri suo, factam seu

factam seu factum, propositum, intentionem et voluntatem mutavit, volens de ipsis bonis, pro sua et parentum suorum remedio animarum, aliter ordinare. Attendens quod unicuique licet usque ad finalem vite exitum, suum mutare testamentum et eciam revocare, cum sit ambulatoria voluntas usque ad mortem: Ideo ipse Poncius mente et corde sanus, gradiens in columnis super terram, ex certa sciencia, suo motu proprio et mera deliberata sua spontanea voluntate, omnibus vi, dolo, metu et cujuscunque seductione et circumvencione cessantibus, ut dicebat et prout ex verbis suis congruis manifeste apparebat, dictam institucionem seu prelegatum et relictum per ipsum Poncium in dicto suo testamento, in persona dicti domini Johannis, ejus fratris, de bonis et rebus suis in terra de Roya suis constitutibus, factam seu factum sub quacumque verborum forma, racione et quamcumque aliam donacionem causa mortis vel inter vivos, codicillum seu codicillos aequarum vel aliam vel alias vidimationem, dispositionem seu ultimam voluntatem, de ipsis bonis et rebus suis terre de Royas dicto domino Johanni, fratri suo, aut aliis quibusvis personis ecclesiasticis vel secularibus factam et factas quoquomodo et sub quacumque verborum forma expressas et comprehensas, expressa revocavit et anullavit, revocat et anullat totaliter et omnino hujus testamenti et tenoris veri et publici instrumenti, ac carere vult omni roboris firmitate; Rogando, quantum et necesse, super hoc testes infrascriptos presentes et audientes, ut de hiis et aliis subscriptis, forent testimonium veritatis, locis et temporibus oportunis. Et deinde ibidem protinus et incontinenti, idem Poncius animadvertens, considerans et attendens devocionem et affectionem singularem, quas habet et ejus fratres et predecessores habuerunt ad religionem et ordinem cartusie, maxime ad domum et conventum Vallis Ste Marie, dicti ordinis, ubi per experientiam doctus est quod fratres dicti conventus Dei laudabiliter famulantur et divinis: cupiens que in ipsorum fratrum dicta domus et conventus Vallis Ste Marie precaminibus et devotis orationibus ac divino cultui, qui ibidem frequentatur creatur cum aliis eorum benefactoribus aggregari; Ideo ipse Poncius, sciencter et provide

et provide meque motu proprio et mera ac libera voluntate, ut supra, pro se et suis
heredibus et successoribus universis, dedit, donavit, dat et donat, cedit et concedit ad
imperpetuum, donatione pura, firma, simplici et irrevocabili inter vivos, sine ulla
de cetero revocandi; et alias ac omni jure, modo et forma, quibus melius, fortius,
clarius et validius potest intelligi sive dici, pure et libere, amore Dei, pro decem obtima
in remedium et pro remedio animarum ipsius Poncii et parentum suorum, religioso
+ viro fratri Henrico de Tabiaco, priori dicte domus, ac michi notario publico infra-
scripto, ut publice persone, stipulantibus solempniter et recipientibus nomine, vice
et ad opus dicte domus et conventus Vallis Ste Marie, ordinis cartusie, videlicet:
res, possessiones et proprietates ipsius Poncii infrascriptas, salvo tamen, retento
et reservato in presenti donatione, et ante et post, in omnibus et per omnia bene placito, laudo
voluntate et assensu dominorum, directorum, aquarum, directo dominio ipse possessiones te-
nentur; et cum et sub tali conditione, quod si et in casu, quod ipsi directi domini hujus dona-
tioni assentire et eam laudare, recipere dominum, priorem et conventum de rebus donatis
retinere et investire recusarent seu nollent, quod ipsa presens donatio cum toto jure effectu
sit nulla, cassa et irrita et pro non facta penitus habeatur; retento etiam et reservato
ipsi Poncio, ad ejus vitam naturalem et non ulterius neque ultra, usufructu ipsarum rerum
donatarum. Quo finito usufructu, ipse usufructus cum proprietate consolidetur et conver-
1. et primo quandam domum suam, sitam in loco Pontis in Royanis, prope pontem Borne,
juxta domum Guillelmi, ribete Lantelmoni Bolonie, ex una parte: et juxta domum
Barthomi de Porta, ex alia: et super aquam Borne, a parte posteriori, cum suis aliis confi-
nibus. Quam domum Tuneri asserit de directo dominio domini Pontis predicti, sub annuo
2. certo censu consueto. — (2°) Item magis quoddam tenementum vinearum suarum, contin-
cirea quinquaginta passoratas vinee, situm in territorio Pontis predicti, in loco dicto au
Corcobos, juxta vineam Durandi Chastaygni, ex una parte: et juxta vineam Thome Lyone
et ejus uxoris, ex alia: et juxta vineam heredum Eymerici Richalendi, ex alia: et juxta
viam publicam qua itur de Ponte versus Sanctum Andream in Royanis, ex alia: et juxta
vineam Bertrandi Bolonie et ejus uxoris, vicolo fontis castri intermedio, ex altera: cum
suis aliis confinibus. Quod tenementum tenetur, ut dicit, de directo dominio dicti domini
3. Pontis et prioratus ejusdem loci, sub certo annuo censu seu censibus consuetis. — (3°) Item
magis

(3°). Item magis et quandam aliam vineam suam, continentam circa octo sestayratas vinee, sitam ibidem in loco predicto, juxta vineam dicti Bertrandi Bolognie et ejus uxoris, ex una parte: et juxta vineam Juliani Galiani Mosarie seu ejus heredum, ex alia; et juxta vineam Petri Textoris brocherii, ex alia: et juxta viam publicam predictam, ex alia; cum suis aliis confinibus certis. Que vinea tenetur, ut dicit, de directo dominio dicti domini Pontii, sub certo annuo censu computato — (4°) Item quoddam nemus suum castanente, situm in mandamento sancti Andree in Royanis. — Et generaliter omnes alias res, possessiones et proprietates immobiles, quas habet idem Poncius donator et sibi competunt jure, titulo et causa quibuscumque, in locis, territoriis et mandamentis Pontii et sancti Andree in Royanis, et alibi in terra de Royanis ultra sanctam Nazarium, ubicumque; cum ipsarum rerum et possessionum et cujuslibet earum onere, honore seu oneribus et honoribus quibuscumque ipsarumque ingressibus, egressibus, juribus et pertinentiis universis: ad habendum, tenendum, possidendum, fruendum, vendendum, donandum, permutandum, seu alias alienandum et quicquid aliud dictis priori et conventui domus vallis predicte, de predictis donatis cum juribus et pertinentiis eorumdem, deinceps perpetuo placuerit faciendum; salva tamen, et retento, ut supra, sibi Poncio donatori usufructu ipsarum rerum donatarum, ad vitam suam et non ulterius neque ultra. — Et ne hujusmodi donatio immensa videatur et dicatur insinuatione judiciaria indigere, dictus Poncius donator de premissis supradonatis dicto domino priori et conventui dicte domus, intervenientibus stipulationibus quibus supra, tot, tales et tantas facit et fecit particulares donationes, quod neutra ipsarum summam quinquaginta aureorum excedat. — Constituens idem Poncius donator, prose et suis, in predictis bonis donatis dictos dominum priorem et conventum dicte domus, intervenientibus stipulationibus premissis, veros dominos et procuratores et in rem suam propriam, justo et legitimo titulo acquisitam, salvo sibi, ut supra, usufructu predicto. Et tenere et possidere seu quasi premissa donata precario nomine ipsorum prioris et conventus et proinde, donec et quousque ipsi prior et conventus, per se vel alium, possessionem premissorum donatorum apprehenderint corporalem. Quam apprehendendi et apprehensam retinendi, per se vel alium, cum voluerint, licentiam et auctoritatem omnimodam dedit, contulit et concessit idem Poncius donator dicto domino priori et, per eum, dicto conventui, nullo alio mandato per ipsos a dicto Poncio super hoc expectato. — Cedens etiam, transferens et concedens

et concedant idem Poncius donator, prout et suis, dictis domino priori et conventui, interve-
rientibus stipulationibus quibus supra, omnia jura, omnia interdicta, tam restitutoria
quam possessoria, omnesque actiones reales et personales, meras, mixtas, utiles, directas,
civiles, pretorias, anormales, usurarias et consuetudinarias, omnesque alias, quas et quas
ipse Poncius donator habet, habebat et habere poterat et que sibi competunt, competebant
et competere poterant quoquo jure et que cumque titulo seu causa, ac in futuram, com-
petitura in predictis rebus et possessionibus supra donatis et qualibet ipsarum, juribusque
et pertinentiis earumdem; salvo tamen et retento sibi Poncio donatori, ut supra,
usufructu ipsarum rerum donatarum, ad vitam suam, et proferter ... De quibus quidem
rebus supra donatis idem Poncius donator se et suos heredes et successores penitus devas-
tivit per concessionem hujus publici instrumenti et manualem traditionem cuiusdam basculi
ut et moris, in manus mei notarii ... recipientis ipsam devestituram nomine dictorum
dominorum directorum, de quorum directo dominio ipsa res donate movuntur, et ad
opus dictorum domini prioris et conventus; Rogando, hujus tenore publici instrumenti,
ipsos dominos directos quatenus dictos priorem et conventum, aut eorum procuratorem
legitimum, de predictis rebus donatis, cum et sub earum censibus omnibus et servitiis
debitis et consuetis, investiant, retineant, prout ad quemlibet ipsorum pertinuerit, si
et quando super hoc fuerint requisiti, nulla alia devestitura vel mandato ab ipso
Poncio super hoc expectatis. Promittens dictus Poncius donator ... sub expressa obligatione
bonorum suorum ... dicto domino priori et michi notario publico infrascripto, stipulan-
tibus et recipientibus, prout supra, dictam donationem, seu donationes nunquam in
posterum ... rescindendam .... Renunciant ... exceptioni ...

Acta fuerunt hec Romanis, in operatorio in quo ego subscriptus notarius scribo, in platea
X publica dicti loci, presentibus ... testibus: rationabilibus viris patre Deodato de Morna priore
Ucubiarum, dicti ordinis cartusie, Stephano Joglaris, Johanneto Barnerii, Guigone
Aniuacie, notariis Romanis, Johanne Sebillardi, Francisco Violi, draperiis Romanis, et
Guigoneto Daurerii de Sancto Paulo, dicto habitatore Romanis, et me Guigone Lauri, dicti
loci de Romanis, notario ... qui premissis .... presens fui ... et hoc instrumentum
... inde in notam recepi .....

(Magnat. II. pag. 38-42.) —

184. (1382. st.n.) 1381, 19 Mars. — Extrait du testament de noble ~~Arlaud~~ Arnaud de Fabrique, dans lequel il donne au Val Ste Marie droit de patûrage dans ses terres de Mayman et de Beauregard. —

(Très Laïcré, d'après l'abbé Magnat. Voici ce qu'il en a extrait)

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo, trecentesimo octuagesimo primo et die decima nona mensis martii, (st.n. 1382, 19 Mars), apud Maymanum, Valentinensis dyocesis, in domo nobilis viri Arn Arlaudi de Fabrica quondam dicti loci Maymanis et Bellireaffectus (lire) aulicus de quodam vel erat ex pars condomini), quam ipse inhabitat, videlicet in camera una, que est a parte boree, in qua ipse jacet: in presentia mei notarii publici et curie majoris Albenalis Viennensis juratis, et testium, subscriptorum, ad hec a dicto nobili Arnaudo specialiter vocatorum, sanus mente et in bona, per Dei gratiam, sue ipsius memoria, licet aliquali detentus infirmitate corporali, fecit, condidit et ordinavit suum ultimum, testamentum .... sepulturam suam elegit ac heredem suum universalem ... fecit ... et constituit ... et plura alia fecit et testando ordinavit ... ut in suo testamento ... continetur .... in hiis verbis:

X Item, voluit, ordinavit et precepit, sicut eum tangit, concessit prefatus nobilis Arnaudus de Fabrica testator .... fratribus Vallis Ste Marie et eorum .... et pastoras perpetuo pascue et custodire et pascere possint eorum animalia .... et .... pasci facere in toto mandamento, jurisdictione et districtu locorum predictorum, Bellireaffectus et Maymanis, et ibidem imp..... jacere, absque alio ordine inde per suum heredem universalem in prescriptum nec per heredes ipsius heredis vel successores aut subs.... sed: super hec petendo vel precipiendo quecumque. Et quotiès dicti domini vel eorum pastores moderni vel futuri (voluerint intrare) in pascuis .... sicut animalia propria ejus dem mandamenti .... absque licentia, in quantum eumdem testatorem tangit, super hoc ulterius expectata: aliis pactis et conventionibus actenus habitis et factis inter dominum priorem dicte Vallis, nomine suo et fratrum conventus, ex una parte: et dictum nobilem testatorem, ex altera parte, non obstantibus quibuscumq

tibus quibuscunque . . . . (voluit) et concedit dictus nobilis Arnaudus testator quod dictus dompnus prator . . . . . pro remedio et salute anime sue . . . . . super bonis suis mobilibus, immobilibus, juribus, actionibus . . . super quibus sunt . . . . quales cumque res . . . sive sint domus, vinee, terre culte, inculte, nemora, pascua, jurisdictiones, merum, mixtumque imperium, census . . placita domorum . . . . et alia quecumque, ubicumque sint et quecumque nomine censeantur, in quibus superius non ordinavit, nec inferius ordinabit idem nobilis Arnaudus testator; nobilem Franciscum, Gibelini, filium domini Petri Gibelini legum doctoris quondam, Romanis, eo casu, prefatam nobilem Beatritiam uxorem, suam . . tunc habere non contingeret fortunam, vel posthumos, posthumam, vel posthumas, aut alium liberum, vel alios liberos ab eisdem nobilibus Arnaudo et Beatritia progenitos, heredem suum universalem, sibi instituit plenojure, ipsam, heredem, ore suo proprio nominando, per quam, voluit et prescripsit idem nobilis Arnaudus de Fabrica testator, dicto casu, ida cetera clamores suas cetera que debita sua, legata et liberalitates sua et suas, de quibus etiam superius non ordinavit nec inferius ordinabit . . . solvi, attendi fideliter et complevi . . et de plano et absque . . . . . super bonis quibusdam testatoris, in quibus dictum Franciscum . . . . heredem instituit . . . . . Executores vero . . . suis testamenti . . . . dictus Arnaudus de Fabrica testator constituit . . . venerabiles religiosos et discretos viros, videlicet: dominum guardianum fratrum Minorum, Romanis et curatum ecclesie dicti loci . . . qui nunc sunt seu . . fuerint in futurum, dominum et magistrum Durandum de Vernola, Andream Reynaudi, Bajulos, et Andream de . . . notarium, dicti loci Maymani . . . . Volens et ordinans dictus nobilis Arnaudus testator quod si . . . . in hoc casu . . testamentum superius datum . . aliquod dubium . . . quod dicti executores sui . . . uterentur aut duo ipsorum . . . illud dubium, valeant . . . . interpretandum . . . . . ita . . . . (Magnat. VI. pag. 39-40). =

---

an 1382

185.— (1383. st.n.) 1382, 8 février. — François de Sassenage, seigneur de Sassenage et de Lourmarin Royans, donne pour ce qui le concerne, au prieur du Val ste Marie, l'investiture des biens situés au Lout donnés à la chartreuse par Pierre Meliorat le 10 Janvier 1382. -

h. Xte nomine

In Christi nomine, Amen. – Tenias hujus veri presentis et publici instrumenti cunctis tam presentibus quam futuris inspecturis, visuris ac etiam audituris evidenter appareat quod cum ad humilem et devotam petitionem, supplicationem et requisitionem viri et venerabilis ac religiosi fratris et Domini Henrici de Herbiaco, prioris conventus et prioratus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiani, Diensis dyocesis, et aliorum fratrum conventualium dicti ordinis dicti prioratus dicte Vallis, humiliter, laude et devote supplicantium, petentium et requirentium, amore Dei : Constitutus personaliter Poncius Malureti, notarius publicus, habitator de Romanis, Viennensis dyocesis, ex sua certa scientia, gratis et sponte, prote et suis heredibus et in posterum successoribus, dederit et donaverit, cesserit et concesserit donationem puram, perfactam et irrevocabilem, que fit et fieri dicitur inter vivos, facta in elemosynam et remissionem omnium peccatorum, morum, partemque, amicorum et benefactorum suorum, domui et conventui Vallis predicte beate Marie, ordinis cartusie, videlicet : omnia bona sua immobilia quecumque, que habet infra villam, fontes et mandamentum dicte loci et Ste Andree in Royanis, ultra Sandium, Nazarium, in Royanis pertanto tamen, insimul et prout dictorum bonorum, ipse Poncio Malureti donatori ad vitam suam duntaxat, et sub conditione quod, casu quo dominii de quorum dominio predicta res et possessiones sive bona tenentur, dictam domum Vallis retinere nollent seu nequirent, quod dicta donatio esset nulla, ut predicta ... constant, cum aliis clausulis, pactis et sollempnitatibus contentis et designatis et declaratis in instrumento presenti publico supra scripto, facto et grossato, ut in eo legitur et prima facie apparuit, manu et signo ... viri Guigonis Luci, notarii publici de Romanis, et per ipsum, suo signo tabellionali signato, recepto etiam et notato sub data : Ao Dni 1381, indictione quinta et die 10 mensis januarii (1382, 10 janvier), et etiam plenius testibus fide dignis. Quod instrumentum incepit in secunda linea « Dominicus » et finit in tertia « jure » ; et prout in dicto instrumento publico dicte donationis supra scripto clare apparet et videtur prima facie continere. —

Hinc est, quod anno beatissime Nativitatis ejusdem Domini millesimo trecentesimo octogesimo secundo et die octava mensis februarii (l'année est déjà prise réellement à la nativité contrairement à l'usage du pays, je mes ais. l'indiction manquent

manquant je ne puis dire s'il faut mettre 1382 ou 1383, 8 fev. J.-C. (v.s. 1383, 8 février) ? apud Pontes in Royanis, in prioratu dicti loci Pontis, in refectorio, et coram me notario publico et testibus infrascriptis : ad requisitionem et humilem petitionem, et instantiam venerabilis et religiosi viri fratris et dompni Henrici de Herbiaco, prioris prioratus et conventus Vallis Ste Marie, presentis et humiliter, cum tanta quanta? potuit instantia, requirentis et sollempniter stipulantis et recipientis, pro se et in dicto priorata successoribus et nomine ejusdem prioratus et dicti conventus et dictorum fratrum, conventualium, dicti prioratus et conventus : Constitutus personaliter vir nobilis, magnificus et potens Dominus Franciscus de Cassenatico, dominus dicti loci Cassenatici et de dicto loco Pontis in Royanis, Gratianopolitane dyocesis, de rebus, bonis et possessionibus in dicto instrumento dicte donationis publico supra scripto contentis, confinatis et designatis; que tamen de directo dominio vel feudo ipsius domini Cassenatici tenentur, idem dominus Franciscus de Cassenatico, dominus dictorum locorum Cassenatici et Pontis in Royanis predictorum, sciens, prudens et spontaneus ex eius certa scientia et spontanea voluntate; malo, ut asserebat, dolo, vi ... fraude et seductione cessantibus, ... eo meliori modo jure et forma quibus melius et fortius fieri potest intelligi sive dici, pro se et suis heredibus et imposterum successoribus, prefatum fratrem et dompnum Henricum de Herbiaco, priorem dicte domus Vallis cartusie, presentem et me notarium publicum infrascriptum, nomine et tanquam personam publicam stipulantem, et sollempniter recipientem nomine, vice et ad opus dicte domus Vallis cartusie, prioratus et conventus ejusdem, priori sibi domino Francisco de Cassenatico informato et certificato de dicta donatione facta per dictum Poncium, Maluroti de dictis bonis, rebus et possessionibus designatis et confinatis in dicto instrumento dicte donationis supra scripto per lecturam dicti instrumenti dicte donationis, eidem domino lectam et explanatam, lingua laica et intelligibili per me notarium publicum infrascriptum, et in presentia testium infrascriptorum : per traditionem unius calami, ut est moris, investivit et retinuit, investitum et retentum esse voluit et concessit, jure suo et quolibet alieno in omnibus semper salvo et retentis censibus, serviciis, usagiis et servitutibus ac tributis sibi domino Francisco et suis hactenus factis et facere consuetis. Constitutus quo idem dominus Franciscus pro se et suis habuisse laudimia, tributa et alia usagia sibi, pretextu et occasione premissorum

+ premissorum, completantia. Et dictus frater et dompnus Henricus prior prioratus, nomine suo et dicti conventus, occasione dictorum laudimiorum, et aliorum usagiorum dicto domino, occasione premissorum, completantium: Et predicta investitura a predicto domino presenti, stipulanti pro se et suis, videlicet unum francum, quam, eidem domino priori et conventui facit Michael Maonis pro quibusdam, redditibus ... (capitis ab ig... Margarita relicta et ... F. ... et M. ... ejus filio; ac de dicto franco ipsum Michaelem quittavit et quittat; Mandans eidem Michaeli, tenore presentium, et precipiens ut eumdem francum, ac eidem domino ... solvat et tradat. Et sit actum et conventum per dictum dominum, quod ... dictus prior ... laudari et ratificari facere debeat per conventum, et fratres dicte domus Cartusie et per magnum dominum Cartusie. Et casu quo hoc ratificari nollent, quod presens investitura et retentio sit nulla, pro non facta .... Actum ... apud Pontem, ... presentibus ... testibus: religiosis viris fratribus Lamberto Barnaudi, priore dicti prioratus Pontis, Johanne Jordani, ordinis Sti Antonii, nobili Petro Langone castellano dicti loci Pontis ... et me ... notario ... lacune manque dans Mr Magnat. — (Magnat. II. pag. 42-44). —

---

186. — (1383. st. n.). 1382, 21 Mars. — Transaction, ménagée par François de Bas-Senage et Pierre Chatard, entre le prieur du Val Ste Maria D. Henri de Herbiaco, et le prieur du Pont en Royans au sujet des biens donnés à la chartreuse par Ponce Mallucet. Le Prieur du Pont refusait, en ce qui le concernait, d'en donner l'investiture au prieur du Val Ste Marie. Son prieuré percevait sur ces biens donnés, 1 emine de froment, 20 deniers et 1 obole de cens annuel, et les lods. — Il consent à donner l'investiture à condition que la chartreuse lui fasse 1 émine de froment et 5 sols de cens annuel, 10 sols pour les lods à chaque changement du Prieur du Pont — et enfin pour cette investiture 20 florins d'or. —

In Christi nomine, Amen. Per hoc presens publicum, instrumentum, cunctis, tam presentibus quam futuris, evidenter appareat, quod, cum, super providus vir et discretus Ponsius Mallucti, notarius et burgensis habitator Romani, dedit donatione pura inter vivos, sine + spe de cetero revocandi, religioso viro fratri Henrico de Herbiaco, priori domus Vallis Ste Marie, Dien. dyocesis, ordinis Cartusie, recipienti nomine dicte domus et conventus ejusdem, videlicet: certas res et possessiones in dicto donationis instrumento expressatas, designatas

designatas et confinatas et conditionaliter omnes alias res, possessiones et proprietates immobiles, quas habebat idem Poncius donator et sibi competebant jure, titulo et causa quibuscumque, in locis, territoriis et mandamentis Pontis et Ste Andree in Roganis et alibi in terra de Roganis ultra Sardam, Nazarium, ubicumque; cum ipsarum, rerum, et possessionum, et cuplibet earum, onere et honore seu oneribus et honoribus quibuscumque ut de dicta donatione constat publico instrumento, recepto, subscripto et signato, ut in eo legitur, manu et signo Guigonis Luci de Romanis, Viennensis Dyocesis, clerici, notarii auctoritate imperiali publici, sub anno Dominice Incarnationis 1381, indictione quinta et die decima mensis januarii (sth. 1382, 10 janv.), quod incipit in secunda linea «Dominica», et finit in eadem «Poncius». Et cum inter alias res et possessiones in dicte donationis instrumento designatas, certe res et possessiones teneantur de directo dominio prioratus Pontis in Roganis, ut dicitur, sub certo annuo et canone unius anime fumanti boni, pulchri et receptibilis, ad manuram dicti loci Pontis, et viginti denariorum cum obolo bone monete antique cursus cum eorum placito; cumque, a pluribus temporibus, dubitatum, mat ortum et discordia inter dictum, fratrem Henricum de Erbiaco, priorem dicte domus Vallis Ste Marie, nomine dicte domus et conventus ejusdem, ex una parte; et nobilem et religiosum virum, fratrem Lambertum Barnaudi, priorem prioratus loci Pontis predicti, nomine dicti sui prioratus, ex parte altera: super eo et pro eo quod dictus dominus prior Vallis, nomine domus Vallis predicte et conventus ejusdem, petebat et requirebat per dictum dominum priorem Pontis se investiri, quo supra nomina, et ratisari, virtute donationis predicte, de rebus et possessionibus, que de ipsius domini prioris Pontis directo dominio moventur et tenentur; offerens se paratum solvere, quo supra nomina, usagia debita, pretextu dicte donationis, et ea pro que debebit; dicto autem domino priore Pontis, quo supra nomine, respondente dicentegue et asserente petita per dictum dominum priorem Vallis minime fieri debere, maxime quia dicte res et possessiones, que de suo prioratus directo dominio tenentur, pervenirent ad manum mortuam, nec ab inde ipse domini prior nec sui in dicto prioratu successores non haberent pro eisdem rebus et possessionibus

possessionibus laudimia, venda nec alia quevis ut agiæ in posterum; quod est et in maximum ipsius domini prioris et sui prioratus præjudicium, et lesionem. Propter quæ, predicta pars ipsum dominum priorem, domum Vallis predicte petita et requisita facere recusavit et adhuc merito recusat, causis premissis pluribusque aliis rationibus per ipsum loco et tempore opportune proponendis. —

Tandem, Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo secundo, indictione sexta et die vicesima prima mensis martii (st.n. 1383, 21 Mars, cartè) apud Pontem in Royanis predictum, videlicet in refectorio prioratus dicti loci: coram me notario publico et testibus infrascriptis ad hec quantum ut necesse vocatis et rogatis: personaliter constitutis prenominatis domini prioris domus Vallis Ste Marie, nomine dicte domus et conventus ejusdem, et prioris Pontis predicti, nomine suo et dicti sui prioratus; non decepti, non coacti neque in aliquo seducti vel circumventi, nec errantes in juribus suis nec in factis, sed de utroque certiorati, consulti et premeditati ac licentes, prudentes et spontanei, ut dicebant et prout ex eorum verbis liquido potuerat apparere; habitis inter ipsos pluribus tractatibus super premissis, volentesque ad pacem, finem et veram concordiam venire: de predictis discordia et questione et de omnibus incidentibus et emergentibus ex eisdem, mediis consensu inter se simul ad invicem, et vicissim, stipulatione materia hinc inde interjecta tractatu amicabili magnifici et potentis viri domini Francisci de Cassinatico militis, domini dictorum locorum, Cassenatici et Pontis in Royanis, et nobilis Petri Chatardi, amicorum communium, a partibus predictis super et adhoc communiter electorum, intervenientis; transigerunt et pacem, finem et veram concordiam fecerunt et habuerunt per modum, infrascriptum declaratum.

(1°) Et primo, videlicet, quod dicta domus Vallis Ste Marie et conventus ejusdem, abhinc in antea, anno quolibet, in perpetuum, facere debeat et teneatur dicto domino priori Pontis et ejus prioratui, occasione et predictis rebus et possessionibus que de suo prioratus directo dominio movent et tenentur: videlicet: unam eminam frumenti boni, pulchri et recipibilis ad mensuram Pontis, prout ante: et ultra hec, predictis viginti denariis cum obolo,

eo quia

eo quia dicta res deveniunt ad manum mortuam, et prodicta manu mortua dicta domus Vallis et conventus ejusdem, ut supra, facere debeat et tenentur ab hinc in antea, singulis annis, inspectum, dicto domino priori Pontis et suo prioratui, videlicet, quinque solidos bone monete antique censuales, cum placito combuto, quod est decem solidorum dicte monete, in mutatione quemlibet novi prioris dicti prioratus Pontis tantummodo. —

(2e). Preterea transigerunt dicti contrahentes, nominibus quibus supra, et transigendo convenerunt, tractatu amicabili predicto intervenienta, quod dictus dominus prior Pontis, nomine dicti sui prioratus, dictum dominum priorem domus Vallis, nomine ipsius domus et conventus ejusdem recipientem, de rebus et possessionibus, que de directo dominio prioratus sui Pontis tenentur et movuntur, investitum debeat et tenetur incontinenti, sub cense annue seu canone dicte omine summe et dictorum quinque solidorum bone monete, cum placito dictorum decem solidorum in mutatione cujuslibet domini prioris Pontis tantum. —

(3e). — Item transigerunt et transigendo convenerunt dicti contrahentes, quibus supra nominibus, tractatu amicabili quo supra intervenienta, quod dictus dominus prior Vallis, nomine ipsius domus et conventus ejusdem, occasione usagiorum que dicto domino priori Pontis, pretexte dicte donationis, pervenire debent eidem domino priori Pontis, tradere, solvere et deliberare debeat et tenetur incontinenti videlicet viginti florenos auri boni, fini, puri, provenis d'albinatus. —

(4e) Item transigerunt et transigendo convenerunt prenominati contrahentes, quibus supra nominibus, predicto amicabili tractatu intervenienta, quod, cum et pro omnibus, inter ipsas partes sit perpetua pax, finis, amor et concordia.

Quibus sic actis ibidem, et incontinenti eo uno et eodem instanti, dictus dominus prior Pontis, nomine suo et dicti sui prioratus, dictum fratrem Henricum + de Erbiaco, priorem domus Vallis Ste Marie et me notarium publicum infrascriptum, ut personam publicam, presentes, stipulantes et recipientes, nomine, vice et ad opus dicte domus et conventus Vallis Ste Marie, traditione unius calami, ut moris est, de rebus et possessionibus predictum Poncium Malhuchati eidem dati, que de directo dominio prioratus sui tenentur

sibi tenentes et nomine, investivit et retinuit, sub censu et placito supradictis.

Confitens publice et in veritate recognoscens dictos viginti florenos auri sibi, occasione usagiorum, suorum, ut pretangitur, computatos, et omnes census et arreragia, promissorum occasione, hucusque debitos et debita, habuisse et realiter recepisse a dicto domino priore Vallis predicta presente et nomine dicte domus Vallis et conventus ejusdem tradente et solvente. De quibus se contentans, ipsum dominum priorem Vallis meque notarium publicum infrascriptum, ut supra stipulantes, tenore presentis publici instrumenti, quittavit, cum pacto de ulteriùs, promissorum occasione, non plus petendo pretor centum supradictum, et plus citum, quando contingerit. Rogans idem dominus prior Pontis, tenore presentis publici instrumenti, et humiliter requirens Reverendum in X^to Patrem et dominum, dominum B. miseratione divina abbatem, sancti Antonii ac venerabilem conventum, monasterii ejusdem, quatinus predicta omnia et singula ratificare valeant et confirmare, affirmam requestam dicti prioris Vallis aut procuratoris conventus ejusdem. —

Promittentes pranominati prior Pontis et prior Vallis, quibus supra nominibus, sub voto religionis sue, manuum ad pectus, more religiosorum, ponendo, supradicta omnia universa et singula, per ipsos et inter se, tractata supradicta, transacta, acta, facta et concordata et omnia universa et singula in hoc presenti publico instrumento contenta, rata, grata et firma habere, tenere, attendere et complere ac inviolabiliter temporibus perpetuis observare, et contra predicta vel predictorum aliqua non facere, dicere vel venire, per se vel per aliam interpositam personam, in judicio vel extra; nec alicui contra venire, facere vel dicere volenti, modo aliquo consentire, imo totis suis viribus obviare. Cum et sub omnibus juris effectis renunciationibus ad hec necessariis penitus et cautelis ... De quibus omnibus ... dicte partes petierunt ... sibi fieri ... duo instrumenta ... per me notarium. ...

Acta fuerunt hec, anno, indictione, die et loco quibus supra, presentibus testibus, nobilibus Cantelmo Ysorandi, Petro Pome alias Barba, Perroto de Langone, domino Johanne Brunelli presbytero, pluribusque aliis fide dignis; et me Johanne presbytero de Winyzolis,

de Winyzalis, Morinensis dyocesis, clerico, imperiali auctoritate notario publico et curie dicti loci Lantès jurato, qui promissis omnibus et singulis, dum sic agerentur, unacum, prenominatis testibus, presens interfui, predictaque in notam recepi, ex qua notta hoc presens publicum instrumentum, ad requisitionem procuratoris dicte domus Vallis Ste Marie extraxi scripsique manu mea propria et signo meo, quo utor, in testimonium omnium et singulorum premissorum, signavi. — (Magnat. II. pag. 44-47.) —

---

187. — 1385, 10 Mars. — Le Cardinal Amédée de Saluces, administrateur des églises de Valence et de Die, à la prière du prieur du Val Ste Marie D. Martin Reymond, approuve et confirme les différents achats fait par la chartreuse à Montélier, déjà confirmés le 7 oct. 1379. (voir n° 181); et donne l'investiture au dit Prieur. —

Amedeus de Saluciis, miseratione divina sancte Marie nove sacrosancte Romane Ecclesie diaconus Cardinalis, Valentinensisque et Diensis ecclesiarum, episcopatuum et comitatuum, Administrator. Notum facimus universis presentes litteras seu presens publicum instrumentum inspecturis, quod accedens ad nostram presentiam religiosus vir

+ frater Martinus Ramundi, prior Vallis beate Marie, ordinis Cartusiensis, Diensis dio-
1. cesis, nobis significare curavit, quod olim (1°) Pantelmus Chabrete de Cabeolo, domicellus, vendidit priori prioratus domus beate Marie Vallis predicte quatuor decim sestaria cum eminâ frumenti, mensure Valentie, annualia et censualia, cum directo dominio et investitura, de feudo franco et libero quondam domini Guillelmi de Castronovo, militis, condomini Montilisii, et de nostro rehoffeudo existente; que facie(ta?)bant dicto Pantelmo certi tenementarii, in litteris superhiis scriptis et confectis designati et descripti, quarum una incipit in secunda linea « rii », et finit in penultima « et tra » ; et alia in secunda linea incipit « to » et finit in penultima « instrumentum scriptum et subsig-
2. natum manu et signo Johannis Blanchardi, clerici, publici notarii. — (2°) Et quod Gontardus Chapuonis de Alexiano, nomine suo et ut tutor et tutorio nomine Guichardi, fratris sui, vendidit priori domus predicte, notario publico ad opus dicte domus stipulante, quinque florenos cum dimidio auri fini, boni ponderis et legalis, vel denarios bonorum Viennensium, et duo sestaria frumenti annualia et censualia; quos et que dicta fratres annuatim percipiebant et percipere consueverant de et super grangia dicte domus et conventus, sita

infra manda-

infra mandamentum de Montilisio, de feudo franco et libero supradicti domini Guillelmi de Castronovo, condomini de Montilisio, et de nostro retrofeudo; prout predicta dicuntur continori in quodam publico instrumento, quod incipit in secunda linea « ad h. », et finit in penultima « roga. »

3. (3o) Item, quod dictus dominus Guillelmus de Castronovo vendidit priori et procuratori domus predicte et notario publico stipulanti nomine domus et conventus predictorum, quatuor sestaria frumenti annualia et rendualia, que percipiebat et percipere consueverat in et super grangia supradicta de Montilisio, prout in tribus publicis instrumentis subscriptis et signatis manu et signo Johannis Blanchardi predicti; quorum unum incipit in secunda linea « nono », et finit in penultima « signoque », et aliud incipit eodem modo « nono mille », et finit in penultima « ejusdem instrumenti »; et aliud incipit in secunda linea « tricentesimo » et finit in penultima « fide ».

4. (4o) Itemque Aymarus Montisvenerii de Montilisio et Hugo Raymundi de Cabeolo, procurator Guillelmi Montisvenerii, fratris dicti Aymarii, vendiderunt priori et conventui domus predicte tres solidos et sex denarios bonorum Viennensium annuales et reddituales, quos dicti fratres percipiebant et percipere consueverant super grangia predicta, ratione pasqueragiorum de Montilisio, de feudo franco et libero dicti domini Guillelmi de Castronovo, de nostro retrofeudo existentes, prout in quodam publico instrumento per notarium predictum scripto et subscripto; quod incipit in secunda linea « tesimo » et finit in penultima « instrumentum », latius dicitur contineri. — Cumque predicta quatuordecim sestaria frumenti cum emina, quinque florenis cum dimidio, sex denariis Viennensibus et duo sestaria frumenti, et dicti tres solidi et sex denarii essent de feudo dicti domini Guillelmi, et per ipsum dominum Guillelmum, fuissent prior et domus predicta investiti et retenti, prout in instrumentis predictis super his confactis, de quibus dictus frater Martinus prior nobis juravit et promisit facere planam fidem, quotiens per nos seu gentes nostras fuerit requisitus, latius dicitur contineri. Nos instantes prior predictus requisivit ac nobis humiliter supplicavit, quatenus venditionem, translationem ac investituram predictas, ratas, gratas habentes, ipsum priorem de predictis XIIII sestariis frumenti cum emina, quinque florenis cum dimidio, sex denariis Viennensibus, duobus sestariis frumenti, tribus solidis et sex denariis investiremus, ratificaremus et inpadimatum; si quod sit in predictis per nos seu gentes nostras appositum, tolleremus et tolli mandaremus; necnon et venditionem predictam, factam, dicte domui per dictum dominum Guillelmum de dictis quatuor sestariis frumenti laudaremus, ratificaremus et confirmaremus, et de

dictis quatuor

dictis quatuor sectariis frumenti ipsum priorem, nomine dicte domus retinuerimus et investiverimus.

Nos itaque, zele religionis predicte, supplicationi dicti prioris inclinati, venditiones, translationes et investituras predictas et omnia alia in dictis instrumentis contenta ratificamus, approbamus, emologamus et confirmamus; et de predictis, pro nobis et successoribus nostris in ecclesiis et comitatibus predictis, predictum priorem et pro eum, domum et monasterium predictum, retinemus et de ipsis, per tenorem hujusmodi litterre, investimus: salvo jure nostro et ecclesiarum nostrarum predictarum, in aliis et quocumque alieno, non obstante quod dictus prior recognitionem hujusmodi minime fecerit infra tempus, infra quod ipsam facere debebat et tenebatur, videlicet infra tres menses a tempore quo ad dictas ecclesias Valentinensem et Diensem de novo fuimus assumpti computandos: seu si dilationes super hujusmodi recognitione faciendo per vicarios nostros Valentie ipsi concesse essent invalide, aut nullius efficacie vel valoris. — Mandantes, tenore presentium, castellano nostro Montilisii, qui nunc est seu qui pro tempore fuerit, quatenus priorem et conventum predictos et eorum successores de predictis uti et gaudere libere permittant et eis nullum impedimentum, per se vel per alios, faciant seu opponant; quod nos etiam, si quod sit appositum, per presentes tollimus et etiam amovemus. Retinemus tamen nobis et successoribus nostris in ecclesiis predictis, de voluntate et consensu dicti prioris, quod ipse prior et quicumque alii priores prioratus predicti tenebuntur cuilibet novo successori nostro recognoscere infra sex menses, a tempore nove creationis ejusdem eorum et successorum nostrorum computandos, predicta esse de retrofeudo franca et libera, nichil aliud in predictis retinendo. — In quorum testimonium, presentes litteras seu presens instrumentum, exinde fieri et per notarium publicum, infrascriptum subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli fecimus appensione muniri. Datum et actum Avinione, in domo habitationis nostre, sub anno Nativitatis Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, indictione VIIIe, die decima mensis martii (1385, 10 Mars), pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Clementis divina providentia pape septimi anno septimo: presentibus venerabilibus viris dominis Johanne Laurentii, in legibus licentiato, camerario nostro, Thoma de Auxona in utroque jure licentiato, et Hugone de Viridario, canonico Ramensi, cum pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. — Et ego Johannes Laurentii de Nodosfonte clericus, Viennen[sis] diocesis, publi[cus]

diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius, premissis omnibus et singulis, dum sic per prefatum dominum cardinalem et administratorem et coram eo agerentur et fierent, unacum prenominatis testibus, presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideoque presentes litteras seu presens publicum instrumentum inde confectum in hanc formam publicam redegi, manu propria scripsi meque hic subscripsi et signum meum assuetum consuetum, unacum appensione sigilli prefati domini cardinalis, requisitus et rogatus, in testimonium premissorum. —

(Magnat VI. pag. 41-43. Analyse dans Jules Chevalier, « Histoire Die », tom. 2 pag. 293-294. — Cette lettre est en tout semblable au n° 181. 1379, 7 oct.)

---

188 — (1389. st.n.). 1388, 9 Janvier — 10 Avril 1389. — Sentence arbitrale entre le Prieur du Val Ste Marie et Ponce de Caprilis, bourgeois de Romans. Sous le prieur précédent, D. Henri, Ponce de Caprilis était en procès avec la chartreuse au sujet de sommes d'argent qu'il disait avoir défendées, lui et son frère Rodolphe pour le Val Ste Marie. — Le 5 août 1388, le successeur de D. Henri, D. Martin Raymond et Ponce s'en remettent à deux arbitres pour terminer leurs querelles, en accordant aux dits arbitres, Pierre de Pré-Humbert et Guillaume de Banasac jusqu'à la Ste Hilaire. — Le 9 janvier 1389, les parties prorogent le temps accordé aux arbitres jusqu'au 8 mars. 28 février 1389, sentence des arbitres : le Val Ste Marie quittera aux deux frères les 41 florins d'or, auxquels ils ont été condamnés par la haute cour dalphinale, il leur donnera 16 florins d'or, et les parties se donneront mutuellement les documents qu'elles ont l'une contre l'autre, enfin elles feront 5 florins d'or aux arbitres. — Le 10 Avril 1389 le prieur du Val donne les 16 florins d'or et chacun délivre les pièces et documents. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, indictione duodecima et die nona mensis Januarii (st.n. 1389, 9 Jan.) coram me notario publico et testibus infrascriptis : cum questio verteretur et esset inter nobilem Lantonetum (Loncium) de Caprelis, burgensem Romanis, ex una parte, et venerabilem et religiosum virum dominum Martinum Raymundi, priorem ~~ecclesie~~ prioratus

prioratus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, nomine suo et dicti sui prioratus et conventus, ex altera : de et super eo quod dictus Poncius petebat a dicto domino priore sibi solvi et reddi certas expensas, tam per ipsum Poncium quam per dominum Rodulphum de Capralibus legum doctorem, ejus fratrem, factas pro et nomine ipsius domus monasterii et conventus Vallis Ste Marie et ad ipsius conventus et monasterii commodum et utilitatem. Et certa etiam alia petebat contenta in libello per ipsum Poncium contra dictum dominum priorem dato coram Venerabili consilio Dalphinali ; super quo libello jam aliquandiu processus, coram dicto venerabili consilio, extitit ventilatus, et ipsius processus relatio facienda commissa fuit domino Borgadano de Muriculis, consiliario dalphinali, prout dictus Poncius asserebat ; dictus vero dominus (prior) dicebat se ad petita minime teneri. Cumque de et super hujusmodi questione et controversia fuerit per et inter dictas partes, quibus supra nominibus, compromissum in venerabiles et circumspectos viros dominos Patricium de Prato-Humberto, licentiatum in legibus, per dictum dominum priorem, et Guillermum de Baunasco, baccalarium in decretis, per dictum Poncium de Capralibus, electos tanquam in arbitros arbitratores et amicabiles compositores, cum omnimoda potestate ipsam questionem audiendi, videndi, examinandi, terminandi et definiendi, omnibus et horis feriatis et non feriatis, juris ordine et solemnitate servatis et non servatis. Quod compromissum voluerunt dicte partes duraturum, usque ad festum sancti Ylarii proxime secuturum, et proxime venturum, prout de hujusmodi compromisso, cum promissionibus, deliberationibus et clausulis opportunis constare dicitur per publicum instrumentum, manu et signo Guillermi Arvineti, notarii publici, confectum, sub a° Domini 1388 et die quinta mensis augusti. (1388, 5 Aug.)

Tandem, dicte partes videlicet, dictus Poncius de Capralibus, ex una parte ; et dictus dominus Martinus Raymundi, prior Vallis Ste Marie, nomine suo et dicti sui monasterii et conventus, ex altera, certa scientia, libere atque sponte, confidentes quod dicta eorum questio per prolationem, cognitionem, arbitrium, dictorum suorum arbitrorum, terminetur, dictum compromissum prorogaverunt et continuaverunt, communi consensu, usque ad diem

ad diem

ad diem crastinum, carnisprivii veteris octavam, mensis instantis marcii proxime ventu-
turam, in eosdem dominos Petrum de Prato Humberto et Guillelmum de Bannasacco,
arbitros arbitratores et amicabiles compositores superius electos et nominatos,
cum et sub eisdem potestate, pena, promissione et obligatione et stipulationi-
bus et renunciationibus in ipso instrumento compromissi appositis et contentis
et expressis; cum et sub omni renunciatione juris et facti pariter et cautela.
De quibus dicte partes petierunt sibi et cuilibet earum per me notarium
dari et fieri unum et plura publica instrumenta ejusdem tenoris.

Actum et datum Romanis, in aula domus archiepiscopalis, presentibus ad
hec vocatis et rogatis testibus: venerabili viro domino Fradarico de Muricalis,
jurisperito, officiali Vienne a pud sanctum Donatum, Johanne Guiffredi,
Johanne Robini, habitatoribus Romanis. —

Postque eisdem anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo
octuagesimo octavo, indictione duodecima et die ultima mensis februarii,
(st.n. 1389, 28 février), coram me notario publico et testibus infrascriptis: existen-
tibus et comparentibus personaliter dictis partibus, videlicet dicto domino
+ Martino Raymundi, priore, nomine suo et dicti sui prioratus et conventus
Valvis ste Marie, ex una parte: et dicto honorabili Poncio de Capreriis, pro se
et suis, ex parte altera: in presentia dictorum dominorum Petri de Prato Hum-
berto et Guillermi de Bannasacco, arbitrorum, arbitratorum, et amicabili-
um compositorum, ipse quidem partes hinc et inde petierunt et instanter re-
quisierunt, per dictos dominos Petrum et Guillermum, arbitros arbitratores
et amicabiles compositores, suas pronunciationem, sententiam, cogni-
tionem et arbitrium, in et super dictis suis questionibus et controversiis, fieri
et dici ac per eos pronunciari, cognosci et arbitrari. Et dicti domini Petrus
et Guillermus, arbitri et arbitratores, dictum et per plurimos dies visis, aud-
itis, intellectis et ruminatis per eos questionibus, debatis, controversiis dictarum
partium, videlicet petitionibus earum, responsionibus, probationibus, processibus,
litteris et instrumentis per eas partes productis coram ipsis arbitris, diligenter
et cum matura deliberatione examinatis et pensatis: ad hec pronunciationem,

cognitionem

cognitionem, arbitrium et sententiam arbitralem processerunt, ipsis partibus ibidem coram eis presentibus, instantibus et requirentibus, ut infra, in et pro modum et formam infrascriptos:

(1°) In primis dixerunt, pronunciaverunt, cognoverunt et arbitrati fuerunt, quod, cum dictus Poncius teneatur dicto domino priori et ejus conventui in quadraginta et uno florenis auri ex causa expensarum, olim per dompnum Henricum, predecessorem, domini Martini predicti, priorem predicti prioratus, contra ipsum Poncium, factarum in curia superiori dalphinali, coram domino gubernatore et ejus venerabili consilio dalphinalibus, in ipsa summa taxatarum, prout constat litteris condempnationis et taxationis dictarum expensarum, a dicto domino gubernatore et ejus consilio emanatis: quod dictus Poncius sit et remaneat quittus et liberatus et absolutus erga dictum dominum priorem et ejus conventum, de dictis quadraginta uno florenis.—

(2°) Item, dixerunt, cognoverunt et pronunciaverunt et arbitrati fuerunt, quod dictus dominus prior magis det et solvat dicto Poncio de Capellis sexdecim florenos auri parvi? et legalis ponderis, et quod dictas duas summas florenorum, ascendentes in totum quinquaginta et septem florenos, dictus Poncius habeat et sibi remaneant in et pro compensatione et satisfactione omnium et singularum expensarum, factarum, per ipsos dominum Rodulphum et Poncium de Capellis, fratres, predicto domino priore et ejus conventu et dicto prioratu, et in comun utilitatem contra Armanonum Dorerii quondam, tam in curia Hostiensi quam in Valentia quam in Romana curia, per appellationem, vel alias quam in loco de Romanis, quam alibi ubicumque, et tam in judiciis quam extra, ita quod dictus dominus prior et ejus conventus et prioratus sint et esse debeant quitti, liberati et absolutti totaliter et perpetuo a dicto Poncio et suis, pro dictis quinquaginta et septem florenis auri, de omnibus universis et singulis sumptibus et expensis supradictis, per ipsos dominum Rodulphum et Poncium, pro ipsis priore et conventu et prioratu factis, de quibus et prout superius est plenius dictum et expressum.

(3°) Item, dixerunt, cognoverunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt, quod dictus dominus prior reddat et restituat dicto Poncio instrumenta et litteras condempnationis et taxationis expensarum predictarum, per dictum dompnum Henricum, quondam priorem et predecessorem ipsius domini prioris moderni, contra ipsum Poncium, obtentas, de et pro dictis quadra-

dictis quadraginta et uno floranis auri in dicta superiori curia dalphinali, necnon reddat et restituat eidem Poncio duo instrumenta obligatoria, que ipse dominus prior habet contra dictos Poncium et dominum Rodulphum, fratres, divisim, de et pro certis florenorum summis per me notarium publicum infrascriptum facta, quorum occasione dicte expense processerunt. Dequibus florenorum summis extitit dominis prioribus predecessoribus ipsius domini Martini, prioris, integre per ipsos Poncium et dominum Rodulphum satisfactum, prout ipse partes asserebant; ac etiam omnia alia instrumenta processus et litteras, quod, quas et que idem dominus prior habet contra dictos Poncium et dominum Rodulphum, cancellandas et cancellanda.

(4o).- Item pronunciaverunt, cognoverunt et arbitrati fuerunt, quod, simili modo, dictus Poncius de Capreliis reddat et restituat et reddere et restituere teneatur dicto domino priori omnes processus, instrumenta et litteras, quas, quas et que habet dictus Poncius, tam pro se quam dicto domino Rodulpho, pro et super dictis sumptibus et expensis factis per ipsos dominum Rodulphum et Poncium, pro et nomine ac in utilitatem dictorum prioris et conventus, de et super quibus questio predicta inter dictas partes existebat; necnon omnes litteras et processus factos et habitos in dicta curia dalphinali, occasione dictarum expensarum, quos habet idem Poncius contra dictum priorem et conventum. Item, instrumentum constitutionis dotalis Egidie (Egidiabelle) Isabelle uxoris Armanoni Dorerii quondam, clausulam testamenti Petri Fabri quondam, contingentem dictos priorem et conventum, ac omnia alia instrumenta, quas (ita) et que habet idem Poncius, facientia pro dictis priore et conventu.

(5o).- Item pronunciaverunt, dixerunt et preceperunt dictis partibus, quod qualibet ipsarum partium det, tradat, solvat et expedial, sub virtute juramentorum suorum, ab ipsis in compromisso predicto prestitorum, dictis dominis arbitris et arbitratoribus, pro suis laboribus ob hanc causam, hactis et hactenus, quinque florenos auri.-

(6o) Item et dixerunt, pronunciaverunt et arbitrati fuerunt, quod pro tanto sit et esse debeat inter partes predictas, super dictis questionibus, pax, concordia et finis.-

Quibus ita pronunciatis, arbitratis et ordinatis, dicte partes statim ibidem, continuo, ex earum certa sciencia, gratis, liberaliter atque sponte ipsas pronunciationem, cognitionem, arbitrium et sententiam arbitralem dictorum dominorum arbitrorum et arbitratorum, de puncto ad punctum, prout supra jacent, laudaverunt, approbaverunt, (anologaverunt)

emologaverunt, ratificaverunt et confirmaverunt, mutuis et vallantibus stipulationibus intervenientibus, hinc et inde. Et volentes ea prestita juramenta ac bonam fidem observare, et in signum ratificationis, approbationis et confirmationis predictarum, utraque dictarum partium, tradidit, solvit et expedivit realiter dictis dominis arbitris, manualiter recipientibus, in presentia mei notarii et testium, subscriptorum dictos quinque florenos pro labore ipsorum dominorum arbitrorum, juxta superius per eos ordinata.

Promictentes dicte partes, videlicet dictus Poncius de Capralis, per juramentum suum ad sancta Dei evangelia ab eodem corporaliter prestitum, et sub expressa obligatione et ypotheca omnium et singularum bonorum suorum, mobilium et immobilium, presentium et futurorum; et dictus dominus prior, nomine suo et dicte sue conventus et prioratus bona fide loco juramenti interpositi, et sub obligatione et ypotheca omnium et singularum bonorum suorum, et dicte sui prioratus et conventus mobilium et immobilium presentium et futurorum: alteratim alteri parti et e contra, mutuis et vallantibus stipulationibus intervenientibus hinc et inde, predictas pronunciationem, arbitrium et sententiam dictorum arbitrorum, laudationem, ratificationem, confirmationem et omnia alia et singula superdicta, rata, grata et firmas, rata grata et firma habere, tenere, attendere et inviolabiliter perpetuo observare et nunquam contra facere, dicere vel venire, per se vel per alium, in toto vel in parte, in judicio vel extra, de jure vel de facto, et econtra vel palam, aliqua causa vel ratione, nec aliqui contra facienti, dicenti vel venienti, ipsa facere, dicere vel venire volenti modo aliquo consentire nec prebere consilium, auxilium, favorem, juvamen vel assensum. — Renunciantes autem, ex certa scientia in hoc facto, dicte partes judices supranominibus, sub juramentis, bona fide et obligationibus predictis, exceptioni dictarum pronunciationis, cognitionis, arbitrii, ordinationis, laudationis, ratificationis, confirmationis et aliorum predictorum, non factarum et factorum, vel non rite, recte et legitime factarum et factorum, ut supra continetur: dolo, malo, metui, erroris et in factum actioni, privilegio fori, petitioni et oblationi libelli, tranxisto hujus publici instrumenti et capie note ejusdem: conditioni sine causa, ob causam, vel ex aliqua causa, officio judicis, juri per quod recepti et circumventi in contractibus, tam majoribus quam minoribus, legis auxilio subvenitur,

subvenitur, juri dicenti quod si dolus det causam contractui quod contractus nullus sit de jure, et si incidat in contractum, quod agi possit ad rescisi supplementum: illi generali clausule que descendit ex dicto pretoris, que incipit: si qua pacta causa michi videbitur: et generaliter omni alii juri canonico et civili per quod contra predicta vel aliqua predictorum possent facere, dicere vel venire, aut in aliquo se juvare: et domnus juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. -

Et fuit actum, petitum et concessum per dictas partes, quibus supra nominibus, hinc inde, quod de predictis omnibus fiant per me publicum notarium infrascriptum, duo publica instrumenta ejusdem substantie et tenoris, videlicet unum pro qualibet partium predictarum; que producta in judicio vel non producta, ante litem contestatam, et post, quandocumque, possint dictari, corrigi, emendari et de novo reffici semel et pluries, consilio peritorum, facti tamen substantia in aliquo non mutata.

Et me Matheo Gayta de Romanis, Viennensis dyocesis, imperiali auctoritate notario publico, qui premissis omnibus et singulis, una cum dictis testibus, presens fui et hoc publicum instrumentum inde per me receptum, manu mea propria scripsi, signoque meo solito signatum rogatus et tradidi. - (cet dernières lignes doivent être la par erreur).

Actum et datum Romanis, in operatorio domus dicti Poncii de Capellis, presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: Jaquemono Raynerii, Johanne Guiffredi, burgensibus Romanis, Richardo Didarii de dicto loci de Romanis, et me supradicto Matheo Gayta dicti loci de Romanis etc.. de verbo ad verbum comme 3 lignes plus haut. -

Notum sit omnibus, presentibus et futuris, hujus serie veri et publici instrumenti, quod, cum in quadam concordia inter venerabilem et religiosum virum dompnum Martinetum Raymondi, priorem prioratus Alpis Ste Marie, ordinis Carthusiensis, Diensis dyocesis, nomine suo et dicti sui prioratus et conventus, ex una parte: et nobilem Poncium de Capellis, burgensem Romanis, ex altera: per pronunciationem, arbitrium et sententiam arbitralem venerabilium et virorum dominorum Petri de Prato Humberti, licentiati in legibus, et Guillermi de Bonadeo baccallarii in decretis, arbitrorum per ipsas partes ad hoc deputatorum, quarum tenor cetera pronunciatum, arbitratum et concordatum, quod dictus dominus prior dare et solvere debeat et reddere dicto Poncio sexdecim florenos auri parvi ad legalis ponderis,

pondaris, prout in instrumento ipsius concordie per me notarium confecto, proxime precedenti, latius continetur. —

Tandem anno Dominice Incarnationis millesimo tercentesimo octuagesimo nono, indictione duodecima et die decima Aprilis (1389, 10 Avril), coram me notario publico infrascripto et testibus infrascriptis, dictus Poncius de Capraliis, scienter et sponte confessus fuit et recognovit, ad petitionem dicti domini prioris stipulantis et recipientis, se habuisse et realiter recepisse ab eodem domino priore dictos sexdecim florenos auri, ex causa concordie predicte. Preterea cum in dicta concordia fuerit et sit pronunciatum, arbitratum, et sentenciatum per dictos dominos arbitros et arbitratores quod dicte partes redderent et restituerent altera altere et vicissim, certos processus et instrumenta et litteras ibidem nominatas, nominata et designata, et alias et alia que altera partium haberet facientia pro altera parte, prout in eodem instrumento concordie precedenti plenius continetur; Hinc est quod dictus dominus prior et etiam dictus Poncius volentes dictam concordiam, pronunciationem et sententiam arbitralem complere et observare, realiter et manualiter reddiderunt, tradiderunt et expedierunt sibi vicissim, in presencia mei notarii et testium subscriptorum, videlicet dictus dominus prior dicto Poncio manualiter recipienti: Primo duas litteras condempnationis et taxe expensarum de quadraginta et uno florenis factas et emanatas a dicta curia superiori dalphinali: Item, duo instrumenta publica obligatoria per me notarium publicum confecta de certis magnis florenorum summis, in quibus dominus Rodulphus de Capraliis quondam et dictus Poncius dicebantur domino priori quondam et conventui ac prioratui predictis tenebantur efficaciter obligati; et quosdam processus et litteras alias, quos et quas dam dominus prior contra dictum Poncium habebat. — Et vice versa dictus Poncius reddidit et tradidit manualiter dicto domino priori, realiter recipienti, plures et diversos processus, commissiones, litteras et instrumenta facta, habita et habitas per dictos dominum Rodulphum quondam et Poncium contra Armanonem Dorerii, nomine et ad opus et utilitatem dictorum priorum et conventus, in pluribus et diversis curiis et locis; necnon processus et litteras ultimo factos, habitas et habitas in curia superiori dalphinali per dictum Poncium contra dictum dominum priorem, occasione expensarum predictarum

NB.

predictarum ; instrumentum vero constitutionis dotis Egidiabelle filie Petri Fabri quondam, uxoris dicti Armanoni Bonarii quondam ; dixit idem dominus non posse reddere et tradere dicto domino priori, quia ipsum non habebat nec habere poterat, pro eo quod productum fuit in Romana curia, ubi adhuc existebat. De quibus ideo omnibus et singulis precessibus, instrumentis et litteris sic redditis et traditis dicte partes, nominibus quibus supra, altera alteram, et vicissim, stipulationibus mutuis intervenientibus hinc et inde : et dictus Poncius de Capellis etiam dictum dominum priorem, ut supra stipulantem et recipientem, de dictis tredecim florenis sic habitis et receptis, ac etiam ipse partes, quibus supra nominibus, altera alteram, et vicissim stipulantes et recipientes, ut supra, de omnibus universis aliis et singulis in quibus altera pars alteri et econtra, tenebantur et tenere poterant tacita vel expresse, pro hereditate et facto dicti Petri Fabri quondam, usque in diem presentem, quittaverunt, liberaverunt imperpetuum, penitus et absolverunt, cum pacto expresso, sollempni et valido, reali et personali de non quicquid ulterius petendo, exigendo vel expiciando peti, exigi vel experiri faciendo seu perquirendo alter ab altero et econtra, occasione omnium et singulorum, supradictorum, vel alicujus eorumdem ; salva tamen et excepta dicto instrumento constitutionis dotis predicte Egidiabelle.

Promictentes dicte partes etc. formules semblables à celles qui sont plus haut . . .

Renunciantes autem ex certa sciencia etc . . .

Fuit actum, petitum et concessum, per dictas partes, quibus supra nominibus, quod de premissis omnibus fieret per me publicum notarium infrascriptum, duo publica instrumenta etc . . . ut supra.

Actum et datum Romanis, in operatorio domus dicti Poncii, presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus : venerabili viro domino Petro de Prato Humberti, in legibus licentiato, Johanne Guiffredi, burgense Romanis, Johanne Fayola alias de Alverina, habitatore Romanis, et me Matheo Gayta supradicto de Romanis, Viennensis diocesis, imperiali auctoritate notario publico, qui premissis omnibus et singulis, una cum dictis testibus presens fui, et hoc publicum instrumentum inde per me receptum manu mea propria (scripsi) ? signoque meo solito signavi rogatus et tradidi, ad opus dicte parte dicti domini prioris et ejus supradicti conventus. —

(Magnat. III. 3. pag. 32-39.) —

189. – (1390 st.m.) 1389, 13 Janvier – 25 Avril 1390. – Matthieu Gayta, notaire de Romans, a vendu pour 190 florins d'or, à Ponce de Capiliis une maison située à Romans dans la rue de la Saunerie. Le 25 Avril 1390 le prieur du Val Ste Marie D. Martin Raymond, donne à l'acheteur l'investiture de ladite maison pour moitié de la directe. – Elle fait 6 sous viennois de cens à la charte cense. –

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum, cunctis tam presentibus quam futuris notum sit et appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo nono, indictione decima tertia et decima tertia mensis januarii (st.n. 1390, 13 Janvier), coram me notario publico et testibus infrascriptis, Matheus Gayta, notarius Romanis, sciens, prudens et spontaneus, non vi, ... earum certus, bene advisus .... pro se suisque heredibus et successoribus universis, vendidit et titulo pure ... venditionis tradidit ... et concessit ... honorabili viro Poncio de Capiliis, burgensi Romanis, presenti, emenți ... et recipienti ... quandam domum, mansionem Romanis in carreria Saunerie, juxta domum dicti Poncii emptoris, a parte occidentis, et juxta domum Thomasii Aditi mercatoris Romanis, a parte orientis; et ante domum Marati Ruffi scolaris Romanis, dicta publica carreria Saunerie intermedia, a parte venti, et juxta quandam curtim et alias domos dicti Poncii emptoris, a parte boree exteriori ... unacum ipsius domus vendite omnibus et singulis ingressibus ... appendagiis, luminaribus, stillicidiis, aquarum decursibus et aliis suis juribus et pertinentiis universis, habendum ... et quicquid aliud eidem Poncio et suis heredibus ... de dicta domo vendita ... deinceps perpetuo placuerit. Faciendum precio et nomine precii novies viginti et decem (190) florenorum auri, boni auri, communis pondoris currentis, computatis duobus scutis auri pro tribus florenis. Quod quidem precium idem Poncius emptor solvit, tradidit etc. ... et cetera [illegible] omnes [illegible] ordinarias ...

Acta fuerunt hec Romanis, in operatorio dicti Poncii emptoris nobilis ad quam domus vendite quam inhabitat, prope plateam Romanis, presentibus ad hoc vocatis testibus: Jaquemono Raymerii, burgense Romanis, Johanne Lacristonis et Guillelmo Perrini, notariis Romanis, et me Guigone Luci dicti loci de Romanis, Vienn. dyocesis, clerico, auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus, dum sic fierent et agerentur, una cum dictis testibus, vocatus presens fui, et de quibus notam recepi, ex qua hoc presens publicum instrumentum per fidelem

fidelem substitutum, aliis occupatus negociis, extrahi, grossari et in hanc publicam formam redigi fecit, eique hic manu mea propria me subscripsi, signoque meo consueto signavi rogatus tradidi.

Postque anno et indictione quibus supra et die decima nona mensis februarii (dim. 1390, 19 février), coram me notario ... nobilis vir Dominus Tausserandus Goltafredi, miles, curator et curatorio nomine nobilis Petri Gibelini, de cujus patri, ut heredis Petri de Arlia quondam, directo dominio dicta domus supra vendita, pro mediata et pro indiviso, tenetur sub annuo censu duorum denariorum bone monete censualis: et pro alia mediate indivisa, de directo dominio, ut dicitur, domus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie, sub annuo censu sex denariorum; Ipse, ingnaus, Dominus Tauserandus ... traditione unius baculi .... de eadem domo ... investivit ..... Acta fuerunt hec Romanis, in operatorio in quo ego notarius subscriptus scribo, in platea publica dicti loci, presentibus ad hec vocatis testibus: Taquemono Reymerii, Johanne Guiffredi alias Guinguet, burgensibus Romanis, et Guillelmo Achardi clerico ecclesie beati Barnardi de Romanis, et me Guigone Lucii notario.

Postque anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo, indictione decima tertia et die vicesima quinta mensis Aprilis, (1390, 25 Avril), coram me supranominato Guigone Lucii, notario publico, et testibus infrascriptis, religiosus vir frater Martinus Raymundi, prior dicte domus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie, de cujus domûs directo dominio dicta domus vendita, pro media parte indivisa, tenetur sub annuo censu sex denariorum, bone monete censualis, ut dicebat, recepta de traditione apud dictum meum a me notario supradicto, traditione unius baculi, dictum Poncium de Capreliis, emptorem, presentem, requirentem et pro se et suis stipulantem, de eadem domo vendita, pro media parte indivisa ad eum pertinente, sub annuo censu predicto, per traditionem dicti baculi, ut ut moris, retinuit et investivit; jura dicte domus et quecumque alienum semper salvis; confitens sibi satisfactum fuisse ab eodem emptore de laudimiis sibi debitis et contingentibus ratione venditionis et investiture predictarum. De quibus laudimiis ipsum Poncium emptorem, et suprastipulantem, quittavit penitus et absolvit; cum pacto de ulteriori non petendo, et cum omni renunciatione juris et facti ad hec necessaria pariter et cautela. De quibus omnibus dictus Poncius emptor petiit; et dictus frater Martinus prior eidem fieri concessit, per me notarium publicum infrascriptum, publicum instrumentum. Acta fuerunt hec Romanis, in operatorio

Mathei Gayte

Mathei Gayte, notarii Romanis, presentibus ad hec vocatis testibus: Domino Javeneto Ribotè et Symondo Morardi, presbyteris ecclesie beati Barnoardi de Romanis, et Johanne Guiffredi alias Guinguet, burgense Romanis; et me Guigonis Lucè, clerico et notario publico supradicto, qui premissis omnibus et singulis, una cum dictis testibus, presens fuit, et de hiis notam recepi, ea que hoc publicum instrumentum etc... comme plus haut...

(Magnat. IV. pag. 41-45.) —

---

190. — 1391, 7 Novembre. — 23 Reconnaissances despossessions à Montélier, faites en faveur du Val Ste Marie. — En Bramalieu, 50 sestoriées de vigne faisant 6 émines et 1 quarte de froment; 4 hectariées de terre faisant 2 deniers; En Fauras 33 sestoriées de vigne faisant 10 quartes de cens - 6 jardins dont 4 en trolliis faisant 3 émines et 5 quartes de froment, et 2 prés de l'hopital faisant 3 den. et 3 oboles. 1 hectariée de pré en Janicaco, 3 émines de terre in Maladeria et 1 maison in platea faisant 2 cens 3 quartes. Total = 83 sestoriées de vigne, 4 hectariées et 3 émines de terre, 1 hectariée de pré, 6 jardins et 1 maison: cens = 11 émines 1 quartes de froment, 5 deniers et 3 oboles.

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum cunctis, tam presentibus quam futuris, visuris, lecturis et tenorem ipsius audituris evidenter appareat et sit notum, quod, cum Johannes Payrè, notarius publicus quondam de Montilitio, dum vitam gerebat in humanis, plures et diversas notas seu imbreviaturas in suis papiris et protocollis, cartellariis et cedulis notavisset et scripsisset, quas seu aliquas ipsarum, morte preventus, grossari nec in publicam formam redigere nequivit. Idcirco nobilis et circumspectus vir Dominus Poncius de Altovilari, in legibus licentiatus, canonicus, officialis Valentie vicariusque in spiritualibus Rev^mi in christo patris et domini nostri domini Johannis de Pictavia, dei gratia episcopi et comitis Valentinensis et Diensis, michi Johanni Fauronis, notario publico et curie dicti domini officialis jurato, grossationem et in formam publicam redactionem dictarum notarum et imbreviaturarum commisit, prout de commissione constat patentibus litteris a dicto domino officiali et vicario emanatis et sigillo dicte curie appendente cerea o... sigillatis. Cujus quidem commissionis tenor inferius est insertus.

Igitur ego prefatus Johannes Fauronis, notarius et commissarius, intuitu ceteras notas, que in dictis protocollis, papiris et cartellariis continentur, quasdam notas mondum grossatas nec abolitas, faciens propriore domus

religiose

religiosa d'allis Ste Marie et ejus conventus, ordinis cartusiensis, in ejus protocollis, papiris et cartularis inveni: quarum quidem notarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: —

Anno Domini millesimo tercentesimo nonagesimo primo et die septima mensis novembris (1391, 7 Nov.), in presentia mei notarii... etc... hominum et mulierum infrascriptorum etc... scientes etc.. ad peticionem venerabilis religiosi domini Dominici de Podio, prioris d'allis Ste Marie, cartusiensis ordinis, et mei notarii publici, stipulantis nomine dicti domini prioris et hui conventus, per eorum juramenta, sub eorum obligacionibus et placitis infrascriptis, testibus presentibus Richardo Didierii et Johanne Fabronis. —

1a. — Et primo Gonetus Fancerii juravit tenere, nomine suo, circa octo fossoyratas vinee sue, sitas in mandamento Montilisii, in loco vocato en Fauras, et confrontatur, a parte orientis, juxta vineam Millionorum: et a parte occidentis, juxta iter molendinorum: et a parte borea, juxta vineam Johannis Fayni: 8 fos. vig. 3. q. fo. et a parte venti, juxta vineam heredum Nicolay Fleury; de qua facit et facere tenetur, annis singulis, tres quartas frumenti, ad duplicem cantum.

2a. — Item Barthonus de Romanis juravit tenere, nomine suo, unum ortum, situm in Gralies, et confrontatur, a parte borea, juxta ortum Johannis d'aunneriis: a parte venti, juxta ortum Johannis Figerie: et a parte orientis, juxta iter Chriose: et hoc sub censu unius eymina frumenti, ad duplicem censum tantum, 1 jardin 1. em. fo. testibus quibus supra. —

3a. — Item Alegria, relicta Johannis Borralli, juravit tenere, nomine suo et Petri filii sui, circa sex fossoyratas vinee sue, sitas in Fauras, et confrontatur, a parte orientis, juxta vineam heredum Eynardi Fabroni: 6. fos. v. — et a parte occidentis, juxta iter molendinorum: et a parte borea, juxta vicolum de Fauras: et a parte venti, juxta vineam Johannis Fayni; et hoc sub censu unius quarte cum dimidia frumenti, ad duplicem censum tantum. 1 at 1/2 q. fo.

4a. — Item Guillerma, relicta Stephani Gillot, juravit tenere, nomine suo, circa sex fossoyratas vinee sue, sitas en Bramaliau, et confrontatur, a parte orientis, juxta terram Petri Layni: et a parte occidentis, juxta vineam Petri Fanavelli

Faravelli : et a parte boree juxta vineam Hugonis Burgondionis : et a parte venti, juxta vineam liberorum Johannis Brunelli ; et hoc sub censu unius eminefromenti et totidem de placito. —

5a. — Item Johannes Figerie juravit tenere, nomine suo, unam domum suam, sitam infra burgum Montilisii, in loco dicto in Platea dicti loci, et confrontatur, a parte orientis, juxta carreriam publicam : et a parte occidentis juxta casale Patronille, relicte Guillermi Barbarii : et a parte boree, juxta carreriam que tendit versus vintonicum : et a parte venti, juxta domum magistri Hugonis de Ballomonta notarii ; et hoc sub censu unius eymine fromenti, ad replicum censum. —

6a. — Item magis juravit tenere, ut supra, unum ortum suum, situm in Trellis, et confrontatur, a parte orientis, juxta ortum Johannis Coduerarii : et a parte occidentis, juxta iter Christe, et a parte boree, juxta ortum Berthonii de Romanis : et a parte venti, juxta ortum Petri Pereti ; et hoc sub censu unius eymine fromenti, ad placitum replicum.

7a. — Item Johannes Saumerii juravit tenere, nomine suo, unum ortum suum, situm in pedis Trelliarum, et confrontatur a parte orientis, juxta iter per quod itur versus ortum Johannis Figerie : et a parte occidentis, juxta iter Christe : et a parte boree juxta iter publicum : et a parte venti, juxta ortum Berthonii de Romanis ; et hoc sub censu unius eymine fromenti, ad placitum replicum. —

8a. — Item Hugo Burgondionis juravit tenere, nomine suo, circa duodecim fossoratas vinee, sitas in mandamento Montilisii, in loco vocato en Bramalieu, et confrontatur, a parte orientis, juxta terram Petri Sayoni ; et a parte occidentis, juxta vignale dicte domus : et a parte boree, juxta terram Johannis Fayni : et a parte venti, juxta vineas Petri Charavelli et Guillelme relicte Stephani Gillot ; et hoc sub censu unius eymine fromenti et totidem de placito in mutatione tenementarii.

9a. — Item Johannota, relicta Guillioni Palasolli, juravit tenere, nomine simonde filie sue, circa sex fossoratas vinee sue, sitas en Bramalieu, et confrontatur, a parte orientis, juxta terram Johannis Fayni : et a parte occidentis, juxta vineam Parisie, uxoris Johannis Guido Coduerarii : et a parte boree, juxta vignale dicte domus : et a parte venti, juxta vineam Hugonis Burgondionis ; et hoc sub censu unius quarte fromenti, placitum duplicum.

10a. — Item unum ortum suum, nomine Anthonii filii sui, situm prope hospitale

Montilisii

Montilisii, et confrontatur, a parte orientis, juxta iter Romanis; et a parte occidentis, juxta pratum Petri Monerii: et a parte boree, juxta ortum liberorum Barthoni Bartholerii: et a parte ~~Durandone Rambaudi~~ ortum dictorum liberorum di di Barthoni Bartholarii et ortum Durandi Rambaudi de Castrodupli; et hoc sub censu trium denariorum bonorum viennensium. —

11a. — Item Monetus Clayriaci juravit tenere, nomine Petri Gigos, circa duas estariatas terre suas, sitas in mandamento Montilisii, loco dicto en Bramalieu, et confrontatur, a parte orientis, juxta terram liberorum Barthoni Bartholerii: et a parte occidentis, juxta iter Castinosi: et a parte boree, juxta vignhale liberorum Barthoni Bartholerii: et a parte venti, juxta iter per quod tenditur versus Morerias; et hoc sub censu unius denarii viennensis.

12a. — Item Petrus Charavillii juravit tenere, nomine suo, circa tres sestayratas vinee sue, sitas in dicto mandamento, in loco dicto en Bramalieu, et confrontatur, a parte orientis, juxta vineam Guillerme, relicte Stephani Gillet et juxta vignhale dicte domus: et a parte boree juxta vineam Hugonis Burgondionis: et a parte venti juxta vineam liberorum Tchamini Brunelli, et hoc sub censu unius eymine frumenti et tasche, de placito. —

13a. — Item Didacus Brunelli juravit tenere, nomine suo et nomine Anthonii fratris sui, circa tres sestayratas vinee sue, sitas in mandamento Montilisii, in loco vocato en Bramalis, et confrontatur, a parte orientis, juxta terram Petri Layoni: et a parte occidentis, juxta vignhale tenum quod tenetur de domino Hugonetto de Montilisio: et a parte boree, juxta vineam Petri charavillii: et a parte venti, juxta vineam filiarum Tacmoni Bertrandi; et hoc sub censu unius eymine frumenti, ad replicam tascham de placito tantum. —

14a. — Item Guillermus Guillonis juravit tenere, nomine Bartholomee uxoris sue, circa tres eminatas terre sue, sitas in mandamento Montilisii, loco dicto en (Meladeria), et confrontatur, a parte orientis, juxta iter per quod itur de Montilisio versus (Chirolam): et a parte occidentis, juxta vineam Guillelmi (Guiboudi): et a parte boree, juxta vineam Tchamini Tayni: et a parte venti, juxta vicum Malmartati, et hoc sub censu trium quartarum frumenti ad replicam censum. —

15a. — Item Michael Pastalli juravit tenere, nomine Petri et Margarite, liberorum Nicolay Fleyu, circa tres sestayratas vinee sue, sitas en Taurat, et confrontatur a parte orient

a parte orientis, juxta vineam Millionorum : et a parte occidentis, juxta iter molendinorum : et a parte borree, juxta vineam Gonati Ferrerii : et a parte venti, juxta vineas Petri Layoni et Petri Ferreti ; et hoc sub censu unius quarte frumenti, ad mensuram Valentie, et in mutatione novi tenementarii duplicam censum. —

16a.— Item Johannes Coduretii, nomine heo, juravit tenere unum ortum, situm, situm prope castrum, Montilesii, in loco dicto in Trellis, et confrontatur, a parte orientis, juxta (viam) publicam de burgo : et a parte occidentis, juxta ortum, Johannis Figarie : et a parte boree, juxta iter publicum ; et a parte venti, juxta ortum, Petri Ferreti alias Bulhat ; et hoc sub censu quinque quartarum frumenti ad mensuram Valentie et ad placitum, duplicem. —

17a.— Item Johannes Fabri juravit tenere, nomine suo, Gonati et Anthonii fratrum, suorum, circa (quinque) fassoyratas vinee, sitas en Fauras, et confrontatur, a parte orientis, juxta vineam Hugonati de Montilisio : et a parte occidentis, juxta iter per quod itur de Montilisio versus molendinum Bastide : et a parte boree, juxta violam de Fauras : et a parte venti, juxta vineam Johannis Fayni ; et hoc sub censu unius quarte cum dimidia frumenti, ad mensuram Valentie et in omni mutatione novi tenementarii, duplicam censum. Testibus presentibus. Johanne Coduretii, Richardo Didierii. —

18a.— Item Johannes Fayni juravit tenere, nomine suo, circa octo fassoyratas vinee, sitas en Fauras, et confrontatur, a parte orientis, juxta vineam Hugonis de Montilisio : et a parte occidentis, juxta iter per quod itur versus molendinum Bastide : et a parte boree, juxta vineas heredum Girardi Fabronis et Aloysie uxoris Johannis Borralli ; et a parte venti, juxta vineam Gonati Ferrerii ; et hoc sub censu trium quartarum frumenti, et in mutatione possessoris duplicam censum tantum. Testibus presentibus : Johanne Fabri, Johanne Chapuisii. —

19a.— Item anno quo supra, die octava mensis novembris (1391, 8 Nov.), Chabertus Guibondi de Montilisio, filius .. juravit tenere, nomine suo et nomine Amedei fratris sui, circa unam sestariatam prati sitam, sitam in Tamisco, et confrontatur, a parte orientis, juxta pratum magistri Hugonis de Bellomonte : et a parte occidentis, juxta pratum Liberorum Berthoni Bertholerii : et a parte boree, juxta pratum hospitalis

hospitalis, quod vocatur de la Baya : et a parte venti, juxta fratum, dictorum fratrum, et hoc sub censu unius eymina frumenti, et in mutatione novi tenementarii duplicem censum tantum ; testibus presentibus Richardo Didierii, Petro Chaputi monerio.

20a. — Item Guido Bertholarii juravit tenere, nominibus suo et Anthonii fratris sui, circa octo sestoyratas vinee, sitas in mandamento Montilisii, in loco dicto en Bramalien, et confrontatur, a parte orientis, juxta vineam Berthonii Borerii : et a parte occidentis, juxta vineam, dictorum fratrum : et a parte boree, juxta vineam Durantis Rambaudi de Castrodyplo : et a parte venti, juxta terram, dictorum fratrum, quod quondam fuit Girardi Charreirii ; et hoc sub censu unius eymine frumenti et totidem de placito. —

21a. — Item magis Idem, nominibus quibus supra, juravit tenere circa duas sestariatas terre sue, sitas in Bramalyo, et confrontatur, a parte orientis, juxta terram Raymundi de Vaitia : et a parte occidentis, juxta terram Petri Gigors : et a parte boree, juxta vineam, dictorum fratrum : et a parte venti, juxta iterfer quod iter vertus Morariam ; et hoc sub censu unius denarii, placitum, duplicem.

22a. — Item magis unum ortum suum, situm prope hospitali Montilisii, et confrontatur, a parte orientis, juxta ortum Romanis : et a parte occidentis et venti, juxta ortum Durantoni Rambaudi de Castrodyplo : et a parte boree, juxta ortum heredum Guillelmi Palafolli ; et hoc sub censu trium obolorum.

23a. — Item Petrus Siocti juravit tenere, nominibus Sibille, uxoris sue, et Iholenie sororis, circa sex sestoyratas vinee, sitas in dicto mandamento, in loco dicto en Bramalio, et confrontatur, a parte orientis, juxta terram Petri Rayoni : et a parte occidentis, juxta vignhiale dicte domus : et a parte boree, juxta vineam liberorum Johannis Brunelli : et a parte venti, juxta vineam Durantis Rambaudi de Castrodyplo ; et hoc sub censu unius eymine frumenti, ad mensuram Valentie, et totidem de placito ; testibus presentibus : Johanne Fabri, Richardo Didierii.

Tenor predicte commissionis sequitur et est talis : « Poncius de Altovilari, licentiatus in legibus, canonicus et officialis Valentie, vicarius que generalis in spiritualibus Reverendi in Xto patris domini nostri domini Johannis de Victoria, Dei gratia episcopi et comitis Valentinensis et Diensis, dilecto nostro Johanni Fauronis

Fauronis Montilibi, Valentinus is diocesis, clerico, notario publico et curie officialatus nostri Valentie jurato, salutem. Cum Johannes Fayni quondam de dicto loco Montilibi, notarius publicus et dicte nostre curie juratus, sit via, viam ordis carnis ingressus, et dum erat in humanis multas et diversas notas recepserit et in suis protocollis, cartularibus et cedulis scripserit seu scribi fecerit, quastamen seu ejusdem aliquas, morte prevenitur, grossare nec in formam publicam redigere nequiverit; et nichilominus nonnulli pro quibus dicte note facient instrumenti ab ipsis notis extrahendis indigeant et forsitan indigebunt; idcirco, de fidelitate et industria tuis merito confidentes, tibi, tenore presentium, committimus et mandamus quatinus notas hujusmodi et alias dicto notario quondam alias commissas sigue sint, per te vel alium grossas et in formam publicam redigas seu redigi facias: formam et stilum dicti notarii quondam, quantum et prout melius poteris, insequendo et observando, clausulasque breves etiam, si litopas, supplendo, notas quasque cancellandas ac predicti cancellas, aut cancellare facias per tuos substitutos notarios publicos dicte nostre curie juratos, si et quando pro illis quorum interest vel intererit fueris requisitus: instrumentaque a dictis notis extrahenda tuo proprio signo publico sive authentico signes, et partibus seu personis ad quorum instantiam hujusmodi recepta, cui pro quibus facient, tradas et expedias, premissis tibi satisfacto de labore tuo condecenter. Nos enim tuarum tuam fidem adhibendam, fore dictis instrumentis, per te vel alium de tuo mandato grossandis, signo tamen tuo publico sive authentico signandis, quanta adhiberetur ac si per dictum notarium quondam, manu propria grossata fuissent ac signata, aut note predicte cancellate et annullate fuissent. Datum Valentie in domo habitationis nostre, de nostro speciali mandato, die 27a mensis novembris anno Mo CCCo LXXXXo (1400, 27 Nov.), testibus presentibus venerabili viro dno Martino Cayrelli canonico ecclesie Sti Petri de Burgo Valentie, et Giraudo de (Montalba) clerico ecclesie Valentie; et me J. de Fraxino f. Valentie, vicarium que in spiritualibus Rev^mi in X^to P^is et Dni nostri Dni Fr. de Pictavia dei gratia episcopi et comitis Valentie et Diensis michi Johannis Fauronis notario publico et curie dicti dni officialis jurato. Datum ut supra. (il galà un renvoi qui ne paraît plus marqué, d. M. Magnat). — Et ego predictus Johannes Fauronis

Fauronis, clerici, auctoritate imperiali notarii publici et curie predicte domini officialis juratus, commissarius, et prefectus, deputatus, vigore et auctoritate predicte mee commissionis, predictas notas, manu propria dicti quondam, notarii scriptas, et apparet, de aliis notis, protocollis et scripturis ejusdem, in hanc formam publicam redegi, prout in predictis protocollis junctis, nichil addito nichilque abmoto, manu mea propria, et in principio mee presentis subscriptionis, signo meo tabellionali consueto signavi, in robur et testimonium, omnium, universorum, et singulorum premissorum.

(Magnat. III. pag. 66-70.). —

Résumé

Noms des tènanciers	Fossoriées - Istériées - Nature - Lieu -	Emine	Cens romanc quarta	argent.
1. Gonetus Fanerii	8. vigne au Fauras.		3.	
2. Barthonus de Romanis	1 jardin in Trallies	1.		
3. Alaysia veuve de Jo. Borelli.	6. vigne au Fauras.		1 et 1/2.	
4. Guillerma veuve Stephanus Gillot.	6. vigne au Bramalieu.	1.		
5. Johannes Figorie.	1 maison in plateâ	1.		
6. idem . . .	1 jardin in Trallies	1.		
7. Johannes Sauzerii	1 jardin in Trallies	1.		
8. Hugo Burgondionis.	12. vigne au Bramalieu	1.		
9. Johannata veuve de Guillonis Pelafolli	6. vigne " ibidem		1.	
10. Eadem pour son fils Antoine	1 jardin prope Hospitale			3. den.
11. Monetus Clayriaci, nomine Petri Gigot.	2. terre. au Bramalieu			1. den.
12. Petrus Charavillii.	6. vigne " id "	1.		
13. Didonius et Antonius Brunelli	6. vigne " ibid ".	1.	-	
14. Guillermus Guillonis, nomine Barthelomee 1e femme	3 éminées, terre, en Maladeria		3.	
15. Michael Pastelli, nomine liberorum, Nic. Fayn.	6. vigne au Fauras.		1.	
16. Joannes Coduroni	1 jardin in Trallies		5.	
17. Joannes Fabri et uxor ejus Ant. et Gonet.	5. vigne au Fauras.		1 et 1/2.	
18. Joannes Fayni	8. vigne . . . ibid. . .		3.	
19. Chabertus Guibodi	1. pré in Jamiaco.	1.		
20. Guido Bartholerii et uxor ejus Antoine	8. vigne en Bramalieu	1.		
21. idem	2. terre " ibid. "			1. den.
22. idem	1 jardin prope Hospitale			3 obols.
23. Petrus Siocti, nomine uxoris sue Isabelle et Thobie	6. vigne en Bramalieu	1.		
	83 fossoriées 5. istériées	3 éminées 6 jardins 1 maison	11 éminées	19 quartes 5 den. 3 ob.

191. (1398. st.n.) 1397, 21 février. — Noble Jean Raynaud, d'Alixan, donne au Val Ste Marie, en la personne du prieur D. Guichard de Orjolete, 20 gros de cens annuel, qu'il perçoit sur ces biens de la chastrenie à Montélier

In illius Altissimi nomine atque bona cuncta precedente, patris et filii et Spiritus sancti, Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat modernorum presentia et etiam futurorum posteritas tacitura, quod anno Incarnationis Dominice millesimo trecentesimo nonagesimo septimo et die vicesima prima mensis februarii (st.n. 1398, 21 fevr.), coram me notario publico et testibus subscriptis : Constitutus personaliter et specialiter propter ea que sequuntur, nobilis Johannes Raynaudi, de Alexiano, Valentinensis dyocesis, ipse, inquam, nobilis Johannes sciens, prudens et spontaneus, non decaptus, non coactus et non errans in jure nec in facto suis, sed de utroque in hujusmodi negocio ad plenum certus, certioratus, consultus, doctus et informatus, ut dicebat et ex verbis suis liquidò apparebat, ad hec motus, dolo, fraude, malo ingenio, errore et seductione cessantibus quibuscunque : eis melioribus modo, jure et forma quibus melius potest intelligi sive dici ac excogitari : ad bonum et sanum intellectum, mei notarii publici subscripti, consilium que et dictamen cujusvis sapientis, prosse et suis heredibus et successoribus quibuscunque. ob et propter bonum zelum seu amorem ac affectionem, quos idem nobilis Johannes habet et merito habere debet causis et rationibus dic ad animum suum movetibus, et asserebat, erga venerabilem virum dominum Guichardum de Orjolete, priorem prioratus Vallis Ste Marie, Dyensis dyocesis, Cartusiensis ordinis, et ejus prioratum et conventum : attentis et consideratis multis gratis servitiis et beneficiis ac benivolentiis sibi seu factis et impensis per dictum dompnum priorem et per alios dominos religiosos dicti prioratus, ut idem nobilis Johannes dicebat ; et que de die in diem impendere non desistit ; Volensque idem nobilis Johannes retribuere eis juxta posse ; Igitur in retributionem omnium premissorum et ut deum habeant rogare pro ejus anima, idem nobilis Johannes, predictis nominibus, dedit, donavit, cessit, concessit tradidit que, ac quasi, donatione pura, perfecta firma, valida, perpetua, simplici et irrevocabili, que dicitur fieri inter vivos, nullo vicio ingratitudinis nec alia causa qualicumque preterita, presenti et futura, dicto venerabili dompno Guichardo de Orjolete, priori dicti prioratus, et michi notario subscripto, ut persone publice, presentibus, et stipulantibus vice, nomine et ad opus dicti prioratus

1 d^t/2 qu. censu unius quarte cum dimidia frumenti ad mensuram Valentie. La 3ª ou la 17ª de 1391. —

22ª — Item plus, idem, Monaudus Claynacti nomine suo, circa duas sestariatas terre, sitas in dicto mandamento, loco dicto en Bramalio, confinatas, a parte orientis, juxta terram Guidonis et Anthonii Barthelerii: et a parte occidentis, juxta iter vocatum iter Castri Noveti: et a parte borree, juxta vineam dictorum Guidonis et Anthonii Barthelerii
1. den. fratrum: et a parte venti, juxta iter per quod itur versus Rocheriam, sub censu unius denarii, cum duplici censu in omni mutatione proplacito. — La 11ª de 1391, nov. nº 190. —

Acta fuerunt hec apud predictum locum Montilisii, videlicet in domo Johannis Calliacti macellarii, testibus presentibus ad premissa vocatis: dicto Johanne Calliacti, Petro Monerii alias Pallini, dicti loci Montilisii, et me Johanne Fauronis notario publico subscripto. —

Postque anno quo supra et die secunda mensis martii (st.m. 1416, 2 Mars), ad instantiam mei notarii

mei notarii .... stipulantis et recipientis vice, nomine et ad opus prenominati prioris ....

23a.— Magister Hugo de Ballomonte, notarius, de Gayrcil, quandam domum, teram, infra dictum locum Montilitii, confrontatam, a parte orientis, juxta magnam carreriam publicam dicti loci Montilitii: et a parte occidentis, juxta casale Johannis Fierie: et a parte venti, juxta domum Petri Garini alias Genitis: et a parte boree, juxta domum predicti Johannis Fierie: sub censu unius eymine frumenti, ad mensuram, valentie, cum duplici censu proplacito in omni mutatione.— Acta fuerunt hec in platea publica dicti loci Montilitii, testibus presentibus nobilibus Francisco Archinriardi, Petro de Varcia, Johanne Colliacti dicti loci Montilitii.—

1. em.

24a.— Item anno predicto et die decima sexta mensis martii (st.n. 1416, 16 Mart), ad instantiam predicti domini prioris presentis ... Ego Johannes Tauronii, notarius subscriptus, circa tres fasteyratas vinee, sitas in dicto mandamento, loco dicto in Taurasio, confinatas, a parte orientis, juxta vineam, nobilis Hugonecti de Montelisio: et a parte occidentis, juxta vineam, uxoris Monardi Cleynacti: et a parte venti, juxta vineam, Berthonii Fayni: et a parte boree, juxta vineam, mei dicti notarii, quam tenet de dominio

1. quar.

vineacorum, sub censu unius quarte frumenti, ad mensuram predictam, cum duplici censu in omni mutatione proplacito. Acta in camera Granarii domini mei notarii, in quo ego dictus notarius scribo, testibus presentibus nobili Petro de Varcia, Johanne Colliacti macellario, Stephano Petra dicti loci Montilitii.

25a.— Item ibidem ... Johannes Massonati, unam tattaciatam prati, sitam in dicto mandamento, loco dicto in Tomiaco, confrontatam, a parte orientis, juxta pratum, hebilla uxoris magistri Hugonis de Ballomonte: et a parte occidentis, juxta prata nobilis Petri de Varcia et Guidonis et Berthonii Bartholerii fratrum: et a parte venti, juxta pratum, dicti recognoscentis: et a parte boree, juxta pratum, vocatum de la Baya: sub censu unius eymine frumenti, ad predictam mensuram, cum duplici censu in omni mutatione proplacito.— La 19a de 1391 n.= 190.—

1. em.

26a.— Item plus, idem Johannes Massonati, unum ortum, hortum, situm, prope dictum locum Montilitii, confrontatum, a parte orientis, juxta iter per quod itur ad ortum Johannis Fierie: et a parte occidentis, juxta iter de Chirosa: et a parte venti, juxta ortum Berthonii de Romanis: et a parte boree, juxta magnum iter publicum: sub censu unius eymine frumenti, ad predictam mensuram, cum duplici censu in omni mutatione proplacito.— La 7a de 1391 n.= 190.—

1. em.

27a. Item etiam

27ª — Item etiam ibidem, Johannol Demarii, circa sex fassoyratas vinee, sitas in predicto mandamento, loco dicto in Bramalyo, confinatas, a parte orientis, juxta vineam Petri Gillioti: et a parte occidentis, juxta quoddam avallium seu Veyre: et a parte venti, juxta vineam heredum Maroni Tagliamardi: et a parte Borree, juxta vineam Johannis Alberonis et Margarite ejus uxoris... sub censu unius eymine frumenti, ad predictam mensuram, cum totidem de placito in omni mutatione; sub pacto quod meliorari debeat dictas sex fassoyratas vinee et non deteriorari. Testibus presentibus predicto Johanne Calliaceti, Ludovico Sange textore dicti loci Montilisii. — La 12ª de 1391.

28ª — Item, Anno Dni 1416 die vicesima quarta mensis Aprilis (1416, 24 Avril). — ad requisitionem personalem supra nominati domini prioris presentis... Guido et Anthonius Bartholerii fratres, dicti loci Montilisii, domum hospitalis dicti loci Montilisii, cum curte dicti hospitalis dicte domui contigua, sita prope dictum locum Montilisii, confinatam, a parte orientis, juxta iter per quod itur apud Romanis: et a parte occidentis, juxta ortum Petri Monerii alias Pollini: et a parte venti, juxta iter tendens de dicto loco Montilisii apud prioratum dicti loci: et a parte borree, juxta ortum Humberti Rambaudi... sub censu sex denariorum bonorum Viennensium, cum duplici censu in omni mutatione. — Acta fuerunt hec, in dicto loco Montilisii in predicta camera domus mei notarii subscripti, testibus presbitero Domino Petro Barreria presbytero, curato dicti loci Montilisii, Ludovico Sange textore dicti loci Montilisii. —

29ª — Item Anno predicto Dni 1416 et die vicesima octava mensis aprilis (1416, 28 Avril) ad instantiam supra nominati prioris presentis... nobilis Humbertus Rambaudi de Castro Delfino, quoddam ortum, situm prope dictum locum Montilisii, confinatum, a parte orientis, juxta iter Romanechium: et a parte occidentis, juxta ortum Petri Monerii alias Pollini: et a parte venti, juxta domum hospitalis dicti loci: et a parte borree juxta ortum Guidonis Tagliamardi et juxta ortum Guidonis et Anthonii Bartholerii fratrum... sub censu quatuor denariorum cum obolo bonorum Viennensium, cum duplici censu. — (Sauf dire la 10ª de 1391.) Et protestati fuerunt dicti domini prior et Humbertus, quod dictum nobilis H. magis de censu vel minus recognovit quam debetur, quod dictum D. prioi et Humberto prejudicari non possit; ymo tamen possit presens recognitio reficere ad statum quod debebit. — Acta fuerunt hec in platea publica dicti loci Montilisii, juxta stammum.

juxta Stanninum, Johannis Fierie, testibus presentibus nobili Petro de Viriaco, dicto Petro Fierie, Bonthosio Clerici, dictis locis Montilibii. —

302. — Item Anno Dni 1417 et die decima septima mensis aprilis (1417, 17 Avril), ad instantiam personalem supranominati domini prioris, Mondus Rastacii, dicti loci Montilibii, circa octo sexagenatas vinee, site in mandamento Montilibii, loco dicto in Fourasio, confrontatas, a parte orientis, juxta vineam nobilis Hugonetti de Montilibio: et a parte occidentis, juxta iter publicum: et a parte venti, juxta vineam heredum Gonetti Fenerii: et a parte bize, juxta vineas mei Johannis Taurenis notarii subscripti et heredum Mouandi Cleyneti: sub censu tricium quartarum frumenti, ad ... mensuram Valentie, cum duplici censu in omni mutatione.
Acta fuerunt hec apud Riclum, loco cum Montilibii, videlicet ante magnam portam predicte domus habitationis mei notarii subscripti, testibus presentibus predicto Johanne Calliacti, Petro Bozjacii dictis locis Montilibii.

Et promiserunt prenominati homines et mulieres etc. formulas ordinaires. Renunciav. omnique ... predicti homines et mulieres testamentarii etc. ...

Quibus omnibus universis et singulis supradictis, prenominati homines et mulieres omnes et singuli singularitas fieri voluerunt et concessarunt prenominato domino priori et predicte domui Vallis et dicto ejus conventui publicum instrumentum ... et quot fuerint dicte domui et dicto ejus conventui necessaria unius et ejusdem substantie et tenoris fore una notarium publicum subscriptum dictandum, corrigendum et de novo reficiendum ...

Acta fuerunt premissa, anno, diebus, locis et ... testibus quibus supra. Et Ego prenominatus Johannes Taurenis, clericus dicti loci Montilibii, imperiali et dalphinali auctoritate publicus notarius, curieque domini officialis Valentie juratus, qui premissis cum prenominatis testibus presens fui, et ipsum notam et ad opus predicte domus Vallis et dicti ejus conventus, de ipsis hoc presens publicum instrumentum extraxi manuque mea propria scripsi et ... signavi in robur et testimonium omnium premissorum. —

(Magnat. I V. pag. 46-52.). —

Retenue

1416, 27 Janv. – 17 Avril 1417. – Résumé des 30 Reconnaissances

Tenanciers	Fossoria	Solaria	Natura - Locus	Eminées	Quarteria	Argentum
1. Joannes Cotti de Montalièr.			1 boisd - Montelier in Mozarèa			12 d.
2. Jaquemonus Coduraris			3 quart. jardin - prope fossatum M.		5.	
3. Stephanus Marcelli alias Pascalis		2.	terre - Mont. in Bramalio			12 d.
4. Barthomus de Romanis, de Montelièr			1 jardin prope Montelier	1.		
5. Guido Chapuisii, de Montelièr.		30.	terre - Mont. in Mozarèa	1.		
6. Joannes Albbronis	12.		vigne. M. in Bramalio	1.		
7. Petrus Gilliot de Montelier	6.		vigne - M. id.	1.		
8. Lambertus Fourichonis de Montelier		2.	terre. M. id.			12 d.
9. Guillelmus Mallionis, de Montelier	8.		vigne. M. in Mal-Marcallo		3.	
10. Petrus Flaci de Montelier.	6.		Vigne M. in Faurasio		3.	
11. Joannes Fierie,			1 maison M. prope plateam.	1.		
12. id.			1 jardin prope Montelier.	1.		
13. Johannonus Fourichonis.	14.		Vigne. M. in Bramalio	1.		
14. Joanneta uxor Andree Crittini pour Guido Jaquemardi.	7.		Vigne. M. id.			
15. pro eodem.			1 jardin prope Montelier.			3 d.
16. Johannotus Diocti et sa soeur Antonia	8.		vigne - M. in Faurasio		3.	
17. Guido et Antonius Barthelarii.	8.		vigne. M. in Bramalio	1.		
18. idem.			arollium 3 eminies M. ibidem,			1 d.
19. idem.			1 jardin - M. prope hospitale			3 obol.
20. Sebilla uxor Joannis Ysardi	3.		Vigne. M. in Bramalio		1.	
21. Monandus Cloynacti	6.		vigne. M. in Faurasio.		1 et 1/2.	
22. idem.		2.	terre. M. ibidem.			1 den.
23. Hugo de Ballonoute, notarius			1 maison - M. prope plateam.	1.		
24. Joannes Faurionis notarius	6.		vigne. M. in Faurasio		1.	
25. Joannes Mallonati		1.	pré. M. in Tornaco	1.		
26. idem.			1 jardin près de Montelier.	1.		
27. Joannes domarii	6.		vigne. M. in Bramalio.	1.		
28. Guido et Antonius Barthelarii			domus hospitalis cum orto			6 den.
29. Nobilis Humbertus Rambaudi			1 jardin prope Montelier.			4 d. 1 ob.
30. Monetus Rastacii	8.		vigne - M. in Faurasio.		3.	
	98.	37.	7 jardins. 2 maisons. 1 arollium,	1.	11.	20 1/2. 51 d. 6 o.

196.- 1425, 10 sept.— Marguerite, veuve de Jean Chaix, habitant la Part-Dieu au diocèse de Valence, donne au Val de Ste Marie en la personne du prieur D. Jean Villon, tous les droits et actions qu'elle peut avoir sur les biens et la maison qu'avaient tenus de feu Jean Marcellin et son mari Jean Chaix dans le mandement de Bouvantes.—

In nomine Domini, Amen. Noverint universi et singuli presentes pariterque futuri hoc presens, verum et publicum instrumentum inspecturi, lecturi ac audituri, quod anno Dominice incarnationis millesimo quadringentesimo, vicesimo quinto et die decima mensis septembris (1425, 10 sept.), apud Partem Dei, Valentinensis diocesis, coram me notario publico et testibus infrascriptis, constituta personaliter propterea, que taquinetus, Margarita, relicta Johannis Chayeti, habitatrix Partis Dei, que sciens et spontanea, pro se et suis, quittavit, cessit et remisit venerabili et religioso viro domino Johanni Villonis ... priori Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie, licet absenti, et michi subscripto notario, stipulanti et recipienti nomine ipsius domini prioris absentis et suorum successorum in dicto priorato, videlicet: omnia jura, omnesque actiones et requisitiones quascumque, que et quas eadem Margarita habet, habebat et habere poterat sibique competunt, competebant et competere poterunt in futurum, in et super bonis et domo, que quondam fuerant Johannis Marcellini, ejus avunculi, et Johannis Chayeti, ejus viri quondam, existentibus in mandamento Bovantis: ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, alienandum et omne id et quicquid aliud dicto domino priori et suis successoribus perpetuo placuerit faciendum. Constituens ipsa Margarita dictum dominum priorem, licet absentem, et me notarium, ut supra stipulantem, verum dominum et legitimum actorem et possessorem in predictis cessis, quittatis et remissis ut in ipsius rem propriam sibi et suis successoribus justo titulo acquisitam; omnia jura sua quecumque michi dicto notario, ut supra stipulanti, cedendo et transferendo. Devestiens se dicta Margarita de predictis cessis, quittatis et remissis et de omni jure suo per traditionem unius calami, ut moris est, in manibus mei supradicti notarii, stipulantis nomine dicti domini prioris et dicti ejus prioratus, de cujus dominio predicta cessa, quittata et remissa tenentur. Promittens dicta Margarita, bona fide, per pactum cum stipulatione et sub obligatione omnium bonorum suorum, mobilium et immobilium, presentium et futurorum quorumcumque, et per juramentum suum ad sancta Dei evangelia

ab eadem

ab eadem corporaliter prestitum, predicta omnia universa et singula supra et infra scripta rata, grata et firma perpetuo habere, tenere, attendere, complere, perficere ac inviolabiliter observare: et nunquam contra, per se vel per alium seu alios, in judicio vel extra, facere, dicere vel venire, nec aliqui contra venire volenti modo aliquo consentire: sub et cum omni juris et facti renunciatione ad hoc necessaria, utili, debita paritar et cautela. Et specialiter renunciavit pri-vilegii beneficio senatus consulti, juri hypothecarum, legi Julie de fundo dotali non alienando, illi authentica sive qua mutat, et omni alii juri ecclesiastico et civili quibus premissa infringi possent; et domum juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. De quibus omnibus supra-dicta Margarita fieri voluit et concessit ad opus dicti domini prioris et suorum successorum in dicto priorate publicum instrumentum per me notarium subscriptum. Actum ut supra, presentibus testibus Rev^{do} in X^{to} patre et Domino Dno Antonio de Narbodio abbate Lionelli, fratre Johanne Seyssonis... dicte domus Lyonelli, et me Guillelmo Bertineti, auctoritate imperiali notario publico, qui premissis omnibus, una cum prenominatis testibus, presens fui et ipsi notam recepi et inde hoc presens publicum instrumentum a dicta nota extraxi. . . . . (Magnat. I. pag. 51-52). —

---

197. — 1428, 30 Mars. — Noble Jean Giballin, bourgeois de Romans, à la requête du prieur du V al Ste Marie D. Jean Brosson, reconnait tenir de la chartreuse une maison située à Romans, rue de la Saunerie sous le cens annuel de 6 deniers; et moitié d'une maison voisine de la première, sous le cens annuel de 3 deniers.

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod anno Dominice Incarnationis millesimo quadringentesimo vicesimo octavo, indictione tercia, et die tricesima mensis martii, (1428, 30 Mars), coram me notario publico et testibus infrascriptis, constitutus personaliter nobilis Johannes Giballini, burgensis Romanis, Vienensis dyocesis, sciens, prudens et spontaneus, animoque deliberato et ex sua certa sciencia

pour la suite

per se et suos heredes et imposterum successores, confessus fuit et in rei veritate
palam et publice recognovit, ad petitionem, instantiam et requisitionem vene-
+ rabilis et religiosi viri domini Johannis Bressonis, prioris prioratus Vallis Ste
Marie, ordinis Cartusie, presentis, et michi Nic notario publico infrascripto, ut pu-
blice persone, stipulanti et recipienti nomine dicti prioratus Vallis Ste Marie
et omnium aliorum, quorum interest, interesse poterit in futurum,
detenere et tenere velle in et de directo dominio in emphiteosim perpetuam
a dicto priore tus Vallis Ste Marie, quandam domum suam, sitam Romanis
in carreria Launeria; et confrontatam juncta domum .... de longitudine de
novo acquisitam per nobiles Anthonium Coperii senioris, Petrum Coperii et
Anthonium Coperii juniorem a Martino Bocayroni, a parte occidentis; et
juncta domum (Amissate) relicte Johannis Faysani quondam, a parte orientis;
et juncta quandam aulam dicti Johannis recognoscentis, que fuit de bonis
Tradicii quondam de Amoniaco, directo ipsius domus, a parte borea; et juncta
carreriam Launeria, a parte venti, cum suis aliis certis confinibus: sub cen-
sua seu canone seu laudimiorum bone monete censualium. Promittens dictus
nobilis Johannes Gibelini recognoscens, per se et suos heres, per juramentum
suum proprium super sancta Dei evangelia ab eodem corporaliter prestitum, et
sub expresse obligatione et yppotheca predicte domus et omnium aliorum bonorum
suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum quorumcumque
+ dicto domino Johanni Bressonis, priori dicti prioratus Vallis Ste Marie, presenti,
et michi notario publico infrascripto, prout supra stipulanti, dictos sos laudimios
censuales dare, solvere et reddere eidem domino priori et suis successoribus,
qui pro tempore fuerint in dicto prioratu Vallis Ste Marie, aut eorum certo
nuntio, procuratori vel mandato, in pace et sine lite morosa et absque peti-
tione libelli, omni exceptione remota, cum quo libet in facto beati Juliani
et alia bonus et judicis tocumentariis, de ipsam domum recognoscere de
quo dicti prioratus Vallis Ste Mc tocions quocions a dicto domino priore
moderno vel suis successoribus fuerit requisitus. — Supponens se dictus
+ tens se dictus nobilis Johannes Gibelini, pro predictis melius solvendis et
attendendis,

altendendis, jurisdictioni curie majoris d alphis alis Vienna et Valentie in sancto Marcellino constituto et alibi ubicibet constituende, curie communi secularis de Romanis curiarumque dominarum officialium Vienne et Vienne apud sanctam Donatum, et omnibus curiis, tam ecclesiasticis quam secularibus, et vigore sigillorum dictarum curiarum et cuiuslibet in solidum earundem; cum et huc omni juris et facti renuncciatione ad hec necessaria pariter et cautelam.

De quibus omnibus et singulis supradictis dictus dominus prior, nomine dicti sui prioratus, petiit, et dictus nobilis Johannes Gibelini eidem fieri concessit, per me notarium publicum infrascriptum, unum vel plura publica instrumenta.

Acta fuerunt hec Romanis in operatorio, in quo ego subscriptus notarius scribo, in platea publica dicte Coci de Romanis, presentibus testibus providis viris dominis Francisco de Sicardis, licenciato in legibus, magistro Petro Hostanchii, sesserio Romanis, et Guillelmo Girodonis, notario Romanis. —

Item magis, anno, indictione et die quibus supra, ibidem, et incontinenti, coram me notario ... nobilis Johannes Gibelini sciens et sponte fecit et suos heredes ... confessus fuit ... ad instantiam dicti domini Johannis Brassonis, prioris prioratus Vallis Ste Marie, presentis, et michi notario ... se tenere et tenera valle in emphiteosim perpetuam, et de directo dominio dicti prioratus Vallis Ste Ma, videlicet, medietatem cujusdam domus pro indiviso, site Romanis in dicta carreria Saunerie, juxta domum dicti Johannis Recognentis supra confrontatam, ex una parte; que fuit de bonis Petri et Johannis Gibelini: et juxta domum que quondam fuit Soncii de Capreliis, et fuerat ante Petri Fabri, ex altera: et juxta dictam magnam carreriam Saunerie, ex parte altera ... sub censu annuo seu canone trium denariorum bone monete.

Promittens etc. ut supra ... hypotheca etc. ut supra ... de quibus etc. ut supra.

Acta fuerunt hec Romanis, ut supra, presentibus testibus quibus supra. —

Ego vero Anthonius Girodonis de Rossilione, Viennensis dyocesis, habitator Romanis, clericus, auctoritate imperiali notarius publicus, qui premissis omnibus et singulis dum sic fierent et agerentur, una cum dictis testibus, presens fui et hoc presens publicum instrumentum inde recepi grossavi ego et manu mea propria scripsi, signoque meo tabellionali consueto signavi rogatus et in fidem in testimonium premissorum. (Magnat. VI. p. 52-54.)

198. - 1431, 29 oct. (et 30 oct.) - Sentence du juge de Romans, François de Bromato, qui décide, contre les chanoines de St-Barnard de Romans, que le domaine direct sur le logis du Chapeau rouge, situé à Romans dans la rue de la Saunerie, appartient au val Ste-Marie, qui doit en donner l'institution et investiture (lods).

In nomine Domini, Amen. Ego Franciscus de Bromato, legum doctor, judex ordinarius curie communis secularis de Romanis, universis et singulis presentibus pariter et futuris, has nostras presentes litteras inspecturis fieri volumus notum ac etiam manifestum, quod, cum ita sit, quod virtute et in executione quorumdam litterarum a curia majori Viennensi et Valentinensi emanatarum, ad instantiam nobilis Philippe, relicte nobilis Johannis Gibellini, adversus et contra Johannem Gayta, notarium, auratorem bonorum dicti quondam Johannis Gibellini, et pro summa quingentorum florenorum auri, ab una a parte, eidem Philippe debitorum pro restitutione cornuum sibi constitutorum per providum virum Martinum Fabri, fratrem dicte Philippe, in contractu matrimonii cornuum Johannis Gibellini quondam et Philippe, per eumdem Gibellini habitorum, et receptorum; ab alia parte, pro centum florenis auri eidem Philippe debitis pro augmento dotis ejusdem per eumdem Johannem Gibellini constituto et assignato in dicto contractu matrimonii: captum fuit de bonis ejusdem Johannis Gibellini quondam quoddam hospitium signaculi capelli rubri, situm Romanis in carreria Saunarie, confrontans, a parte orientis, cum domo Guigonis Toglaris et aliis fratribus; a parte occidentis, cum hospitio nobilium Petri et Anthonii Forestii fratrum; et a parte venti, cum dicta carreria: una cum certo garnimento inde expressato; et deinde ad inquantum publicum dicte curie venale exponitur una cum dicto garnimento, cum onere directo ejusdem ad reversionem solvi consueta domino priori de Trachino, et etiam pensione decem florenorum auri pensionalium, quos percipiunt super eodem hospitio nobiles Petrus et Anthonius Forestii fratres burgenses de Romanis; et deinde liberatum dicto nobili Petro Forestii tanquam plus offerenti, cum dicto garnimento ac sub onere census directi (dominii?) ejusdem et pensionis solvi consueta dicto domino priori de Trachino accetam dicte pensionis decem florenorum auri, quos dicti fratres percipiunt super

dicto

dicto hospitio : precio et nomine precii septingentorum seu septem centum et quinquaginta florenorum auri (750 florins d'or), verum et in executionem quarumdam aliarum litterarum a dicta curia emanatarum, aliis precedentibus litteris annexarum, dictus Petrus Foradi emptor de eodem hospitio fuerit et inductus fuerit in realem et corporalem possessionem, sicque non restat nisi quod dictus nobilis Petrus de eodem investiatur et retineatur. — Et propter, pro parte ad audientiam ejusdem nobilis Petri Foradi emptoris, quod dominus de capitulo ecclesie beate Barnarde de Romanis, ex una parte, pretendunt et asserunt dictum hospicium tenere et moveri de corum directo dominio, et propterea petunt sibi solvi laudimia, ratione hujusmodi venditionis, sibi debita per eumdem emptorem. — Item et venerabilis et religiosus vir frater et dompnus Alexander Guinati, prior prioratus beate Marie Vallis, ordinis Cartusie, ex alia parte, etiam pretendit dictum hospicium tenere et moveri de directo dominio dicti prioratus, et propterea petit sibi solvi per dictum emptorem laudimia sibi debita ratione hujusmodi venditionis.

Hinc est, quod anno Dominice Incarnationis millesimo quadringentesimo tricesimo primo et die lune et intitulatur vicesima nona mensis octobris, hora tertia (1431, 29 oct.), coram nobis, venerabiles viri domini Taquematus de Borna et Johannes Oleri, canonici dicte ecclesie, ex una parte : et prefatus frater et dompnus Alexander, prior prioratus predicti, ex parte altera. Ipsi, inquam, partes, videlicet dicti domini Taquematus de Borna et Johannes Oleri, nomine predicte ecclesie, et prefatus dictus prior, nomine suo et dicti prioratus, nobis in eadem curia, ore majorum, ad jura reddenda, protribunali residentibus, significarunt et exposuerunt ut sequitur : — Et primo dicti domini Taquematus de Borna et Johannes Oleri quod olim, videlicet de anno Dni 1426, indictione secunda, et die quarta mensis Aprilis (1426, 4 Avril), dictus nobilis Johannes Giballini vendidit perpetuo et titulo pure, perfecte, perpetue, simplicis et irrevocabilis venditionis cessit et tradidit seu quasi dicto domino Johanni Oleri, canonico, presenti, venerabilibus viris dominis Johanni Arlti audi, Johanni Goltaffredi, Taquemato de Borna, Johanni Girini, Francisco de Plastro, Petro de Nanto et Guillelmo Alamandi, canonicis

presentibus, et

presentibus et in unum, more solito, ad domum grotte comune convocatis, congregatis et capitulantibus ac stipulantibus nomine, vicem et ad opus dicte ecclesie et potestatis memorate ejusdem, videlicet, duos solidos bone monete censuales, et directo dominio ejusdem, nobilis Johannis puro, mero et franco allodio, sine aliquali tributo, servitio vel hommagio, dandos et solvendos, anno quolibet, ex nunc in antea de et ad perpetuo per dictum nobilem Johannem, Gibellinum et suos, seu causam ab eodem habituris, predicte ecclesie seu membris predicte memorate ejusdem seu dominio rectori ejusdem, in quolibet festo Sti Juliani. Quos duos solidos bone monete censuales ipse Johannes Gibellini titulavit et in corporavit in et super duabus domibus suis infrascriptis, videlicet, super utraque ipsarum duodecim denariis seu unum solidum ex eisdem duobus solidis prerenditis. Et primo super domo sua ejusdem venditoris cum juribus et pertinentiis suis, tanto et excepto quodam arali lapideo existente supra magnam carrariam publicam Saumarie, appodiante te et tangente dicte domui sue et domui Raynerii Roberti. Quem arcum ipse nobilis Johannes tenuit et more suo asseruit de dominio dicto dicte ecclesie. Que domus nuncupatur vulgariter Albergaria capelli rubri, et est sita Romanis in dicta carreria Saumarie, confrontans juxta domum Martini Botigronis, ab occidente; et juxta domum Agnesone, relicte Johannis Seyssanis quondam, ab oriente, et juxta dictam carreriam, avante; et juxta domum de Turribus nobilis Anthonii Forestii et suorum nepotum, a bacca, et cum suis aliis confinibus, licet ipsa domus, retro actis temporibus, teneretur de dominio, ut tota sua in parta, nobilis Petri de Arlia quondam, a quo ipse nobilis Johannes venditor causam habet, sub certo censu annuo quo consolidatus fuit cum proprietate dicte domus. Quo censu antiquato per dictam venditionem amortisato et remanente sine firmitate erga ipsum nobilem Johannem causam habentem predictam. Item et in et super quadam alia domo ejusdem nobilis Johannis, sita Romanis in carreria Scossarie cum suis confinibus confrontantibus. Que quidem due domos ipsius venditoris et earum quamlibet cum suis juribus et pertinentiis, pro predictis duobus solidis annualibus et

censualibus, annis singulis melius solvendis, idem venditor erga prefatos dominos capitulantes et ut supra stipulantes obligavit et ypothecavit et obligatas et ypothecatas expresse remanere voluit. Vendidit, inquam, prefatus nobilis Johannes venditor eisdem dominis canonicis, ut supra stipulantibus, dictos duos solidos censuales bone monete, cum corum directo dominio et seignoria ac jure investiendi et retinendi: precio et nomine precii sedecim ducatorum auri bonorum fonderiis, finium, cugnii domini Francorum regis et alias, prout latius constat instrumento publico recepto, subscripto et signato per Lantelmum Vallieri notarium publicum, nobis exhibito. Et ideo petierunt et requisiverunt per nos pronunciari, cognosci et declarari investituram dicte domus et laudimia, ratione dicte venditionis, ad eos tanquam dominos directos dicti hospicii pertinere debere, ratione venditionis predicte sibi facte per dictum quondam Johannem Gibellini.—

Item ibidem, dictus dominus prior Valliis nobis in contrarium significavit et exposuit quod dictum hospicium tenetur de directo dominio ejusdem et dicti prioratus, et constat instrumento recognitionum descriptarum in tex pellibus pergameni simul unitis, quas exhibuit et produxit, factas sub anteriori data instrumenti venditionis predicte sorte. Et ideo dixit predictas investituram et laudimia, ratione dicte venditionis, debita, eidem dominos canonicos, nomine dicte ecclesie, que petierant, pertinere non debere; quinimo ad eum et ejus prioratum predictum pertinent et spectant virtute dictarum recognitionum. Et ita petiit per nos pronunciari, cognosci et declarari. Et nos judex prefatus, auditis partium predictarum comparitionibus, assignavimus eisdem partibus ad comparendum in dicta curia, et nostram ordinationem ordinandum, ad diem crastinam, hora tertie; adque diem et horam evocari ordinamus curatorem bonorum dicti quondam Johannis Gibellini advenientem dictam diem crastinam martis, que fuit et intitulabatur penultima mensis octobris, hora tertie (1431, 30 octobre).—

Venerunt et comparuerunt in consistorio publico dicte curie, coram nobis, venerabiles viri domini Johannes Aschardi, canonicus et major corrarius dicte ecclesie, et predictus dominus Johannes Olarii, etiam canonicus dicte ecclesie, petentes et requirentes ut ut, quo supra nomine, videlicet per nos cognosci et pronunciari et declarari ad dictam ecclesiam pertinere debere investituram et laudimia, ratione dicte venditionis, debita eidem tanquam domino directo, dicte ecclesie, ex causis expressatis.— Comparuit etiam ibidem, ex adverso,

ac advars, dictus dominus prior dicens etiam, petens et requirens et etiam ut supra petit et requisivit, videlicet, per nos pronunciari, decerni, cognosci, declarari et declarari investituram et laudimia, ratione hujusmodi venditionis, spectare, virtute dictarum recognitionum, ad eumdem dominum priorem, tanquam dominum directum ejusdem, pertinere et spectare debere, et non ad dictam ecclesiam: attento quod dictus Johannes Giballini quondam ad hoc nullam habuit potestatem. Prefati vero domini Johannes Arthaudi et Johannes Oleriis, canonici et correcti, dixerunt, petierunt et requisierunt ut et quo supra; et cetera, quod per nos ordinaretur predictas investituram et laudimia ad dictum dominum priorem spectare debere, virtute dictarum recognitionum, petierunt per nos dictam ecclesiam retineri jus et actionem agendi contra bona dicte quondam Johannis Giballini usque ad diem presentem assendi dictas recognitas (cauc.)

Et nos Judex prefatus, premissis per nos auditis, interrogato dicto Johanne Gayte procuratore, coram nobis presente, ultrum scias et habeat vel referat aliqua documenta (seu) munimenta in oppositum proponendum per dictas partes facientia; dixit pro se per eum, quod non, propter quod, visis per nos instrumento venditionis dictarum duarum tolerdarum facto per dictum nobilem Johannem Giballini dictis dominis canonicis, ad opus mense dicte ecclesie superius producto: visisque instrumento etiam recognitionum predictarum, de quo supra fit mentio, et precipue duorum capitulorum in eis recognitionibus descriptorum, ad actum hujusmodi spectantium et pertinentium, receptarum et signatarum, ut in eis legitur, per Patrum Baudugni, notarium publicum: quorum tenores tales sunt: Item Jaquemonus Giballini, filius Bonthosoni Giballini quondam, burgensis Romanis, confessus fuit per juramentum suum, se tenere, nomine suo et nomine Petri Giballini, canonici ecclesie beati Barnardi de Romanis, se tenere, tenereque et debere tenere in emphiteosim de domino directo et seigneria dictorum priorem, valles et ejus conventus, quandam domum ipsorum sitam Romanis in Saunaria, juxta domum Johannete Dosse et Johannis de Cursors junioris, ex una parte: et juxta domum heredum Trachini, de Retro, ex altera: et juxta carreriam publicam Saunarie, ex altera: et juxta domum Guillermi Colte, domini de Ric... burgensis Romanis, ex altera, cum suis aliis confinibus, hab amo cantas seu canone seu denariorum ipsis dominis priori et ejus priorati et conventui, singulis annis, solvendorum.

Datum

Datum Romanis in operatorio Johannis Francisci, burgensis Romanis, in platea presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: Johanne Francisci, burgensi Romanis, Johanne Alexi juniore, draperio Romanis, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quarto et decima tertia mensis decembris (1344, 13 Dec.) et (ms prædicto)

Item Johannota Dolla, relicta Petri Poye de Ulmo, notarii quondam Romanis confessa fuit, per juramentum, se, tenere, tenere velle et tenere debere in emphiteosim ac de directo dominio et seignoria dicti prioris et conventus Vallis Ste Marie, quandam dimidiam domum, aream, sitam Romanis in Tanneria, que domus est pro indiviso ipsius Johannote et Johannis de Cerisone junioris, ut dicebat, juxta domum Petri et Jacquemoni Giballini fratrum, ex parte una; et juxta domum Ponsii de Capreliis, burgensis Romanis, ex altera; et juxta carreriam publicam, Tanneria, ex altera: reb annuo censu seu canone trium denariorum, pro tota mediatate, ipsi dominis priori et ejus prioratui et conventui perpetuo, singulis annis, solvendorum. Tamen dicebat quod pro illamet domo fuit contractum Petro de Arlia. Datum Romanis in domo dicte Johannote in Poleriorio, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto et decima decima tertia mensis decembris (1355, 13 Dec.), presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus: Guillermo Chomardi alias Chivardon, assauatore Romanis, Johanne Bertorii, burgensi Romanis, et me predicto notario.

Quia per tenorem instrumenti venditionis precedentis, facte per dictam Johannam Giballini de dictis duobus solidis censualibus cum eorum directo dominio et seignoria, ac instrumenti recognitionum predictarum superius insertarum, nobis constat et apparet quod dictum hospitium infra confines in dictis duabus recognitionibus descriptes, confrontatos, tenatur et movetur de directo dominio et seignoria dicti domini prioris ac conventus et prioratus predicti; Et propterea ad dictum dominum priorem pertinet investituram et laudimia ejusdem, et non ad dictam ecclesiam et ejus membrum predictum, dicte mente attento quod recognitiones predicte precedunt datam, predicte venditionis facte per dictam Johannam Giballini, que nullam potestatem habebat dictam venditionem faciendi. Igitur pronunciamus, declaramus et ordinamus

investituram

investituram et laudimia predicta pertinere et spectare debere, ex vi dictarum recognitionum, ad dictum dominum priorem, et ejus successores in eodem priorata, et non ad dictos dominos canonicos et ecclesiam predictam; silentium perpetuum propterea eisdem super eadem petitione per eos facta imponentes, reservato jure dictis dominis canonicis et ecclesie predicte agendi et experiendi super bonis dicti quondam Johannis Gibellini, dum et quando agere voluerint contra dicta bona, ratione evictionis dictorum duorum solidorum, Viarmasicum superius mentionata. Predictus vero curator, premissis auditis, dicit eisdem minime constare.

De quibus omnibus et singulis supradictis prefati domini prior, canonici et confratres sibi fieri petierunt, et nos eisdem fieri concessimus et concedimus duo publica instrumenta, videlicet ad opus prefati domini prioris unum, et aliud ad opus dicte ecclesie, ejusdem substantie et tenoris, per notarium infrascriptum, sub sigillo dicte curie, in testimonium premissorum. —

Acta, lecta et recitata fuerunt hec in dicta curia, anno, die et hora predictis, testibus presentibus: providis viris Dalmacio Vilaris, procuratore fiscali, Petro de Curia, vicecomitatus dicte curie, Juliano Burgensis, Petro Valhardi, notariis, tam dicte loci quam habitatoribus ejusdem; Et me Tarantono de Fulcianuto, de Balma Cornillana, Valentinensis diocesis, auctoritate imperiali notario publico, firmario et scribâ dicte curie communis vacularis, pro parte domini nostri Delphini, qui requisitus predicta notavi et exinde hoc instrumentum publicum, ad opus et requisitionis dicti domini prioris Valleis beate Marie, extraxi, scribi et grossari feci, hicque me subscripsi manuque propria et signo meo solito in robur et testimonium omnium et singulorum premissorum signavi.

(Magnat. III. pag. 41-46.). —

---

199. — (1435. 1. n.) 1434, 8 Mars. — Le prieur du V. al Ste Marie, D. Alexandre Guynat, donne en albergement à Jean Vinay, affenateur de Romans, une maison située à Romans in trivio Pellissonorum, moyennant 4 gros de cens annuel et 8 florins d'introge. —

In nomine Domini, Amen. Cunctis presentibus et futuris notorium sit et manifestum, tenore hujus

seria hujus presentis publici instrumenti, quod anno Incarnationis Dominice mil-
lesimo quadringentesimo tricesimo quarto, indictione tertia decima et die octava
mensis marcii (st.n. 1435, 8 Mars), coram me notario publico et testibus subscriptis,
personaliter constitutus venerabilis et religiosus vir dompnus Alexander Guynati,
prior prioratus Valleis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, Vicensis diocesis, qui sciens
et spontaneus, non deceptus, non coactus et non vi, non dolo neque meche ad hoc
inductus: sed de juribus suis et dicti sui prioratus super infrascriptis ad plenum,
ut dicebat, certificatus, nomine suo et prioratus sui predicti et successorum
suorum in eodem, albergavit seu accensavit et, titulo puri perpetui perfecti,
simplicis et irrevocabilis albergamenti sive accensamenti, seu quasi, tradidit
cessit, concessit et habere voluit, quo jure, modo et forma, quibus potuit fortio-
ribus: discreto viro Johanni Vinaysii, affanatori de Romanis, Vicensis
diocesis, presenti, accensanti, stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus et
successoribus: quamdam domum, que quondam fuit vocati Mondua, ut dice-
bant, vacantem et infossatam, sitam in villa de Romanis, loco dicto in Trivio
Pellissenorum, juxta domum Andree Chorelli, ab occidente: et juxta domum Gui-
blini Bedosii, avanto: et juxta carreriam tendentem a Paganica versus portam
Terre, a boreâ: et juxta domum Johannis Casselli, quodam vico medio,
ab oriente: cum suis aliis confinibus, una cum suis ysclis domibus ingressibus,
egressibus, juribus, pertinentiis et appenditiis: ad habendum, tenendum, possiden-
dum, vendendum, donandum, alienandum, permutandum et quasi, et quicquid
dicto Johanni accensanti et suis deinceps et perpetuo, de dicta domo cum suis
juribus et pertinentiis accensata placuerit et videbitur faciendum: sub annuo
censu naturali et directo quatuor grossorum monete currentis et que cursum
habebit in presenti patria Aprutii, tempore solutionis dicti census, et cum
placito quod in antiquis terreriis dicti prioratus reperietur. Solvendum censum
predictum directum et per priores dicti prioratus, qui pro tempore fuerint, exigendum
et recuperandum de predicto Johanne accensante et suis, quamdiu dictam domum
tenebit, singulis annis, in festo Purificationis gloriose Virginis Marie; et sub introgiis
et nomine introgiorum octo florenorum monete currentis. Quos quidem introgias

prefatus

prefatus dominus prior accusatus memoratus confessus fuit se habuisse et vere recepisse a predicto accusante. De quibus integris ipse accusator ... dictum accusantem ... quittavit penitus et absolvit cum pacto expresso de non ulterius aliquid petendo ... Si vero dicta domus ... plus valet ... totum illud plus valens ... dedit et donavit ipse accusator ... nichil juris actionis, dreyture partis vel proprietatis, preterquam censum, et placitum predictos, sibi ... retinendo ... Constituens ... se possidere ... etc ... De qua domo ... accusata idem accusator ... predictum accusantem ... traditione unius calami ... investivit et retinuit, salvo jure dicti prioratus Vallis Ste Marie et quacumque alterius. Et confessus fuit ipse accusator ... se habuisse et vere recepisse a predicto accusante laudimia, usagia et alia jura quecumque dicto prioratui spectantia et pertinentia, ratione dicti accusamenti et presentis investiture. ... Promittentes ... partes predicte etc ... formulas ordinarias ... supponentes ... se, suos et bona ... videlicet dictus dominus prior curie vicegerentie Camere apostolice in Avenione constitute, et domini vicegerentis ipsius Camere et locumtenentis ejusdem ... etc ... Renunciantes ... De quibus partes predicte petierunt sibi per me notarium publicum unum vel plura publica instrumenta ejusdem tenoris, quorum quelibet ipsarum unum habeat. ... Acta fuerunt hec in dicto loco Romanis, in operatorio ... mei notarii publici subscripti, presentibus testibus: venerabili et religioso viro fratre Petro Bajuli, priore Pontis in Royanis, ac providis viris dominis Johanne de Burgondio presbytero, Guillelmo Mercerii burgense, Peronono de Pastalis mercario, et Grigonato Diderii affanatore, de dicto loco Romanis, ad hec vocatis et rogatis; et me Johanne Facati, de sancto Anthonio, predicte Viennensis diocesis, clerico, imperiali auctoritate notario publico, qui in premissis omnibus et singulis, dum sic, et premitteter, peragerent et fierent, una cum prenominatis testibus, presens fui, et de ipsis notam recepi, e quo hoc publicum instrumentum per meum fidelem coadjutorem, extrahi et grossari feci, hicque me subsignavi manu mea propria et signo meo solito signavi rogatus et tradidi fideliter, ad opus dicti domini prioris et dicti sui prioratus. — (Magnat. III. pag. 46-49.) —

---

200. — 1435, 19 Novembre. — Les chanoines de Saint-Barnard de Romans, à la prière du prieur du Val Ste Marie, accordent à la chartreuse, conformément à une Bulle de Martin V, exemption de dîmes et de prémices pour les terres qu'elle

qu'elle possède dans les endroits où le chapitre de St-Barnard percoit la dîme et les prémices.

In nomine Domini, Amen. Cum per sancte memorie et felicis recordationis dominum Martinum, papam decimum tertium (lire pour quintum) huiusmodi indultum fecerit perlucidi ordinis Cartusie majoris que et aliis quibuscumque domibus predicti ordinis, ubilibet consistentibus, et prioribus et fratribus tunc presentibus et posteris, et a prestatione et solutione primiciarum et decimarum ex fructibus provenientibus (proventibus) ex eorum pratis, pascuis, terris, vineis, ortis, agris, silvis, nemoribus, montibus aliisque prediis et possessionibus, in quibuscumque mundi partibus consistentibus, tam anta quam etiam post generale consilium habitis vel acquisitis; illis videlicet que de manibus propriis aut eorum laboribus vel expensis excolerent vel excoli facerent; necnon ex fetibus animalium earundem habitarum, perpetuo immunes et liberi remanerent; et ne primicias et decimas huiusmodi cuique solvere vel prestare compelli[ri], prout de indulto huiusmodi constat per quoddam publicum instrumentum, vidimus, tenorem indulti huiusmodi in se continens, et cujus tenor inferius est insertus; cumque, ex parte venerabilis et religiosi viri domini Alexandri Clugneti, + prioris prioratus Vallis Ste Marie, dicti ordinis Cartusie, Viennensis dyocesis, pluries requisierit egregios et venerabiles viros dominos prefulgentes capitulo ecclesie beati Barnardi de Romanis, Viennensis dyocesis, ipsoque humiliter supplicaverit, quatenus ipsum dominum priorem et dictum suum prioratum, et successores suos in eodem, a prestatione et solutione primiciarum et decimarum ex fructibus, proventibus[ne] ex pratis, pascuis, terris, vineis, ortis, agris, silvis nemoribus, montibus aliisque prediis et possessionibus dicte prioratus, consistentium[tibus?] (sic) et situatis in locis, terris et dominiis, in quibus dictum venerabile capitulum et singulares persone ejusdem primicias et decimas habent et percipiunt, habereque et percipere consueverunt, necnon ex fetibus animalium ejusdem prioratus habitarum, immunes et liberi[rof] perpetuis temporibus, habere et tenere dignarentur, juxta tenorem, seriem et tenorem indulti huiusmodi in dicto vidimus instrumento inserti.

Hinc est igitur rarum, quod anno salutifere Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, indictione decima quarta, die vero decima

vicesima nona mensis novembris, (1435, 19 Nov.), pontificatus sanctissimi in Xto patris et domini nostri domini Eugenii, divina providentia pape quarti, anno quinto, congregatis in unum ad sonitum majoris campane, more congregari solito, pro capitulando et capitulum tenendo, egregiis et venerabilibus viris dominis Jaquameto de Briva, magistro scolastico, Johanne Arthaudi et Johanne Oleriis, in decretis baccallariis, et Francisco de Sicardis, legum doctore, canonicis dicte prefulgentis capitulo ecclesie memorate secularis et collegiate Ste Barnardi de Romanis, videlicet in capella sancti Mauricii infra dictam ecclesiam fundata, pro capitulando et capitulum, ad infra scripta tenendum et celebrandum, per ipsos dominos canonicos electa; Qui siquidem domini canonici, capitulantes prefati, in mei notarii publici et testium subscriptorum presentia, certiorati de indulto superius memorato per exhibitionem dicte + instrumenti vidimus, per dictum dompnum Alexandrum, priorem memoratum, eisdem factam: supplicationique ipsius, tanquam rationi consone, + inclinati, ejusdem dompni Alexandri prioris prefati, presentis ac nomine tuo et dicti sui prioratus horumque successorum in eodem stipulantis et recipientis, petitionem et instantiam unanimiter et mutuo consensu pariter et assensu, voluerunt, nomine dicti capituli et capitulando et capitulum tenendo, per expressum concesserunt, quod ipse dominus prior et dicti ejus prioratus Vallis Ste Marie ac sui in eodem successores, nunc et in futurum perpetuo, a prestatione et solutione primitiarum et decimarum ex fructibus proventibus ex pratis, pascuis, terris, vineis, ortis, agris, silvis, nemoribus, montibus aliisque prediis et possessionibus dicti prioratus, acquisitis et acquirendis, consistentibus et situatis in locis, terris et dominiis, in quibus dictum venerabile capitulum ac singulares persone ejusdem primitias et decimas habent, percipiunt haberegue et percipere consueverunt, necnon ex fatibus animalium ejusdem prioratus habitarum, immunes et liberi sint et remaneant, juxta seriem indulti, in dicto vidimus instrumento inserti. Et quo ad solutionem et prestationem primitiarum et hujusmodi decimarum per quempiam eorum non possint, inmittere vel arctare. - Mandantes insuper ipsi domini capitulantes, que supra

que supra

quo supra nomine, universis et singulis dicti capituli et singularium personarum ejusdem decimariis et primitiarum et decimarum exactoribus, ex tenore presentis publici instrumenti, precipientes ne ab inde primitias et decimas, ut prefertur, debitas a dicto domino priore et ejus priorato ac suis in eodem successoribus, quovismodo exigant neque recipiant; quinimo ab eisdem primitiis et decimis immunes et liberos habeant et teneant, hactenus et grata habentes nunc et perpetuo. Ipsi domini capitulantes, nomine dicti capituli et de quibus ipsi domini capitulantes, quo supra nomine, dicto domino priori, nomine suo et dicti sui prioratus ac successorum suorum in eodem potenti, fieri voluerunt et concesserunt per me notarium publicum subscriptum publicum instrumentum, sigillo dicti venerabilis capituli in pendenti sigillandum. Acta fuerunt hec in dicta capella Ste Mauricii, anno, indictione, die et pontificatu predictis: presentibus testibus providis viris Petro de Curia, burgensi, Johanne Sessenatici et Guigonato Didarii, de dicto loco Romanis, ad hec vocatis et rogatis, et me notario publico subscripto.

Tenor dicti Vidimus instrumenti de verbo ad verbum sequitur et est talis:

In nomine Dni nostri J.C. Amen. Nos Jacobus de Godablia, in legibus licentiatus, prepositus ecclesie collegiate Ste Andree Gratianopolis, officialis Gratianopolis, vicariusque generalis in spiritualibus et temporalibus R.mi in X.to P.re et D.D. Cly miseratione divina episcopi Gratianopolitani, notum, serie presentium, facimus et fideri volumus universis, quod anno Nativitatis ejusdem Domini 1433, indictione undecima cum dicto anno incepta, et die quindecima mensis maii (1433, 15 Mai), pontificatus Rmi in X.to P.ris et D.D. Eugenii pape IIII.i anno 3.o: venerabilis et religiosus vir dominus Alamandus

+ Guiguardi, prior prioratus Vallis beate Marie, Diensis diocesis, ordinis Cartusie, in presentia nostra notariique et testium ... constitutus, nobis exhibuit quasdam auctenticas et apostolicas litteras ... bullatas, sanas ... nobis asserendo quod eisdem litteris in diversis judiciis et locis necessarium est ipsis uti ... tamen, tum propter viarum discrimina quam guerrarum pericula, ipsas secum portare seu transferre non audet, nobis propterea supplicando quatenus unum vel plura vidimus seu transcriptum fieri et concedere dignaremur, cui seu quibus tanta fides adhibeatur sicut proprio originali adhiberetur, cum auctoritate nostra et decreti interpositione. Quarum quidem litterarum

211. 1467, 23 sept. — Le prieur du Val Ste Marie, D. Pierre Cordonnier, loue pour un an, moyennant 180 florins, les pâturages des montagnes de la chartreuse aux deux frères Valinon et Jean Fava pour la moitié, et aux trois frères Bertrand, François et Nicolas Bernard, pour l'autre moitié. Tous sont de la chapelle de Vercors. —

In nomine Domini, Amen. Noverint universi et singuli, presentes et futuri, quod anno Dominice Incarnationis millesimo quatercentesimo sexagesimo septimo et vicesima tertia mensis septembris (1467, 23 sept.) tempore nostri principis etc. comme au n° précédent ... ejusdem loci et comitatus, coram me notario publico et testibus, infrascriptorum presentia, constitutus personaliter venerabilis et religiosus vir dompnus Petrus Cordonerii, humilis prior Vallis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, Diensis dyocesis, sciens, prudens et spontaneus benique advisus, consultus et deliberatus in hoc actu, et de jure ipsius dicte domus Vallis ad plenum, ut dicebat, certificatus, per se suosque in dicta domo Vallis successores quoscumque, locavit et, titulo pure, perfecte, simplicis et irrevocabilis loquerii, dedit tanquam, cessit et concessit Valinono et Johanni ~~Valerii~~ barré alias Fava fratribus, pro medietate, Bertrando, Francisco et Nicolao Bernardi, fratribus, pro alia medietate, parochie beate Marie Capelle Vercorcii, Diensis dyocesis, presentibus et ut supra locantibus, stipulantibusque solemniter pro se et suis, videlicet herbagia et pasqueragia dicti montis Vallis Ste Marie, vandi contracta, pro anno venienti Domini 1467 (lire certainement 1468, à moins que la 1re date ne soit 1466 au lieu de 1467) et per tempus consuetum animalia in dicto monte tenere: ad habendum, tenendum

tenendum, vendendum, donandum ac totum id et quicquid, dicto tempore durante, dictis bailigeriis placuerit et videbitur faciendum: precio et nomine precii, inter eosdem dompnum priorem et bailigerios convenit et concordatum, ut dicebant, novem viginti (180) florenorum monete currentis, solvendorum eidem dompno priori certis, terminis et solucionibus sequentibus: (1°) videlicet in proximo venturo festo Pasche ... sexaginta florenos, (2°) et in festo Assumptionis beate Marie Virginis inde sequenti alios sexaginta florenos; (3°) et reliquos sexaginta florenos in sequenti festo omnium sanctorum. Si vero prevendita herbagia plus valeant ad presens aut in futurum fuerint valiturra, totum illud plus valens dedit et donavit dictus dompnus prior dictis bailigeriis, presentibus ut supra et stipulantibus, donacione pura et irrevocabili inter vivos, que nulla ingratitudinis causa aut alia quavis valeat nunc vel in futurum revocari. (1°) Et fuit actum inter dictas partes contrahentes et per eosdem bailigerios gratis concessum, quod, dicto tempore durante, dicti bailigerii debeant et teneantur servare et defendere prata dicte domus et alia defendua consueta per modum et formam hactenus usitatos. — (2°) Item fuit magis actum, inter dictas partes contrahentes et per dictos bailigerios gratis concessum, quod dicti bailigerii debeant et teneantur tolvere castellano et notario dicte domus Valliis, eorum utique, pro dicto anno, unam cassam forme per modum consuetum. — (3°) Item ex ipsa fuit magis actum inter dictas partes contrahentes, et per eosdem bailigerios gratis concessum, quod si contingat dictos bailigerios tenere et fonare in dicto monte rastiam, quod eo casu, dicti bailigerii teneantur servare rastiam, equinam, dicte domui suis propriis sumptibus; si vero dicti bailigerii non velint tenere seu fonare rastiam in dicto monte, tunc et eo casu contingente, dictus dompnus prior possit et valeat suam rastiam, cultodiri facere in dicto monte, suis ipsius dompni prioris sumptibus et expensis. — (4°) Deinde fuit magis actum, inter dictas partes contrahentes et per earum utramque gratis concessum, quod, dicto tempore durante, dictus dompnus prior debeat et teneatur tradere et expedire dictis bailigeriis totum garnimentum, quod est in sella pro fromagiando et (prorattiando), quod quidem garnimentum, dicti bailigerii, finito dicto tempore, reddere et restituere debeant eidem dompno priori, pro modum et forma pro quo recipiunt. (5°) Item et ultimo

fuit magis

fuit magis actum inter dictas partes contrahentes et per dictos bailigerios gratis concessum, quod dicto tempore durante, dicti barbigarii (sic) non debeant se intromittere de jurisdictione dicti montis; ymo totalis cognitio et jugnitio delinquentium in eodem remaneat domino priori. —

Promittentes dicti domnus prior, Talmonus et Johannes Vo.... fratres, Franciscus, Bertrandes et Nicholaus Bernardi, eorum quilibet prout eum tangit, per se suosque, videlicet dictus domnus prior in dicta domo Valliscaulis successores, et dicti Talmonus, Johannes, Franciscus, Bertrandes et Nicholaus suos heredes et imperatorum successores quoscumque, per pactum expressum solemni stipulatione vallatum, et per sua propria juramenta, videlicet dictus domnus prior manus ad pectus more religiosorum ponendo, et dicti bailigerii supra sancta Dei evangelia gratis corporaliter tacta prestita, nec non sub ypotheca et obligatione expressa, videlicet dictus domnus prior omnium bonorum dicte domus Valliscaulis, et dicti bailigerii suorum propriorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, quorumcumque, scilicet: dictus domnus prior dictum loguerium et omnia pacta ipsum concernentia omniaque alia in presenti instrumento contenta, in quantum ipsum tangunt, rata grata et firma perpetuo habere, tenere, attendere, complere et inviolabiliter observare, et nunquam contra facere, dicere vel venire, nec aliqui contra venire volenti modo aliquo consentire; et dicti Talmonus, Johannes, Franciscus, Bertrandes et Nicholaus dictas novem viginti florenos solvere, tradere et realiter expedire eidem domino priori et suis, aut ejus vel eorum certo nuncio procuratori vel mandato, in pace et sine lite et absque bonorum suorum presentatione aut in solutum datione, omnibus dilatione et exceptione cessantibus penitus et remotis, terminis et solutionibus predictis, nec non dicta pacta omniaque alia in presenti instrumento contenta, ipsis tamen tangentia, attendere, complere et inviolabiliter observare et nunquam contra per se vel per alium, ullo unquam tempore, facere, dicere vel venire, nec aliqui contra venire volenti modo aliquo consentire; unacum omnibus et singulis dampnis, costis, gravaminibus, interesse, et emptibus, expensis, inde per

inde per unam dictarum partium contra aliam et e converso, premissorum occasione, faciendis et sustinendis in judicio vel extra, seu alio quovis modo. Idem, quibus premissis omnibus et singulis melius et fortius solvendis, attendendis complendis et observandis predicte partes, earum utraque prout eam tangit, hypothecarunt et submiserunt se et suos ac omnia bona sua predicta jurisdictioni coercitioni, vigori, foro et districtui curiarum Ste Marcellini et Cabaoli, omnique curiarum dicti domini nostri Viennis et Valentinensis episcopi et comitis videlicet, Dyoc et Valentie, Castellionis, Salhiensis, Bordellis et Bastida Varcorei, et omnium aliarum curiarum ipsius domini nostri Viennis et Valentinensis episcopi et comitis, tam ecclesiasticarum quam secularium ubilibet constitutarum et constituendarum, ac vigori stili, vi ibus sigillorum cujuslibet in solidum earumdem, per quas quidem curias et earum quamlibet in solidum voluerunt et concesserunt dicte partes, se et suos posse cogi et compelli ad solutionem et observationem omnium et singulorum premissorum, et hoc per captionem, venditionem et pignorationem distractionem omnium bonorum predictorum et per c..... reclamationem et alia modo quo fieri potuit fortiori; ita quod processus unius curie per processum aliarum nullatenus infringatur, sed potius corroboretur. - Inde renunciaverunt dicte partes contrahentes, ambo simul et earum utraque prout eam tangit, tam conjunctim quam divisim, super premissis omnibus et premissorum quolibet, ac earum certissimentis et per ma jam prefata juramenta, omni actioni doli, mali, vis, metus, fraudi, erroris ... etc .. nindonna pas davantage ...

De quibus omnibus et singulis utraque dictarum partium, pars, petiit, et altera alteri et e contra, fieri confectum publicum instrumentum per me notarium publicum subscriptum. - Acta fuerunt hec apud dictam parochiam Capelle videlicet in domo dictorum Salmoni et Johannis (Vocerii), silicet in camera mora, presentibus testibus discreto viro domino Johanne Selegrini presbytero curato dicte Capelle, Guillelmo Raymundi alias Bodos, parochie Ste Johannis in Royanis, Johanne Ruchoni habitatore Ste Martini de Colonello, Berthono de Via, draperio dicti loci Ste Marcellini, ad premissa vocatis

vocatis; et me Johanne de Guise, civitatis Atrebatensis, habitatore Bastide Porcorum, clerico, auctoritatibus imperiali et dalphinali notario publico, qui premissis omnibus, dum sic, ut premittitur, agerentur, una cum prenominatis testibus presens fui, rebusque notam recepi; a qua quidem nota hoc presens publicum instrumentum extraxi, scripsi et manu mea propria, ai opus dicti dompni prioris, grossavi ... ita ...

(Magnat. IV. pag. 53-55.). —

---

212. — 1468, 20 Juin. — Jean Tossaud, de Bouvantes, pour la fondation d'une messe mensuelle et perpétuelle à l'église St. Pierre de Bouvantes, donne au curé 3 émines de terre situées au territoire dudit Bouvantes, lieu dit en Valensan.

In nomine Domini, Amen. Noverint universi et singuli, presentes pariter-que futuri, hoc presens et publicum instrumentum inspecturi, lecturi et audi-turi, quod cum Johannes Tossaudi, alias Pautro, habitator curatie Petri Bo-vantii, Diensis diocesis, devotionem motus erga Dominum nostrum Jesum Christum, beatamque Virginem, ejus matrem, et beatum Petrum, cujus est parrochianus et in cujus cimiterio corpore ejus una quandam ac nonnul-lorum liberorum suorum sunt ecclesiastice sepulture tradita ... fuerat mentis et intentionis dare, pro remedio, requie et salute animarum sue uxorumque liberorum, vivorum et defunctorum, cura sua sive curato dicti beati Petri de Bovantio, dum tamen curatus, qui nunc est vel qui pro tempore fuerit, haberet celebrare et dicere seu dici et celebrari facere, perpetuo, quolibet mense unam imperpetuum, in dicta ecclesia Bovantii, pro remedio et salute animarum predictarum, unam missam ac ipsas animas recommendati singulis dictus dominicis in offertorio cujuslibet misse, per imperpetuum, per modum et formam, in eadem ecclesia usitatum: quam-dam ipsius Johannis campum, in dicta parochia Bovantii situm, loco dicto in Valensan, continentem, circa tres eyminatas terre, confrontatum: juxta rivum Peyssos, ex oriente: et juxta iter publicum, tendens de Valle beate Marie ad dictam ecclesiam Bovantii, ex oriente et meridie: et juxta pratum dicte cure Bovantii, ex occidente et borea

et borria, et juxta alios suos confines ... et complere velle; cum consilio tamen et voluntate domini prioris vallis, dum tamen curatus, qui nunc est, vel se alios in dicta cura successores, et omnia bona dicte cure (voluerit obligare) ypotheare ad premissa faciendum, et complendum, per modum et formam prenarratos, prout predicta dictus Johannes Toussaudi asserebat fore vera.

Tandem fuit, utque quod anno Dominice Incarnationis millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo et die vicesima mensis junii (1468, 20 Jun), illustrissimo principe et domino nostro domino Ludovico, Dei gratia Francorum, rege, Dalphino Viennensi comitisque Diensi et Valentinensi regnante, sede apostolica Diensi vacante: in mei notarii publici tabellionumque subscriptorum, presentia, constitutus personaliter dictus Johannes Toussaudi, alias Lautier, non errans in aliquo nec deceptus, sed sciens, prudens et spontaneus, causis predictis motus et per ipsum faciendis et complendis, per dictum curatum, qui nunc est, vel suos in dicta cura successores, per modum et formam prelocutos, de consensu et voluntate religiosi viri domini Petri Cordonerii, humilis prioris domus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie predicte, et Odmoni Toussaudi alias Lautier, ejusdem Johannis fratris, presentium, per se et suos heredes et imposterum successores quoscumque, dedit, cessit, quittavit perpetuo, penitus remisit ac donavit, donationem puram, ratam, gratam, meram, firmam, simplicem et irrevocabilem, que fit et fieri dicitur inter vivos, sine spe de cetero revocandi, vim instrumentis habentem, discreto viro domino Johanne Subtilis alias Bogat, presbytero curato dicti loci Borrantii, ibidem presenti et regraciante et stipulante solempniter et recipiente, pro se et suis in dicta cura successoribus, (dictum) campum superius confrontatum, cum suis aliis confinibus, ingressibus, egressibus, juribus et pertinentiis universis; dedit, inquam, Johannes Toussaudi donator per se et suos, et tenorem, predictum campum superius confinatum et confrontatum, causis predictis, et per dictum curatum, et suos in dicta parrochia successores de cetero faciendi et complendi modo et forma supra et infra scriptis; ad habendum, tenendum, possidendum, preconfrontatum campum, et res ejusdem, percipiendum, levandum et recolligendum, et cie utendum et fruendum, et in suos proprios usus ipsius ... curati convertendum, ac totum id et quicquid eidem domino Johanni Subtilis et suis in dicta cura successoribus deinceps et perpetuo de preconfrontato campo placuerit et voluerit faciendum,

tamen

tamen primis pactis iis, de quibus supra mentio habetur, per eumdem dominum curatum. Constituens predictus Johannes Toussandi donator, per se et suos, ut supra, dictum campum superius confrontatum, et designatum, tenere et possidere precario nomine dicti domini curati et suorum in dicta cura successorum, donec et quousque dictus dominus curatus seu sui in dicta cura successores de eodem, per se vel per alium, possessionem acceperit corporalem; quam accipiendi et acceptam deinceps et perpetuo retinendi dictus Johannes Toussandi donator, in et super predonato campo, ita se neque suis retinuit ullo modo, pretaque pactis infrascriptis; sed in dictum dominum curatum, et suos in dicta cura successores transtulit et transportavit, ac in locum et gradum suos posuit et induxit eumdem dominum Johannem Subtilis, ut supra stipulantem, in predonato campo verum dominum, et legitimum actorem, proprietarium, que et possessorem ut in re sua propria, justo et legitimo titulo acquisitam, faciendo et constituendo. Decernens, volens et concedens dictus Johannes Toussandi donator, de consensu et voluntate predicti, per se et suos ut supra, presentem donationem, et omnia alia universa et singula supra et infrascripta adeo valere et ad predonata se tenere precise, ita quod nulla petitio seu exceptio proponi, peti vel opponi possit seu alias quomodolibet dari, nec aliqua ex premissis et infrascriptis irritari, revocari nec ... possint, aliqua causa ingratitudinis, inopie vel offense allo modo non obstante, quasi de in donatione hujusmodi, in toto vel in parte, juris solempnitas fuerit obmissa. Et de predonato campo dictus Johannes Toussandi donator, per se et suos ut supra, ac per unius calami naturalem traditionem, et mordet, se devestivit et in manibus dicte dompni prioris Vallis. Qui quidem dompnus prior informatus de dicta donatione tanquam coram ipso facta, ejusdem calami traditione, nomine dicte domus Vallis, de predicto campo, movente de dominio directo dicte domus dictum dominum Johannem Subtilis, ut supra stipulantem, retinuit et investivit, sub censu fiari solito, jure ipsius dompni prioris et dicte domus et quorumlibet aliorum in omnibus semper salvis. Et confessus fuit idem dompnus prior habuisse et realiter recepisse a dicto domino Johanne Subtilis laudimia eidem dompni prioris et dicte domus ratione dicte donationis, debita. De quibus laudimiis solvi dompnus prior habens et tenens se contentum, et pagatum ad plenum, dictum dominum Johannem Subtilis, ut supra stipulantem, quictavit, liberavit penitus perpetuo et absolvit, cum pacto

cum pacto nunquam aliud petendi in futurum.

Ut fuit actum inter dictos dominum Johannem Subtilie et Johannem Toussaudi contrahentes et in pacto expresso, solempni stipulatione vallato, deductum et conventum, per eorum utramque rotentam et gratis concessum, quod dictus Dominus Johannes curatus et sui in dicta cura successores possint et valeant facere in prato Lagerie dicti Johannis, videlicet in summitate dicti perati, in loco utiliori eidem Johanni donatori, unum badale pro conducendo aquam riparie ad campum predonatum, pro ipsum arrayando et rigando. Ingreo quidem badali conficiendo, dictus Johannes Toussaudi et sui heredes se juvare et manutenere debeant per imperpetuum, et etiam dictam aquam dividere per medium; ita quod dictus dominus curatus recipere debeat medietatem dicte aque pro rigando pratum per eumdem dominum curatum in campo predonato de novo conficiendum; et dictus Johannes donator et sui aliam medietatem dicte aque pro rigando earum pratum. Et casu quo dictus Johannes Toussaudi aut sui nollent se juvare in dicto badali conficiendo et ipsum manutenendo, quod minime recipere debeant de aqua per dictum badale conficiendum conducenda. — Promittens dictus Johannes Toussaudi... etc... formulas ordinarias.... Promittens etiam dictus... curatus... sous serment et obligation des biens de la cure... dictam missam... ut supra dictum est, singulis mensibus cujuslibet anni per imperpetuum, in dicta ecclesia Borantii dicere et celebrare seu dici et celebrari facere, recommendationemque de quibus supra fit mentio, per modum et formam predictos et juxta mentem et intentionem dicti donatoris, prout est in talibus in eadem ecclesia Borantii consuetum, facere et complere... etc... Pro quibus premissis... melius... observandis... se... et omnia sua bona... submiserunt jurisdictioni... curie Ste Marcellini et vigori seu viribus sigilli dicte curie. Inde renunciaverunt memorati contrahentes... omni actioni et exceptioni doli, mali et al... Pe quibus premissis omnibus et singulis utraque dictorum contrahentium per se petiit, et alter alteri et e contra fieri voluit et concessit publicum instrumentum per me publicum notarium subscriptum. Acta fuerunt hec in domo

hec in domo cure dicti Borantii, presentibus testibus, Johanne et Jaquemono Alierii, dicte parochie Borantii, Petro Rallye et Petro Gay, pastoribus, et Johanne Ranconis, parochie Ste Johannis in Royans, dicte dyocesis, ad premissa vocatis, Et me Johanne Ginisi (de Guisa), civitatis Atrebatensis, habitatore Bastide Vercorii clerico, auctoritate dalphinali notario publico et Viennesis curie jurato, qui premissis omnibus, unacum dictis testibus, presens fui, de hiis que notam recepi, aque quidem, nota hoc publicum instrumentum, extrahi, scribi et grossari feci manuque aliena, michi tamen fideli, ad quod dicte curie; et inde facta diligenti collatione, est concordat, hic me subscripsi et signo meo tabellionali authentico consueto signavi et sigillo dicte Viennesis curie sigillari rogavi, in testimonium, omnium et singulorum, premissorum. —

(Magnat. I. pag. 58-62.). —

---

213. — 1669, 23 Mars. — Antoine Grossa dit Baguelier, de St-Martin-le-Colonnat, vend, pour 4 florins et demi, au prieur du Val Ste Marie, D. Pierre Cordonnier, une quarte «nucleorum» de cens annuel, qu'il assigne sur tous ses biens et en particulier sur un curtil. —

1670?

In nomine Domini, Amen. Noverint universi ac singuli, presentes pariterque futuri, hoc presens, verum et publicum instrumentum inspecturi, lecturi et tenorem ipsius audituri, quod anno Nativitatis Domini millesimo quatercentesimo sexagesimo nono, et die vicesima tertia mensis martii, (1669, 23 Mars. Comme on aller à l'ancien style à la Nativité? j'avais cru que l'on était déjà en 1670.) coram me notario publico et testibus infrascriptis, constitutus personaliter Anthonius Grossa, alias Baguelier, parochie ? Ste Martini de Colonnello, Viennesis dyocesis, mandamenti Ste Nazarii, sciens, certus, prudens et sponte non coactus, ac de juribus suis in hac parte, ut dicebat, ad plenum certificatus, per se et suos heredes quoscunque ac successores, vendidit perpetuo, pure, perfecte, simpliciter et irrevocabili venditione, domino Petro Cordonerii, priori prioratus beate Marie Vallis, ordinis cartusie, Viennesis dyocesis, presenti, ementi, stipulanti et recipienti pro se et suis successoribus in dicto prioratu quibuscunque, videlicet

unam

unam quartam nucleorum annualem et pensionalem, ad mensuram nucleorum Ste Nazarii, solvendam per eumdem venditorem eidem emptori anno quolibet perpetuo, in quolibet festo omnium Sanctorum, incipiendo primam solutionem in proximo venienti festo omnium Sanctorum. Quam quidem quartam nucleorum idem Anthonius Grassa venditor promisit, assignavit, gapitavit atque incorporavit eidem domino Petro Cordonerii priori predicto emptori presenti et ut supra stipulanti, in et super omnibus universis et singulis bonis suis mobilibus et immobilibus, presentibus et futuris, et specialiter in curtili dicti venditoris, confrontante, juncta curtile Johannis Grasse, et juncta rivum dicti Ste Martini, a parte Boree: et juncta rivum de la Barolere, a vento: et juncta alios suos confines, ad habendum, tenendum, possidendum, donandum, vendendum, permutandum, alienandum et quicquid predicto emptori et suis de predicta quarta nucleorum deinceps et perpetuo placuerit faciendum: precio et nomine precii quatuor florenorum cum dimidio monete currentis. Quod precium predictus venditor per se et suos ut supra, habuisse et recepisse confessus fuit a predicto emptore; ita quod de eodem precio ipsum emptorem et suos quittavit et liberavit, cum pacto de non ulterius petendo. Dans idem Anthonius Grassa venditor ... predicto emptori ... quicquid predicta quarta nucleorum, vendita nunc vel in futurum, plus valeret predicto precio ... Nichil juris actionis, rationis in eadem quarta ... retinendo ... etc. formules ...

De qua quidem quarta nucleorum vendita idem ... venditor se devestivit ac de eadem dictum emptorem, investivit tradidit unius calami ... sub pacto inscripto. Et fuit actum, et per dictum dominum Petrum Cordonerii gratis concessum, et per dictum Anthonium Grassa retentum, quod dictus dominus prior det et donat, dedit et donavit de gratia speciali, quod ipse Anthonius Grassa venditor vel sui possit vel possint acquirere dictam quartam nucleorum alibi, bene situatam; ipse dominus prior et contentus illam recipere et ipsum venditorem exonerare de dicta quarta nucleorum, pro simili precio supra vendito. Quam quidem venditionem, omniaque alia ... supra et inscripta ... promisit ipse venditor ... observare ... dictamque quartam nucleorum eidem emptori ... solvere modo et forma predictis ... et ipsam recognoscere ... tenens

to iens quociens fuerit de hoc requisitus ... Se et hos et omnia bona sua ... pro premissis ... modis observandis ... curie d'alphinali ... submittendo ... omnibus quejuribus, actionibus et exceptionibus canonicis et civilibus contra premissa facientibus totaliter renunciando .... De quibus premissis ... quelibet pars petiit instrumentum per me notarium infrascriptum .... Acta fuerunt premissa ... in Pontis Royanis, in domo dicti emptoris, presentibus testibus, domino Johanne Subtilis, curato Borrantii, Petro Subtilis, ejus fratre, domino Jacobo Pralli capp. vicario Borrantii, ad premissa vocatis et rogatis; et me Johanne Bajuli, clerico Pontis Royanis, notario auctoritate d'alphinali publico et curie majoris Ste Marcellini jurato, qui de premissis omnibus et singulis, dum premissa agerentur et fierent, presens fui, de ipsis que notam sumpsi ... presens instrumentum extraxi, scripsi et grossavi ad opus dicti domini emptoris et meum, in testimonium omnium et singulorum premissorum. Bajuli.

(Magnat. IV. pag. 55-57.) .—

214.— 1469, 10 Dec.— Simeon Didier reconnait tenir de noble Jean Valerii une terre d'environ 4 setérées à Monteux, lieu dit au Chiron, sous le cens annuel de 3 sols.— Pierre Ferrer a la moitié de cette terre et la Ste Marie l'autre moitié.—

Anno Dominii millesimo quatercentesimo LXIXo et die decima mensis decembris (1469, 10 Dec.), supradictus Simeon Disderii recognovit tenere de dominio directo nobilis Johannis Valerii, videlicet quandam terram, sitam in mandamento de Monteux loco dicto in Chiron, continentem circa quatuor sestariatas terre, confrontatam, juxta terram Joannis de Fortuis ab oriente; et juxta terram domini Jacobi Barreti, ab occidente quodam vico medio; juxta terram Grigoneti Galati, ab occidente et borea, itinere quo itur a parta Chapelleysi ad grangiam Petri de Arlia: cum suis aliis confinibus, sub censu annuo trium solidorum censualium, .— Petrus Ferrer et heredes Gaspardi Gagou (habent) medietatem terre; aliam medietatem dominus prior de la Val.— cetera tout, pro altera clausa.— (Magnat. VI. pag. 71.) .—

215.— 1470, 25 Nov.— Le prieur de la Ste Marie, D. Pierre Cordonnier, donne pour un an, aux frères Aynard et Guillaume Arjaii, de Vedons, les pâturages des montagnes de la chartreuse

chartruse moyennant 280 florins monnaie courante. —

In nomine Domini, Amen. Noverint universi et singuli, presentes et futuri hoc presens, verum et publicum instrumentum inspecturi, lecturi et audituri, quod anno Domini 1470 et die 25a mensis novembris (1470, 25 Nov.), coram me notario publico et testibus infrascriptis, personaliter constitutus venerabilis et religiosus vir dompnus Petrus Cordonerii, prior prioratus Vallis beate Marie, ordinis Cartusie, Diensis dioc., qui scienter, prudenter, gratis et spontanee, pro se et suis successoribus in dicto priorata, locavit, arrendavit et in loquerio et arrendamento tradidit, cessit et concessit nobilibus Eynardo et Guillelmo (Arjerii), parochie Battie Vercorcii, etiam Diensis diocesis, presente dicto Guillelmo et me notario stipulante nomine dicti Eynardi, per quem quidem dictus Guillelmus (Arjerii) omnia in presenti instrumento contenta laudare et ratificare promisit facere ad primam requestam dicti dompni prioris predicti, videlicet montancan, Vallis beate Marie predicte, et hoc pro anno Domini 1471e tantummodo, sub pactis et conventionibus in alia obligatione per me notarium recepta et describenda, sub anno et die in eadem describendis; et hoc, precio et nomine precii ducenti et quatuor viginti florenorum monete currentis. Quos quidem 280 florenos monete predicte nobilis dictus Guillelmus (Arjerii), tam nomine suo proprio quam nomine nobilis Eynardi, ejus fratris, pro quo promisit omnia et singula in presenti instrumento contenta laudari et ratificari facere, necnon per juramentum suum proprium et sub obligatione et hypotheca omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum quorumcumque, in pace et sine lite dare, solvere dicto dompno priori predicto vel suis successoribus in dicto priorate ... videlicet ad primam et simplicem requestam dicti dompni prioris, una cum omnibus universis et singulis damnis, costis, gravaminibus, sumptibus, interesse, que quod et quas dictus dompnus prior dixerit se facisse et sustinuisse in judicio sive extra, occasione dictorum 280 florenorum .... pro quibus ... melius solvendis, dictus nobilis Guillelmus ... tam nomine suo proprio quam nomine dicti nobilis Eynardi ... ejus fratris, ... supposuit et submisit se ... laudabili parlamenti curie Gratianopolis et Ste Marcellini; per quam quidem curiam voluit et expresse concessit se posse cogi et compelli et viriliter

et viriliter

et civiliter coerceri ad observationem omnium et singulorum premissorum.
Acta fuerunt hec in Pontis (Civ.) Royanis, in domo dicti domini prioris, presentibus testibus, Gonneto Mac... Johanne Richardi, habitatoribus dicti loci Pontis, et Bertrando Meliani dicte parochie Ste Johannis, presentibus ad premissa; et me Johanne Bajuli, clerico Pontis in Royanis, notario auctoritate dalphinali publico, accurie majoris Viennen. et Valent. jurato; qui premissis omnibus et singulis, dum premissa agerentur et fierent, presens fui, de ipsisque notam sumpsi; a qua quidem nota hoc presens instrumentum extraxi, scripsi et grossavi, idque me subscripsi et signo meo consueto signavi, ad quod dicti domini prioris predicti et suorum, in testimonium omnium et singulorum premissorum Ste est. Bajuli. — (Magnat. IV. pag. 58-59.). —

---

216. 1474, 10 Dec. — Echange entre le V. et Ste Marie et noble Jacques de Sassenage, seigneur de Pont et de la Bastide en Royans et de Montelier. Le prieur V. Pierre Cordonnier et les religieux cèdent les cens et directes qu'ils perçoivent à Montelier, contre des cens perçus par ce seigneur à St Laurent et à Pont en Royans. — La chanterie cède 4 setiers, 4 émines (et 5 pugn. d'orge) 14 cartes de froment, 51 deniers et 4 oboles de cens annuel, perçu à Montelier sur 80 fossorées de vigne 38 setérées de terre dont 2 de pré, 5 jardins, 3 maisons dont 2 avec jardin et un bois. Elle reçoit en échange 13 s. 6 d., 66 et 1/2 deniers, 1 obole, 4 poulets, 8 émines de seigle, 15 et 1/2 cartes et 4 et 1/2 cartes de froment ou seigle de cens annuel

In nomine Domini, Amen. Modernorum nos et presentia futurorumque posteritas non ignoret et sequentura, ad quorum presentiam, notitiam, et audientiam hujusmodi presens publicum, devenire contigerit instrumentum, quod anno Nativitatis Dominice sumpto millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, indictione septima... cuius anni mutatione pariter sumpta, die decima mensis decembris (1474, 10 Dec.), coram nobis Petro Botarini et Martino Perroti, notariis publicis, in testiumque subscriptorum, presentia, personaliter, infra claustrum, Vallis Ste Marie, ordinis cartusiensis, in quo de negociis et factis dicte domus tractari et capitulum teneri est assuetum, ad sonum campane, ut moris est, convocati et in unum congregati pro capitulando et capitulum in unum conventum de da infrascriptis peragendis faciendo et tenendo, venerabiles religiosi viri domini + Petrus Cordonarii, humilis prior dicte domus Vallis Ste Marie, Anthonius Amaudi, Petrus Johannis, Ludovicus Lupi, Vincentius Johannis domus procurator, Guillelmus

Guillelmus Danielis, Johannes Devaysio et Dyonisius Marcelli sacrista, monachi dicte domus Valletis Ste Marie, parte ex una: Et magnificus et potens baro, dominus Jacobus de Castenatico, miles, dominus ipsius loci Pontis et Bastide in Royanis ac Montilibii, parte ex altera; Que quidem partes non decepte, non coacte et non erronee in aliquo; quinymo scientes, certe, prudentes et spontanee, deque suis juribus, factis et negociis ad plenum, prout asserunt, certificate, bene advisa consulte et deliberata, proque evidentibus commodo, p... tique et utilitate utriusque partis; potissime dicti domini prior et religiosi superius nominati nominibus suis propriis et futurorum, ipsi dicto priorate seu monasterio successorum et maxime prelibati domini monachi unanimiter, et infra capitulando ac capitulum suum tenendo, de et cum licentia, auctoritate, velle, consensu et mandato prelibati domini prioris presentis, volentis, consentientis ac dictis suis religiosis quo ad infrascripta pragenda licentiam et auctoritatem probantis et prestantis: Et michi notario prelibato dominus Castenatici, per se et suos heredes et successores quoscunque, fecerunt, inhierunt et contraxerunt, faciunt, inhiunt et contrahunt inter se ad invicem permutationem sive excambium subscriptas et subscripta, perpetuis temporibus valituras et valitura, solemnibus et mutuis hinc inde intervenientibus stipulationibus, modo et forma sequentibus.

In primis siquidem dicti venerabilis domini prior et monachi, per se et suos quos supra, et potissime dicti domini monachi, de et cum licentia, auctoritate et consensu predictis, excambiant sive permutant et titulo pure, mere, simplicis et irrevocabilis permutationis sive excambii, dant, donent, tradunt, cedunt, concedunt et mutuo remittunt ac habere volunt, prelibato domino Castenatici presenti, acceptanti, stipulanti et recipienti pro se et suis quibus supra, videlicet: cantus, servitia et redditus infrascriptos et declaratos, descriptaque et declarata, debitos et debita, annoque quolibet predicto domino priori, conventui et monasterio fore homines, personas et colonos infrascriptos nominatos, descriptos et declaratos: in et super rebus et possessionibus infrascriptis particularitor descriptis, declaratis et annotatis, sitis in mandamento et juris dictione Montilibii; et hoc cum vero emphiteosi et directo

dominio

Domino coreundum, placitis que, mutagiis et usagiis inferius declaratis et descriptis

1. quart. 1.— Et primo unam quartam frumenti, ad mensuram Montilisii, cum duplici censu de placito in qualibet mutatione novi domini et possessoris, annoquolibet debitam, per Raymonum, Jacobum et Laurentium, Gilliote, fratres, dicti loci Montilisii; de et super quadam pecia terre, continente unam sestariatam vel circa, sita in dicta parochia Montilisii, loco dicto en Bramalhau, juxta vineam, Bermundi Romani et Guillelmi Meylhani, a parte orientis; juxta vineam, Anthonii Gregorii, a parte venti: juxta vineam, Johannis, Reymundi, Gregorii fratrum, a parte occidentis: et juxta vineam, Anthonii Gregorii, a parte boree.—

3. ob. 2.— Item plus tres obolos Viennenses, annoquolibet debitos, cum duplici censu de placito in qualibet mutatione domini et possessoris, per Gerentonum de Ostiduno, clericum, super quodam orto sito in dicta parochia Montilisii, prope hospitale Montilisii, et .... magnum, ita Romanoythum, a parte orientis: Richardus Vochis alias Clavini et uxor ejus possident pro eorum orto, ex duabus partibus videlicet venti et occidentis, et juxta ortum, Amedei Fabri, a parte bisie.

3.— Item plus unam eyminam frumenti addictam, mensuram Montilisii cum duplici censu de placito etc. ut supra.. annualim debitam, per Petrum Peroni textorem, dicti loci Montilisii, et super quodam pecia prati continente duas sestariatas vel circa, sita .. loco dicto in Tomato, juxta terram, Gerentoni de Ostiduno, a parte orientis: juxta terram dicti Petri Peroni, a parte venti: juxta pratum, canonicii Johannis Burgundionis alias Lanterni et hui pratis, a parte occidentis: et juxta terras et pratum tertium Johannis de Mornantio et Abbatie, que est 1a Johannis Hierosolymitani, a parte boree, mattam aque Guinandi (media).

4.— Item plus, unum sestarium frumenti ac quolibet debitum, per Johannem Ribarii coureyrium .. Montilisii, cum duplici censu ut supra .. in et super quodam domo dicti Johannis Ribarii, sita in villa Montilisii prope plateam dicti loci, juxta carreriam publicam, a parte orientis: juxta domum, Josfredi et Johannis Mantelli fratrum, a parte venti: juxta curtile Glaudii Morini, a parte occidentis: juxta carreriam tendentem ad meniam dicti loci, a parte boree.

5.— Item plus, tres denarios censuales annuales, ac quolibet debitos cum duplici censu .. ut supra, per Petrum Moleti coureyrium, procuratorem domus hospitalis dicti loci, super dicta domo hospitalis ipsius loci ac medico orto contiguo, sita .. ibidem .. juxta iter publicum tendens versus villam de Romanis, a parte orientis: juxta aliud iter tendens de Montilisio

versus priora

versus privatum dicti loci et Valentiam, a parte venti juxta terram Johannis Marini, a parte occidentis: et juxta ortum, Richardi Vochis alias Clarini et ejus uxoris, a parte boree.

6.— Item plus, duodecim denarios bonos Viennenses, a quolibet habitos cum placito quod haberi reperiatur, per Petrum, Maulla... Montilisii, super quadam peciatarre, continente duas testarias vel circa, sita... ibidem... loco dicto en Branealiea, juxta terram Colini Chamati, a parte orientis: juxta vineam uxoris Bernardi (Barjacterii), a parte venti: juxta iter Cattis Novacii, a parte occidentis: et juxta terram dicti Colini Chamati, a parte boree.—

7.— Item plus, alios duodecim denarios bonos Viennenses, annuatim debitos per dictum Petrum Maulla, cum duplici censu in casu casu, excepto casu venditionis, et in isto casu advenient ad placitum, de... super duabus testariatis terre, sitis... Mont... in territorio superius proxime dicto, juxta terram dicti Petri Maulla, a parte orientis: juxta terram heredum nobilis Karoli Archinriaudi, a parte venti: iter Cattis Novacii coharet a parte occidentis: et juxta terram Colini Chamati, a parte boree.—

8.— Item plus, unam quartam frumenti ad m. M. annuatim debitam, cum duplici censu ut supra... per Johannem Gregorii... Montilisii, super quadam peciatarre vinee, continente sex testariatas vel circa, sita in par. M. loco dicto en Branalyer, juxta vineam Bernardi Romani, quodam vicio intermedio, a parte orientis: juxta vineam Jaymonis Burgondionis et sororum fratrum, a parte venti: heredes nobilis Karoli Archinriaudi pro indiviso a parte occidentis: et juxta vineam Symonde, uxoris Bernardi Boriacterii, a parte boree.

9.— Item plus, quatuor denarios cum obolo, a quolibet habitos per Catarinam, uxorem Richardi Vochit alias clarini d. p. Montilisii, super quodam orto sito in dicta parochia Montilisii, prope hospitale dicti loci, quem non recognovit adhuc juxta suos confines.—

10.— Item plus, duo sestaria et unam eyminam frumenti d. m. Mont. a quolibet debitam, et debita, cum duplici censu... ut supra... per Bartholomeum Lanzini, d. par. Montis super quodam tenamento sue domus, grangiarum et orturum, sito prope et juxta villam Montilisii prope hospitale dicti loci, juxta ortos Jacobi Coturerii, Petri, Clementis et Marmeti Domini, a parte orientis: et juxta iter tendens ab hospitali Montilisii versus Chirosan, a parte occidentis: juxta ortum, Philippoti... a parte venti: et juxta aliud iter tendens versus januam inferiorem, dicti loci Montilisii, a parte boree.—

11.— Item plus, tres quartas frumenti, ad p. m. Mont. annuatim debitas, cum duplici censu etc. ut supra...

et. ut supra... per Girardum Flen, d. par. Mont. super quodam pecia vineæ, contiente circa sex sestoratas, sitas in d. par. Mont. loco dicto in Forasio, juxta vineam Gonete uxoris Guillelmi Eybarti, a parte orientis: juxta vineas curie dicti loci et Anthonie uxoris Philippoti (Reme) a parte veneti, quodam bealo intermedio: juxta iter tendens de Montilisio ad molendinum dicti domini Cassenatici et Montilisii, a parte occidentis: et juxta vineam Bartholomei Vicini, a parte boree. —

12. — Item magis, novem jugnerias frumenti ad p. mens. Mont. a quolibet debitas cum duplici censu... ut supra... per Barthol. Vicini, d. par. Mont. in et super quatuor sestoratis vineæ, sitis in d. par. Mont. loco dicto in Forasio, juxta vineam Johannete, uxoris Guillelmi Berthini alias Callet, a parte orientis: juxta vineam Girardi Flen, a parte veneti: juxta iter molendini prelibati domini Cassenatici, a parte occidentis: et juxta vineam Francisci Lyocti, a parte boree. —

13. — Item plus, duodecim denarios censuales, cum duplici censu... ut supra... debitos a quolibet per Lalimonam, Cloeti et Alexiam ejus uxorem, d. par. Mont. super quodam manso sue in mandamento Montilisii, loco dicto in Morasia, juxta mansum Lancelloti de Roman- -anis et Arnollinum dicte domus, a parte orientis: juxta mansum discreti viri Goneti Foromis notarii, a parte veneti, quodam itinere intermedio: juxta mansum vocatum Cros Forassat, a parte occidentis: et juxta mansum Bertrandi Barthol. Vicini, a parte boree.

14. — Item plus, novem jugnerias frumenti, ad d. mens. Mont. annuatim debitas, cum duplici censu... ut supra...: per Franciscum Lyocti, d. par. Mont., et super quatuor sesto- -ratas vineæ, sitis in mandamento Montilisii, loco dicto in Forasio, juxta vineam Anthonii Bordonis, a parte orientis: juxta vineam Barthol. Vicini, a parte veneti: juxta vineam Antonii Bordonis, a parte occidentis: et juxta vineam heredum Myonete Rachatii, a parte boree. —

15. — Item plus, unam quartam frumenti, ad mens. Mont. cum duplici censu... ut supra. debitam per Barthol. Vicini, Cod. Vicini, d. loci Montis per quodam ortum, situm prope et extra villam Montilisii, juxta fossatum, forta inferioris, juxta domum Petri Motiffocii, a parte orientis: juxta tanementum domus Barthol. Vicini, et malus faciebus, versus veneti et borea: et juxta iter tendens ad hospitale d. loci Mont. versus portam, dictum

16. — Item plus, novem jugnerias frumenti, ad mens. Mont. annuatim debitas, cum duplici censu (a parte occidentis)

duplicis censu ... ut supra ... per Anthonium Bordonis et Peronellam Millione ejus filiastram, super quatuor sestariatis vinee, sitis in d.o m.to Mont. loco dicto in Malo-Martello, juxta iter tendens de Montilio ad mo Lendinum, dicti dominii Cahorcatii, a parte orientis; juxta vineam de Malo Martello, a parte ventis: juxta vineam Petri Peroni ja parte occidentis: et juxta vineam Johannete uxoris Guillelmi Berthini alias Collet a parte (boree.

17.— Item plus, unum tenarium centenale et annuale, cum duplici censu ... ut supra nobilium per dictos Anthonium Bordonis et ejus filiastram, super quadam pecia terre, continente tres sestariatas vel circa, sita in par. Mont. loco dicto in Bramallo, juxta terram dictorum Anthonii Bordonis et Peronelle ejus filiastre, a parte orientis: juxta iter tendens versus Cost am de Tourrant, a parte venti: juxta terram Bonthol clariati, a parte occidentis: et juxta vineam Symonis Burgondionis et terram Lambertorum, a parte boree.—

18.— Item magis, tres quartas frumenti, ad mens. Mont. annuatim debitas, cum duplici censu ut supra ... per Desiderium Bartholomei, d.a par. Mont. super quadam pecia terre et vinee contigue, continente in toto duas sestariatas vel circa, sita d.a par. Mont. loco dicto in Bramallen, juxta vineam Petri Matteffoci et Johannis Moscarii, a parte orientis: juxta vineam Symonis Burgondionis, a parte ventis: juxta terram et predium nobilis Karoli Archinaudi, a parte occidentis: et juxta vineam Glaudii Davidis, a parte boree.

19.— Item plus, unam quartam frumenti, ad mens. Mont. aequalibet debitam, cum duplici censu ... ut supra ... per Desiderium vinee Gonetum Foranis notarium, dicti loci Montis, super quadam pecia vinee, continente sex fossoriatas vel circa, sita in par. Mont. loco dicto in Forato, juxta vineam heredum nobilis Karoli Archinaudi, a parte orientis: juxta vineam heredum Myonetti Rachatti, a parte venti: juxta vineam Bonthodii Cenati, a parte occidentis; et juxta vineam dicti Gonetti Foranis et Gonete uxoris Georgii de Romanis a parte boree.—

20.— Item plus, unum sestarium frumenti ad mens. Montis, cum duplici censu ut supra aequalibet debitum per Petrum Matteffoci dictos dementis, Jaquinum Burgondionis, Guillelmum Burgondionis, Petronum et Electi, Alexiam ejus uxorem et Bartholomeum Burgondionis, dictum dicte Alexie, super rebus et possessionibus infrascriptis dedarati.

Et primo

(1º) Et primo, per dictum Matiffiodi, alias Clamantis, super quadam pecia terre, continente decem sestariatas vel circa, sitas in dicto mand. Mont. loco dicto in Blachia Poncii Mordis versus, juxta terram bone femine uxoris Moneti Coqui, a parte orientis: juxta terram dicti Petri Matiffiodi et Blachian, domini prioris Montilibi, a parte retro: juxta terram Guillelmi Burgondionis, a parte occidentis: et juxta terram Johannis Leconis, Petri Motelli et Guillelmi Burgondionis, a parte boree. —

(2º) Item per dictum Taymonum Burgondionis, super decem sestariatis vinee, sitis in dº mand. Montis loco dicto en Bramalieu, juxta vineam Lancelloti de Romanis et Petri Roberti, a parte orientis: juxta terram Petri Bordonis, a parte retro: juxta terram Guillelmi Burgondionis et ejus fratris, a parte occidentis: et juxta vineam Desiderii Bartholomei, a parte (boree.

(3º) Item plus, super decem sestariatis terre, sitis in dº mand. Mont. loco predicto in Morena juxta terram Bartholomei Voysini et Petri Motelli, a parte orientis: juxta terram Guillelmi Burgondionis, a parte retro: juxta nemus Johannis Monerii, a parte occidentis: et juxta nemus discreti viri Jonet Forenis notarii, quodam itinere intermedio, a parte (boree.

(4º). Item per dictum Guillelmum Burgondionis super decem sestariatis terre, sitis in dº mand. Mont. loco dicto de Moreria, juxta terras Petri Motelli et Petri Matiffiodi, a parte orientis: juxta blachiam frisnatas Montilibi, a parte retro: juxta nemus Johannis Monerii, a parte occidentis: et juxta terram Taymoni Burgondionis, a parte boree. —

(5º) Item per dictos Colimonum dicti, Alexiam ejus uxorem, Bartholomeum Burgondionis filium dicte Alexie, super quatuor sestariatas terre, sitis in dº mand. Mont. loco dicto in Crochia juxta terram heredum Lantelmi Burgondionis, itinere charbonerio medio, a parte orientis: juxta terram grangie Valeis Stæ Marie, itinere charbonerio intermedio, a parte retro: juxta pratum heredum Guillelmi Mathay, a parte occidentis: et juxta pratum Petri et Ludovici Forenis alias Lambert, a parte boree. — Et sciendum quod dicte tenamentarii dictas quinque possessiones, novissime confinatas et declaratas, nullo modo possunt quittare, reticere vel guerpire sine licentia, voluntate et consensu domini directi, nisi simul et non alias.

21. — Item plus, unam eyminam frumenti, ad dictum mens. Mont. cum duplici censu ... et supra ... et quolibet dabitan per Glaudium Davidis, latomum dº par. Mont. super tapiam, possessionis vinee, sitis in dº mand. Montis, loco dicto en Bramalieu, juxta terram Guillelmi Magnani, quodam riolo intermedio, a parte orientis: juxta vineam Desiderii Bartholomei, a parte retro: juxta terram heredum

haredum nobilis Karoli Archiniaudi, a parte occidentis: et juxta terras Taymoni Gilhoti et Anthonii Gregorii, a parte boree. —

22. — Item plus, tres quartas frumenti, ad dictam mensuram, cum duplicibus cenis ... ut supra ... a quolibet debitus per discretum virum magistrum Anthonium Arthaudi notarium, nomine heredum Myoneti Rachassii quondam, super decem fassoriatis vinee, sitis in dicto mandamento Montilii loco dicto in Forasio, juxta vineam haredum nobilis Karoli Archiniaudi, a parte orientis: juxta vineam Bartholomei Vicini, a parte venti: juxta iter molendini predicti domini Castenatici, a parte occidentis: et juxta vineas discreti viri Gonneti Foronis notarii et Bonthosii Clareti, a parte boree.

23. — Item plus, novem pugneriatas frumenti ad predictam mens. Montilii, cum duplicibus cenis ut supra ... a quolibet debitas per Bonthosium Clariati predictum pro Montilii super tota fassoriatis vinea, sitis in dicto mandamento Montilii, in loco dicto in Forasio, juxta vineam discreti viri Gonneti Foronis notarii, a parte orientis: juxta vineam haredum Myoneti Rachassii, a parte venti: juxta iter tendens de Montilicio ad molendinum predicti domini Castenatici, a parte occidentis: et juxta vineas Johannis et Petri Burgondionis et Gonnete, uxoris Georgii de Romanis, quondam senderio intermedio, a parte boree. —

24. — Item plus, unum denarium centenarium, cum duplicibus cenis ... ut supra ... a quolibet debitum per predictum Bonthosium Clariati, super duabus testariatis terre, sitis in dicto mandamento Montilii loco dicto en Bramalieu, juxta terram Anthonii Bordonis et vineam Taymonis Burgondionis a parte orientis: juxta iter tendens versus Castrum Tonessant, a parte venti: juxta terram Barthoni Castelli, quondam itinere intermedio, a parte occidentis: et juxta terram Guillelmi Burgondionis, a parte boree.

25. — Item magis, novem pugneriatas frumenti ad dictam mens. Montilii cum duplicibus cenis ut supra annuatim debitas per Johannetam, uxorem Guillelmi Berthini alias Collet, pro Montilii super quatuor fassoriatis vinee, sitis in dicto mandamento Montilii, loco dicto in Malo Mortello, juxta iter tendens de Montilicio ad molendinum predictum domini Castenatici et Guimandum, a parte orientis: juxta iter vocatum de Malo Mortello, a parte venti: juxta vineam Petri Peronis a parte occidentis: et juxta terram et vineam predicte Johanete, a parte boree. —

26. — Item plus, unum denarium centenarium, cum duplicibus cenis ... ut supra ... a quolibet debitum pro Petrum Pusillonis fabrum de pro. Montilii super modico orto prope et extra villam Montilii prope hospitale dictiloci, juxta iter publicum Romanesium, a parte orientis: juxta

ortum Amedei

ortum Amedei Fabri, ex duabus partibus, silicet, venti et occidentis: et juxta ortum Suzanne, uxoris Anthonii Correntis, a parte boree. —

27. — Item plus, duos denarios censuales cum duplici censu ... ut supra ... a quolibet habitos per Amadeum Fabri, dicti loci Montilii, de et super quodam suo orto, sito in dicto territorio Montilii, prope hospitale dicti loci, juxta iter publicum Romaneysium et ortum Petri Pasillonis fabri, a parte orientis: juxta ortum Caterine, uxoris Richardi Vochis, alias Garini, et Gerentoni de Ostiduno, a parte venti: juxta terram Johannis Monerii a parte occidentis: et juxta ortum Suzanne, uxoris Anthonii Corrantis et introitum, orte dicti Petri Pasillonis, a parte boree. —

28. — Item plus, unam ayminam frumenti de mens. Montilii annuatim habitam, cum duplici censu ... ut supra ... per Aymondam, uxorem Bernardi Borjacterii, super septem fassoriatis vinee, sitis in dicto mandamento Montilii loco dicto in Bramalieu, juxta vineam Bermondi Romani, quodam sendario intermedio, a parte orientis: juxta vineam Johannis et Reymundi Gregorii, a parte venti: juxta terram nobilis Karoli Archinaudi, a parte occidentis: et juxta terras Petri Maussa et Colini Chamati, a parte boree. —

29. — Item plus et ultima, unam quartam frumenti, ad dictam mens. Montilii, a quolibet habitam, cum duplici censu de placito in qualibet mutatione domini et fassorii, per Anthonium Gregorii de Falconeriis, super sex fassoriatis vinee, sitis in dicto mandamento Montilii loco dicto en Bramalieu, juxta chanillatium Raymoni Gilhoti, a parte orientis: juxta vineam Claudii David dicti Lathomi, a parte venti: juxta terram nobilis Karoli Archinaudi, a parte occidentis: et juxta vineam Johannis Gregorii et jus fratres, a parte boree. —

Permutaverunt que et ... excambiaverunt prefati domini prior et monachi, pro et nomine quos supra, potiusme dicti domini monachi de licentia, auctoritate et consensu predictis, prelibato domino Cassenatici, prout supra stipulanti et recipienti, predictos census, servitia et redditus superius mentionatos et declaratos, cum suis placitis, mutagiis amphiteosique et directo dominio predictis, pura, mere, libere et absolute et absque aliqua servitute alicui persone facienda vel prestanda. —

Et in recompensationem dictorum censuum, servitiorum, reddituum, placitorum, mutagiorum amphiteosique et dominio directo eorumdem, prelibatus dominus Cassenatici, pro se et suos quos supra, excambiat sive permutat et, titulo pure, mere, simplicis, perpetue, perfecte et irrevocabilis permutationis sive excambii, dat, donat, tradit, cedit, concedit, transfert

transfert et omnino remictit prenominatis domino priori et monachis Valls Ste Marie presentibus, acceptantibus, stipulantibus et recipientibus pro se et suis in dicto priorato seu conventu et monasterio successoribus, videlicet census, tascas, redditus, placita, mutagia et alia usagia infrascriptos et infrascripta, habitos et habitas per homines, personas, colonos, emphiteotas et tenementarios infrascriptos particulariter nominatos, descriptos et declaratos, in stipulationibus et promissionibus infrascriptis particulariter contentis, descriptis et declaratis, unacum vero emphiteosi et directo dominio rerum et possessionum, pro quibus et super quibus sunt et debentur.

1. — Et primo, unam quartam cum dimidia frumenti, ad mensuram Pontis in Royanis, anno quolibet habitam, per Petrum, Johannem, et Emericum Brunis, fratres, parochia Ste Laurentii in Royanis, de et super quadam pecia terre, que solebat esse terra, continente circa quinque quartas terre, sita in mandamento Pontis in Royanis et in parochia Ste Laurentii, loco dicto in Brollia, juxta iter publicum, tendens de Ponte in Royanis ad Sanctum Johannem, a parte orientis; juxta fratum, dictorum Johannis, Petri et Emerici Brunis fratrum, a parte venti; et juxta fratem Johannis Canonici, ex alia duabus partibus, scilicet occidentis et boree. —

2. — Item plus, dimidiam quartam frumenti ad mens. Pontis, et duos denarios cum dimidio census, cum placito consueto, habitos, a quolibet per predictos fratres, de et super quadam pecia terre, continente circa unam sestariatam, sita in d° mand° Pontis, loco predicto de Brollio, juxta terram Monetii Symeonis et Alaysie ejus uxoris, a parte orientis; juxta terram heredum Johannis Fogerii, ex duabus partibus, scilicet venti et boree; et juxta fratem heredum nobilis Petri Mayanie, a parte occidentis.

3. — Item plus, duos denarios bone monete, cum placito consueto a mercatis, habitos per Johannem, Franciscum et Stephanum Pondalli, fratres, dicte par. Ste Laurentii, de et super quadam pecia terre, que solebat esse vinea, continente dimidiam quartalatam, vel circa, sita in dicta par. Ste Laurentii, loco dicto en Larener, juxta duo itinera publica tendentia versus dictam Johannem in Royanis, ex duabus partibus, scilicet orientis et occidentis; et juxta terciam (ita) Caterine, filie quondam Johannis Symeonis, uxoris Francisci Malliani alias Marjollat, ex altera parte. —

4. — Item plus, unum quartale frumenti, d° mens. Pontis, unam gallinam, et decem octo denarios bone monete, cum suo placito consueto, a quolibet habitos per predictos fratres

fratrad, in et super quibuddam domo, curtile et prato contiguis, continuantibus unam sestariatam, vel circa, sita in d. mand. Pontis et in par. Ste Laurentii, loco dicto en la Didiera, juxta quendam rivum tendentem versus domum Calliacti, a parte orientis; et juxta tria itinera, quorum unum tendit ad Gadum de les Lies de Subtus, aliud tendit ad molendinum hospitalis de super, et aliud tendit ab uno ipsorum itinerum ad aliud, ex obliqua parte.

5. — Item magis, unam quartam nucleorum, tres quartas siliginis, ad pond. mens. Pontis, et unam gallinam cum placito, quatuor denarios in qualibet mutatione dom. sui et possessoris, a quolibet habitatore predictos fratres, in et super quadam pecia terre, continente tres eyminatas vel circa, sita in d. mand. Pontis et in par. Ste Laurentii loco dicto in Rapnerio a lau in Payencia, juxta terram Anthonii Lambertonis, a parte orientis; juxta iter tendens da Ste Johanne versus Pontem, in Royanis, a parte venti; juxta terram nobilis Petri Meyarie, a parte occidentis; et juxta terram Glaudii Fallavellonis et ejus consanguinei, a parte boree. —

6. — Item magis, dimidiam quartam frumenti, ad d. mens. Pontis, et duos denarios cum obolo bone monete, a quolibet habitatore Monetam Symeonis, d. par. Ste Laurentii et Alaysiam ejus uxorem, cum placito contracto, de et super quadam pecia terre, continente unam sestariatam, vel circa, sita in d. mand. Pontis in Royanis, loco dicto in Comba de la Brollia, juxta iter publicum tendens da Fonte Falconati versus Iracollum, a parte orientis; juxta terram heredum Johannis Fogerii, et duabus partibus, scilicet venti et boree; et juxta terram Petri, Johannis et Eymarii de Bruni, fratrum, a parte occidentis. —

7. — Item plus, unam quartam cum dimidia frumenti et tredecim denarios bone monete, cum placito contracto, a quolibet habitatore predictos Monetam Symeonis et Alaysiam, ejus uxorem, de et super una sestariata terre, sita in d. mand. Pontis et in par. Ste Laurentii, in dicto territorio de la Brollia, juxta iter publicum tendens da Iracollo et Callam, a parte venti; juxta terras dictorum conjugum, et aliis partibus. —

8. — Item plus, unam quartam frumenti, ad d. mens. Pontis, et tres denarios cum placito contracto, annuatim, debitos per prenominatos conjuges, de et super quadam grangia, terre et canipi novi pecia, continentibus circa unam sestariatam, sitam in d. mand.

in d.o mand.to Pontis, loco dicto in Route Falconeti, juxta terram predictorum conjugum, ex parte orientis: juxta (margina) Rivi: et Johannis Fogarii, et duabus partibus, scilicet vente et occidentis: et juxta terram Glaudii Borelli, itinere publico tendente ad Tracollum, transeunte infra tenementum. —

9. — Item plus, unam quartam cum dimidia frumenti, ad fr.i mens. Pontis, et sex decim denarios bone monete cenhis, asmuatim, debitos, cum placito consueto, per predictos conjugas; in et super una sestariata terre, sita in parochia St.i Laurentii, in d.o mand.to Pontis, loco dicto in . . . . . juxta iter publicum, tendens versus . . . . tres versus Gradum, Matti, a parte orientis: juxta aliud iter tendens a d.o St.o Laurentio versus Tracollum, a parte vente: et juxta terras dictorum conjugum, ex aliis partibus. —

10. — Item magis, unum quartale frumenti, ad mens. Pontis, et duos solidos bone monete, cum placito consueto; a quolibet debitos per Michaelem, Brevarii et per . . . . filium Johannis Bonidoni et per Petrum, Bonidoni, de et super quodam tenemento domus, terre et prati contigue, continente in toto circa unam ayminatam, sito in d.o mand.to Pontis et in par. St.i Laurentii, loco dicto in Burgo, juxta iter publicum tendens a dicto Burgo versus hospitale, a parte orientis: juxta grangiam, ortum et pratum, predicti Michaelis Brevarii et Petri Bonidoni, a parte vente: juxta pratum et curtile Francoysie Algode, a parte occidentis: et juxta ortum, Johannis Malisanguinis a parte boree. —

11. — Item plus, tres ayminas siliginis, ad mens. Pontis, et unum denarium, solidos bone monete, a quolibet debitos et debitas per Petrum, Burgondionis, alias Caillat, d.e par. St.i Laurentii tutorem, et legitimum administratorem, liberorum, et heredum, Petri Echanini predicte parochie, et tres decim solidos cum dimidio bone monete de placito in qualibet mutatione novi domini et possessoris, de et super quodam pecia terre dictorum liberorum, continente sex sestariatas vel circa, sita in d.o mand.to Pontis et in par. St.i Laurentii, locis dictis in Calma et au Vinar, juxta terram et curtile predictorum liberorum, a parte orientis: juxta aquam de Tholote, a parte inferiori: juxta iter tendens de ralia Beati (Memorii) versus Stum Nazarium, dictum per, a parte boree: juxta pratum Glaudii Falavelli et heredum quorumque consanguineorum, et domum et terram heredum Petri Gachati, ex aliis partibus. —

12. Item plus,

12.— Item plus, unum quartale frumenti, ad d. mens. Pontis, a quolibet habitan. per Landonum Baudeyni, de par. Ste Laurentii, cum placito quinque denariorum in qualibet mutatione novi domini et possessoris, super una ayminata terre, sita in dicto mandamento Pontis, et in dicta par. Ste Laurentii, loco dicto in Ortis, prope Burgum, dicto à Ste Laurentii, juxta pratum Francisci Falavelli, a parte orientis: juxta terram Caterine Blandine ex duabus partibus: heredes Caterine Tassota et Johannis Malisanguinis possidentes ex altera parte.

13.— Item plus, unam ayminatam siliginis, ad pred. mens. Pontis, a quolibet habitan. per Glaudium, Eulimonam, Reymondum et Anthonium, Cheylonis, de par. Ste Laurentii, ea et super rebus et possessionibus subscriptis: (1°) Primo super quadam pecia terre et orti contigua, continente circa dimidiam quartalatam, sita in dicto mandamento Pontis, in Burgo Ste Laurentii, juxta ortum dictorum fratrum, a parte orientis: juxta ortum cura dicti loci a parte venti: juxta terram Francisci Rossati alias Guillot, a parte occidentis: et juxta iter tendens versus Pasqualeriam, a parte boree. — (2°) Item plus super quadam pecia terre, que solebat esse pratum, continente circa unam sestariatam, sita in dicto mandamento Pontis et super. Ste Laurentii, loco dicto versus Pasqualeriam, juxta iter publicum tendens de Pasqualeria versus Pontem, in Royanis, a parte orientis: juxta aliud iter promovens de predicto itinere et tendens versus Bastidam in Royanis, a parte venti: et Johannes Mucelli possidet ex aliis duabus partibus, scilicet occidentis et boree. —

14.— Item plus, tres ayminas siliginis, ad d. mens. Pontis, a quolibet habitat. per predictos fratres, cum placito decem octo denariorum bone monete in qualibet mutatione novi domini et possessoris, super quadam pecia terre, continente tres sestariatas vel circa, sita in dicto mandamento et parochia, loco dicto in Bonens, juxta terras dictorum fratrum, Francisci Rossati alias Guillot, terram que et pratum vocatum Berbier, ex duabus partibus, scilicet orientis et venti: et juxta terram Petri Bruneri, ex aliis duabus partibus, scilicet occidentis et boree. —

15.— Item magis, unam ayminam siliginis, ad pred. mens. Pontis, a quolibet habitan. per predictos fratres, cum placito sex denariorum, bone monete in qualibet mutatione novi domini et possessoris, super quadam pecia terre, continente tres ayminatas vel circa, sita in dicto mandamento et parochia, loco dicto in Masso, juxta terram heredum

heredum Johannis Boyssonis et terram heredum Johannis Malisanguinis, a parte orientis: juxta terram Glaudii Boerii et ejus nepotis et liberorum Arnaudi Garenchi, a parte occidentis: juxta violum de Torrel, a parte venti: et juxta terram dictorum heredum Johannis Malisanguinis, a parte boree.—

16.—Item plus, unum quartale frumenti, ad mens. Pontis, unam gallinam, et tres denarios bone monete annuatim, debitos, debitam et debitum, per Petrum Mucelli et Johametam Talavelle, ejus uxorem, D.ce par.ie Ste Laurentii, cum placito consueto, de et super vel in et possessionibus subscriptis:—(1o) primo, super quadam domo huic cum solello et terra contiguis, continente circa unam, tastariatam, terre, una etiam cum dumiis et vernicellis contiguis, continentibus unam aliam, tastariatam, vel circa, in dicto mandamento Pontis et parochia Ste Laurentii, locis dictis in Bruchato et in Brollio, juxta hortum et vernicellum, heredum Petri Rosseti, a partibus orientis et superiori: juxta iter publicum, tendens de valle sancti Memorii ad Pontem Lionne, a dicta parte superiori: juxta terram et pratum dictorum conjugum, a parte inferiori: et juxta quendam violum, tendentem versus Brollum ex reliqua parte.—(2o) Item plus, super quodam nemore castagnereto, continente tres quartelatas vel circa, sito in dicto mandto et parochia, in dicto territorio de Bruchato, juxta iter publicum tendens de valle Ste Memorii ad fontem Lyonne de subtus: juxta aliud iter tendens ad Trollum, de super: juxta terram heredum Petri Poysa et terram Jandoni Dagdo, a parte orientis: et juxta Loz Payre heredum Petri Rosseti de Campolongo, a parte venti.—

17.—Item plus, sex denarios bone monete, cum placito consueto, annuatim debitos per Petrum Barnerii, alias Martelli, D.ce par. Ste Laurentii, heredem Bernardi Martelli, de et super quadam pecia terre, continente unam quartelatam, cum dimidia vel circa, sita in dicto mandto Pontis et parochia Ste Laurtii, loco dicto in Garachatia: cui fossis est idem Petrus Barnerii, ex parte una, et dominio directo Philiberti domini Cassenatici antique, et Anthonius Lamberti fossis est ex aliis partibus.

18.—Item plus, unam quartam frumenti, ad pred. mens. Pontis, et qualibet debitam, cum denariis de placito in qualibet mutatione novi domini et possessoris, per Jacobum et Johannam Fogerii, fratres, D.ce par. Ste Laurtii, super una tastariata terre, sita in dicto mandto Pontis et parochia Ste Laurtii, loco dicto in Fonte Falconati, juxta terram Michaelis Bruni et Glaudii Boerii, a parte orientis: juxta terram heredum Anthonii Garnerii, a parte venti: juxta iter publicum, tendens de

Ste Johanna

S.te Johanne ad Portem in Royanis, a parte occidentis: et juxta terram, et pratum dictorum, Jacobi et Johannis Fogerii fratrum, a parte boree. —

19. — Item plus, unam quartam siliginis, ad d. mens. Portis, a quolibet habitam per predictos fratres super medietate pro indiviso, cum directo dominio heredum nobilis Petri Mayarie, ejus dem pacie terre, continentis unam quartalatam, vel circa, sitam in dicto mand.to et parochia, loco dicto in curtili Guicharel: cujus possessores Glaudius Boerii et ejus nepos, a parte una: dicti heredes nobilis Petri Mayarie possidet ex altera parte, quodam bedali seu ayali intermedio: et iter tendens a domo dictorum fratrum versus Portem Martinca, cohaerentem de subtus, a parte boree; et super alia medietate dicte pacie terre participant dicti heredes nobilis Petri Mayarie unam aliam quartam siliginis decenie annuo. —

20. — Item plus, duas quartas cum dimidia frumenti, ad d. mens. Portis, et unam gallinam censuales, a quolibet habitas per prenominatos fratres, dant super quodam tenamento terre et parricelli contigui, continuate de terra gaginabili circa unam sestariatam, sita in d.o mand.to Portis, loco dicto in Paldollaria, juxta terram dictorum fratrum, ex duabus partibus, scilicet, orientis et boree: juxta iter tendens de S.te Johanne versus Portem in Royanis, a parte occidentis, et juxta terram heredum Petri Garnerii ex parte venti.

21. — Item plus, unam quartam frumenti, ad d. mens. Portis, a quolibet habitam per predictos fratres Jacobum et Johannem Fogerii, super medietate pro indiviso, cum directo dominio, heredum nobilis Petri Mayarie, cujus dam pacie terre et blachie continentis circa unam eyminatam, site in dicto mand.to et parochia, loco predicto de Paldollaria: et pro dicti predicti fratres ex duabus partibus, scilicet orientis et venti: Johannes Canonici pro dat a parte occidentis, quodam itinare intermedio et super alia medietate pacie terre et dicte blachie dicti heredes nobilis Petri Mayarie participant unam aliam quartam frumenti censualem, et annualem; unacum ipsorum censuum, terminorum, et additorum, superius permutatorum et excambiatorum, emphiteosi et directo dominio rerum et possessionum superius confinatarum et declaratarum, pro quibus et super quibus dabantur.

Ad predictos census, servitia, redditus, placita et mutagia cum suis emphiteosi et directo dominio superius per et inter dictas partes permutatas et excambiatas, permutatoque et excambiato, hal endum, tenendum, possidendum, fruendum, utendum, gaudendum, alienandum, permutandum, una pars illos et illa sibi, titulo permutationis seu excambii, et e contra, et tradidos et tradita et alteri totum id et quicquid de eisdem amodo in antea placuerit et videbitur

videbitur faciendum, disponendum et ordinandum. Verum si predicti census, servitia et ... fuit valent ... totum id ... fuit valeat ... dant et concedunt ... ut anni decederent ad ruptum ... Et de quibus censibus ... se devestierunt ... videlicet ... prior et monachi ... in manibus ... domini cassenatici ... per traditionem unius calami ... ipsum ... de eisdem per quidem calami traditionem ... actinando et investiendo ... Et quia dicti census ... monachis traditi ... sunt ... fruel jurisdictionem ... domini cassenatici ... Idcirco ipse dominus cassenatici ... de eisdem ... se devestit ... in manibus prefati ... prioris ... de eisdem retinendo et investiendo ... ipsos census ... dictis priori et conventui admortizat, ita et taliter quod de eisdem, de cetero et perpetuo, frui, uti et gaudere possint et valeant sine solutione alicujus tributi et prestatione hominagii, tanquam de re propria mera libera et pure ecclesiastica .... Les parties ne reservent aucun droit dans les choses échangées ... Mandantes ... et precipientes ... predicte partes ... dictis hominibus, fatsonis, colonis et tenementariis superius nominatis, dictos census, servitia, redditus, plaita, metagia et alia supradicta cum suis emphiteosi et directo dominio facientibus et habentibus de quatenus recetare .. Ils paient les cens au nouveau maître et s'obligent à son égard à tout ce à quoi ils étaient tenus envers l'ancien ... Quas quidem permutationes ... conventiones et pacta ... promiserunt et juraverunt dicte partes ... ratas, gratas ... et firmas, grata et firma habere perpetuoque tenere ... Ipsique rector domini prior et monachi predictum instrumentum et omnia et singula in eodem contenta et descripta laudari, ratificari et confirmari facere per capitulum generale domus religiose majoris Cartusie ad requisitionem predicti domini cassenatici vel suorum. Deinde renunciaverunt ... toutes les formules habituelles ... Dicte vero ... prior et religiosi ... omnibus juribus, legibus, foundreriis, privilegiis et immunitatibus pro et in favorem religiosorum introductis et introducendis, sibi in hoc actu competentibus vel competituris; et predictus dominus cassenatici privilegiis et libertatibus militibus competentibus et competituris et quibus ta jure se posset in hoc actu et quoad premissa ... ... Quibus premissis omnibus et singulis supradictis dicte partes contrahentes sibi fieri, tradi et expediri petierunt duo unius et ejusdem tenoris et substantie publica instrumenta, pro qualibet parte unum valiturum et tot quot inde habere voluerint sibique fuerint necessaria et opportuna, per nos notarios subscriptos, dictanda, corrigenda, meliorandi ac iterum de novo, si fuerit opus, reficienda de consilium vel dictamen

unius vel

unius vel plurium, in jure stipulanteum, promictanteum, judicio valere, facti vero ejus substantiam in aliquo non mutando.

Data et recitata fuere premissa, ut supra, presentibus nobilibus Francone Rapellini, castellano Pontis in Royanis, Francisco, filio Francisci Desdarii alias Symonet, dicti loci Pontis in Royanis, Anthonio de Azzago alias Symonet, de Ste Marcellino, Jordano, filio Goneti Macagre, dicti loci Pontis in Royanis, Petro Luxore alias Vigray, Johanne Bordelli alias Pallat, parochie Borantii, Glaudio Bordonis de Alavardo, Johanne, filio Monetti Bordelli, parochie Ste Martini de Colomello, testibus ad premissa astantibus et vocatis. Ego vero Martinus Parroti, civis Gratianopolitanus, clericus dalphinalis secretarius, imperiali et dalphinali auctoritatibus publicus notarius, qui premissis omnibus, dum sic agebantur, una cum prefato magistro Petro Botarini notario publico, collega et adjutore meo, testibus supra scriptis, presens fui, hoc que publicum instrumentum cum dicto notario rogatus recepi, quod per nostram, fidelem coadjutorem grossatum in hiis tribus pellibus pergameni et unius pergameni juncte, facta prius collatione de eodem per nos cum nostro proprio originali protocollo, hic me manu mea propria subscripsi, signoque meo solito in principio ejusdem signavi, ad opus et pro parte dictorum domini prioris Pallis Ste Maria et conventus ejusdem, in testimonium premissorum. — Ego vero etiam jamdictus Petrus Botarini, clericus de Ponte in Royanis, Gratianopolitane diocesis, auctoritate dalphinali notarius publicus, curiarum majorum Viennen. et Valentin. juratus, qui cum supe nominato magistro Martino Parroti, notario publico mecum juncto, et testibus supra scriptis, de ipsis supra scriptis cum eodem notario simpli, ac qua hoc instrumentum inde per eumdem, sub eo signatum, confectum extitit, per meque hunc manu mea propria subscripto et signeto meo pariter solito signatum, in testimonium premissorum, signavi. —

(Magnat. III. pag. 50-65.). —

La chartreuse cède donc comme cens annuel : « 4 setiers, 6 émines, 14 quartes, 5 deniers et 4 oboles-ferfud à Montélier sur 80 sommées de vigne, 38 setiérées de terre dont 2 de pré, 5 jardins, 3 maisons dont 2 avec jardin et un bois. — L'église de Ste Ange elle reçoit comme cens annuel : 13 sols, 6 deniers et ½, 1 obole, 4 poules, 8 émines de seigle,

45 poignées de

15 et ½ quartes

15 et 1/2 cartes de froment et seigle, et 4 et 1/2 cartes de froment, qui sont parçus sur 20 idoréas, 8 et 1/2 émynées et 11 quartalées de terre, en la plesiast, un faou de pré et jardin, et 4 maisons et une grange. —

Cens — Résumé des cens donnés par Jacques de Salmenge. —

Sols.	den.	Obol.	Emi-nées	Quartes.	Cartals	Poulx	Idoréas	Seminées	quartalées			
1.				1.1/2.					5.	pré.	à St Laurent	en Brollia
2.	2.1/2.			1/2.			1.			terre.	ibid.	en Brollia.
3.	2.								1/2	terre	ibid.	en Laurenes.
4.	18.				1.	1.	1.			Maison, curtil, pré	ibid.	en la Bidiara.
5.				1. 3. 1.	1.			3.		terre	ibid.	en Rosmaria en Sayancia.
6.	2.	1.			1/2.		1.			terre.	Poult.	en Comba de Brollia.
7.	16.			1.1/2.			1.			terre	St Laurent.	en la Brollia.
10.	2.				1.			1.		maison, terre et pré	ibid.	in Burgo.
11.	11.		3.				6.			terre	ibid.	in Calma et en Vinay.
8.	3.			1.			1.			grange terre	ibid.	Fonte Falconeti.
9.	16.			1.1/2			1.			terre	ibid.	in . . . .
12.					1.			1.		terre	ibid.	in ortis prope burgum.
13.			1.	1.					1/2.	terre, jardin	ibid.	in burgo.
										terre	ibid.	portus Pasqualerium.
14.			3.	1.				3.		terre	ibid.	in Bonans.
15.			1.	1.				3.		terre.	ibid.	in Masso.
16.	3.				1.	1.				maison terre	ibid.	in Bruchato
										maison terre	. . . .	in Brollio
									3.	bois chataigniers	ibid.	in Bruchato,
17.	6.								1.1/2	terre	ibid.	in Garachetia.
18.				1.			1.			terre	ibd.	Fonte Falconeti.
19.				1.1.					1/2.	terre	ibid.	Curtili Guicharel.
20.				2.1/2.	1.	1.				terre et vem.	Poult.	in Saldollaria.
21.				1.				1/2.		terre et . . .	St L.	in Palazdollaria. —
13 s.	68.	1.	8.	1.	15 et 1/2	4 et 1/2	4.	20.	8 et 1/2	11.		

4 maisons - 1 grange. —

217. **1477, 30 Oct.** — Le prieur du Val Ste Marie, D. Pierre Cordonnier, et la communauté albergent à André Leyssert, autrement dit Vigne, de Bouvantes, environ 6 cotalerées de terre, situées au territoire de Bouvantes, en la Rochette, moyennant la 6e partie de la récolte du blé quand il y en viendra. —

In nomine Domini, Amen. Noverint universi quod ad perpetuam rei memoriam infrascripta collidi discreti viri magistri Petri Perrochini, quondam notarii publici, quam grossare non potuit mortis prevencio. Idcirco ego Guillermus Perrochini, auctoritate dalphinali notarius publicus et commissarius deputatus per egregium virum, dominum Robertum Marchandi, legum doctorem, et judicem ordinarium Pontis in Royanis, virtute mee commissionis, ipsam a protocollo dicti quondam notarii extraxi et in formam publicam redegi. Cujus quidem note tenor talis est:

Albergamentum Andree Leyssert alias Vigna. — Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo et die penultima mensis octobris (1477. 30 oct.) coram me notario publico et testibus subscriptis, personaliter constituti venerabiles et religiosi viri dompni Petrus Cordonerii, prior Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie, et de ejus auctoritate et licencia dompni Johannes Vicarii, procurator dicti ordinis, Philippus de Curia, Johannes de Veyrio, Anthonius de Aquis, monachi dicti ordinis Cartusie, omnes simul in capitulo dicti conventus Vallis Ste Marie quoad infrascripta paragenda congregati. Qui scientes etc... de auctoritate dicti dompni prioris ibidem presentis, albergaverunt et albergant Andree Leyssert alias Vigna, de Vinolis, parochie Bovantis, presentem etc... videlicet quoddam tenementum terrarum, situm in mandamento Bovantis, loco dicto in Rochata, sive in dotis Rochete, continens circa sexaginta sestariatas terre hermas et nemorum, juxta prateum Andoni Perini, a bossa; et juxta tendens a Oysencia a Valle Ste Marie, avento et ab oriente: et juxta tendens a dicto Vallis, ab occidente; cum suis aliis confinibus: et habendum etc... Et hoc sub censu annuo percipiendo in dicto tenamento supra confinato et albergato, anno quolibet et perpetuo, quum tamen preysia bladi crescat et in dicto tenemento supra confinato et albergato: et non alias, videlicet sexta portis preysia crescendo in dicto tenemento.

Et fuit actum et relentum per dictum dompnum priorem, quod dictus Andreas, nec sui liberi

nec sui dictum tenementum, vendere nec alienare non possint sine licentia dicte dompne prioris in actis curie etc.. Promittentes dicti dompni religiosi et dominus prior, vocato eorum religionis, predicta attendere etc.. et dictus Andreas juramentum suum non contravenire etc.. Actum in capitulo conventus Valliste Marie, presentibus testibus Petro Morandi, Johanne Bergie, dictiloci, et me Parrochini.

Eaque mee dicte commissionis tabellionatus R. Marchandi, legum doctoris, prioris ordinarii Pontis in Royans, dilecto nostro magistro Guillermo Parrochini, notario publico, tabellionatus prefate hereditatis, dilecti viri magistri Johannis Parrochini ... genitoris vestri, etc..

Datum in Ste Marcellino die ultima mensis septembris Anno Dni 1523, R. Marchandi, judex.

Ego vero Guillermus Parrochini, auctoritate dicti nobilis notarii et commissarii prefatus, virtute dicte mee commissionis, ipsam notam a protocollis dicti quondam notarii non viciatam, cancellatam, nec in aliqua sui parte suspectam, extraxi et manu aliena grossari feci et facta debita collatione, ibidem me subsignavi in fidem premissorum. G. Parrochini not. -

(Magnat. VI. pag. 64-65.) —

218.- 1479, 22 sept. — Le Prieur du Val Ste Marie, D. Pierre Cordonnier, loue pour un an les pâturages des montagnes de la Chartreuse à noble Guillaume Arjerii, à Bertrand Barnard, Jean Bovier ou Faure et Etienne Raynaud, de la Bastide de Vercors, moyennant 220 florins monnaie courante.

In nomine Domini, Amen. Noverint universi et singuli, presentes pariterque futuri, hoc presens, verum et publicum instrumentum, inspecturi tam presentibus quam futuris apparere evidenter et sit notum, (sit le copiste a fait quelque confusion), quod anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono et die vicesima secunda mensis septembris (1479, 22 sept.) loco subscripto, coram me notario publico et testibus infrascriptis, personaliter constitutus † venerabilis et religiosus vir dompnus Petrus Cordonerii, prior prioratus Vallis Ste Marie, ordinis Cartusie, Diensis diocesis, qui sciens, certus, prudens et spontaneus, nomine suo et suorum successorum, in dicto ejus prioratu quoscumque, arrendavit et locavit et, titulo arrendamenti seu loquerii, tradidit, cessit et concessit nobili Guillelmo (Arjerii), Bertrando Barnardi, Johannis

Johannis Boverii alias Fabri et Stephano Raynardi, mandamenti Batide Varcorii, dicte diocesis Diensis, presentibus, arrendantibus et stipulantibus et recipientibus nominibus suis et horum successorum quorumcumque, videlicet, herbagium et pasqueragium montium Vallis Ste Marie, dicti ordinis, ad habendum, tenendum, possidendum, et quicquid eisdem arrendatoribus de dictis pasqueragiis et herbagiis, durante termino infrascripto, placuerit et videbitur faciendum, et hoc per terminum sive spatium unius anni proxime venturi, inchoandi in proximo venturo festo maii et finiendi in festo tunc sequenti omnium Sanctorum, et hoc precio et nomine precii undecim viginti florenorum, monete currentis; quod quidem precium florenos monete currentis solvere promiserunt dicti arrendatores, per juramenta sua propria ab ipsis et ipsorum quolibet super sancta Dei evangelia gratis corporaliter prestita, et sub obligatione et hypotheca expressa omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, quorumcumque, dare, solvere et realiter expedire eidem dompno priori aut suis in dicto priorato successoribus quibuscumque, aut ejus certo nuntio, procuratori vel mandato, in pace et sine lite quovenda: videlicet ad ipsius dompni prioris vel suorum primam et simplicem requestam, una cum omnibus dampnis, missionibus, interesse et expensis si que fierent, occasione predictorum undecim viginti florenorum, vel partis alicujus ipsorum recuperandorum. Et fuit actum, inter dictas partes contrahentes, quod idem dompnus prior ponere possit cum suis animalibus, in dictis montibus Vallis, videlicet tot animalia suorum amicorum, ad pasqueradum in dictis montibus. Quod quidem arrendamentum ceteraque omnia in dicto instrumento contenta et descripta promisit dictus dompnus prior arrendator, per juramentum suum, sub voto sue religionis, manibus ad pectus ponendo, more religiosorum, et sub expressa et hypotheca obligatione omnium et singulorum bonorum suorum et dicti sui prioratus mobilium et immobilium, presentium et futurorum, quorumcumque, omnia et singula in hoc presenti publico instrumento contenta et descripta, dictos nobiles Guillelmo (Arjerii), Bertrando Barnardi, Johanni Boverii alias Fabri, et Stephano Raynardi, arrendatoribus presentibus, stipulantibus et recipientibus, ut supra, manutenere, defendere, amparare, tarvare et custodire ab omnibus et contra omnes, in judicio et extra, durante supradicto termino arrendamenti unius anni. Et dicti Guillelmus (Arjerii), Bertrandus Barnardi, Johannes Boverii alias Fabri et Stephanus Raymardi, nominibus suis et suorum, sub virtute suorum juramentorum prestitorum, juramentorum, dare, solvere et realiter

expedire

expedire dicto dompno priori vel suis, dictos undecim vigintiflorenos monete, modo et forma predictis. Et pro predictis omnibus et singulis melius et cautius attendendis, manutenendis, complendis pariter et observandis, se dicti contrahentes et eorum quemlibet et omnia eorum et cujuslibet ipsorum bona habita et habenda supposuerunt et submiserunt curie majoris Vienn. et Valent. Ste Marcellini, et curiis omnibus domini episcopi Valentinensis et Diensis et cujuslibet et ipsarum in solidum. Per quas quidem curias et quamlibet ipsarum quemlibet in solidum, voluerunt et expresse concesserunt dicti arrendatores, se et sua posse cogi et compelli et viriliter coerceri quod ad solutionem premissorum undecim vigintiflorenorum dicte monete. Et hoc cum et sub omni juris et facti renuntiatione ad hoc necessaria, utili, habita pariter et cautela .... De quibus omnibus dicte partes contrahentes fecerunt et sibi ad invicem fieri voluerunt et concesserunt per me notarium subscriptum duo publica instrumenta .... Acta fuerunt premissa in parochia Casselle Varcorii, scilicet ante domum Bertrandi et Francisci Bernardi, presentibus testibus, x venerabili et religioso viro domino Johanne Berengarii, abbate Lioncelli, Johanne Bernardi, Johanne Ramberti, Ponceto Gattodi, Gastono Casserii, ad premissa presentibus: et me Petro Parochini, notario auctoritate dalphinali publico, qui de premissis notam sumpsi, et que quidem nota hoc presens instrumentum extraxi scripsi et grossavi signoque meo tabellionali ... signavi in testimonium premissorum. —

(Magnat. IV. pag. 60-61.). —

---

219. — 1482, 29 Mars. — Guillaume Botin, marchand de St. Antoine, donne en allergement perpetuel au prieur du V. de Ste Marie, D. Pierre Michon, un pré d'environ deux setérées, situé à Ste Eulalie en Royans, moyennant un cens annuel et perpetuel d'une obole et 100 florins d'intrage. —

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum et publicum instrumentum, tam presentibus quam futuris cunctis appareat evidenter et sit notum, quod anno millesimo quatercentesimo octuagesimo secundo et die vicesima nona mensis marcii (1482, 29 Mars), loco subscripto, coram nobis notariis publicis et testibus infrascriptis, personaliter constitutus honestus vir Guillelmus Botini, mercator, habitator Sancti Anthonii, Viennensis dyocesis, qui non errans in aliquo, nec deceptus, sed sciens, gratis et sponte, nomine suo et suorum heredum

heredum et imposterum successorum quorumcumque, allergavit et, titulo feudi, prefecti, fraxhatus, simplicis et irrevocabilis allergamenti, habere voluit et concessit venerabili et religioso viro dompno Petro Michonis, humili priori domus Vallis Ste Marie, ordinis cartusiensis, Diensis dyocesis, presenti, allerganti, stipulanti solempniter et recipienti prout et pro imposterum successoribus in dicta domo Vallis quibuscunque, videlicet: quoddam pratum, situm in parochia Sancte Eulalie in Royanis, loco dicto in Terratis, contenens circa duas sestariatas prati, juxta pratum, heredum Johannis Soffredi alias Chambre, avanto, et juxta pratum, et terram, Symondi Manestarii, a borea: et juxta pratum Francisci Bratonis et morum, nepotum, ab oriente et a borea: et juxta aquam Burne, de subtus, a Occidente: cum suis aliis confinibus, ingressibus, egressibus, aquagiis, bealagiis, juribus et pertinentiis dicti prati supra confinati quibuscunque, ad habendum, tenendum, frutiendum, vendendum, donandum, alienandum, permutandum et quicquid eidem dompno priori allerganti et suis placuerit et voluerit faciendum: sub censa annuo seu canone unius obole bone monete census, cum placito commuto in mutatione domini et possessoris quolibet; dictum censum, in festo omnium sanctorum, et commetum, ad locum Portis, per dictum dompnum priorem allergantem et suos eidem Guillelmo et suis persolvendum; Et sub introgiis et nomine introgiorum centum florenorum monete currentis. Que quidem introgia prefatus Guillelmus Botini habuisse et recepisse confessus fuit a dicto dompno priore, in tantum quod de eisdem ipsum dompnum priorem et suos de eisdem introgiis quictavit, cum pacto de non ulterius petendo ... occasione dictorum introgiorum ... Si vero dictum pratum plus valet ... totum illud plus valens ... dedit dictus Guillelmus ... prefato dompno priori ... donatione ... irrevocabili ... inter vivos ... Propterea se dictus Guillelmus ... de dicto prato in manu dicti dompni ... tradidit more unius calami ... et investivit. Et quoad dictum aquagium dicti prati se devestivit in manibus nostrum, notariorum, recipientium, nomine domini mei castellanie et Portis in Royanis, de cujus directo dominio aquagium dicitur teneri. Rogans ... dictus Guillelmus dictum dominum ... qualitenus dictum dompnum priorem de predicto aquagio investire et retinere valit. Promictens ... dictus Guillelmus ... et dompnus prior ... etc. formulas ordinarias ... supponentes se dicte partes ... suos et omnia bona sua ... curie ... parlamenti Dalphini alis Gratianopolis residentis cuilibet Ste Marcellini minoris Viam, et valent per quas ...

... quo quidem actus ... se cogi et compelli voluerunt quoad premissa omnia melius attendenda .... Acta fuerunt premissa in Pontis Royanis, scilicet in domo dicti ordinis Vallis Ste Marie, presentibus testibus nobili Francisco Disderii alias Salati, Johanne Francoys alias Forbellon, Guillelmo Gastodi, fabro dicti loci Pontis, Guillelmo Floreti dicti loci Ste Anthonii, Authanio et Guigone Bouvati parochie Ste Martini Varcoriii (corrigé: Varcociii), ad premissa vocatis et rogatis; et nos Petro Botarini et Petro Parrochini, notariis publicis subscriptis.

Postque, anno predicto et die decima octima mensis junii (1482, 17 Juin), coram, nobis dictis notariis publicis et testibus infrascriptis, personaliter constitutus nobilis Eymericus Bolognie, parochie Ste Laurentii in Royanis, dicens se dioecesis et mistralis Cavarum, et emolumentorum domini mei Cathanatici et Pontis in Royanis, informatus ad plenum de infrascripto albergamento et de contentis in eodem, dictum dominum Petrum Michonis, priorem, presentem, stipulantem et recipientem nomine suo et morum ... successorum ... traditione unius calami ... quoad aquagium dicti prati supra albergati investivit et retinuit, salvo jure ipsius domini et quolibet alieno. Et de laudimiis sibi, occasione premissorum, debitis ipsum dominum priorem et suos nomine quo supra, quictavit cum promissionibus, remissionibus et de autulis opportunis. De quibus premissis omnibus dictus dominus prior petiit et dictus nobilis Eymericus eidem fieri concessit per nos notarios subscriptos publicum instrumentum ...

Acta fuerunt premissa in Pontis Royanis, scilicet in domo dicti ordinis Vallis predicte, testibus Felicio Faysani, Johanne Liatardi alias Clanchan, Guillelmo Gastodi, ad premissa vocatis et rogatis; Et me Petro Parrochini, habitatore Pontis in Royanis, notario auctoritate dalphinali publico, qui ea premissis, meum provido Petro Botarini (ita) notario, notam sumpsi, ex qua hoc presens instrumentum extraxi et grossari feci, in quoque me subscripsi signoque meo solito signavi in testimonium et robur premissorum. — (Magnat. II. pag. 65-67.) —

220.— 1482, 29 Mars.— Le même Guillaume Botin, marchant de St Antoine, donne à V. Pierre Michon, prieur du Val Ste Marie, l'obole de cens annuel, avec le domaine

le domaine direct, qu'il doit percevoir sur le pré précédemment albergé, situé à la Eulalie en Tariatis. –

In nomine Domini, Amen. Per hoc presens, verum, et publicum, instrumentum, cunctis, tam presentibus quam futuris, appareat evidenter et sit notum, quod anno Domini millesimo quatercentesimo octuagesimo secundo et die vicesima nona marcii martii (1482, 29 Mart), coram, nobis notariis publicis subscriptis et testibus infrascriptis personaliter constitutus honestus vir Guillelmus Botini, mercator, habitator Ste Anthonii, Viennensis dyocesis, qui non errans in aliquo, nec deceptus, sed sciens, gratis et sponte, nomine suo et suorum heredum ac imposterum successorum quorumcumque; attendens et considerans per eumdem Guillelmum divinis officiis, que die in dies, celebrantur in ecclesia Valliis Ste Marie, ordinis Cartusiensis, ac devotione motus dedit, cessit, quittavit perpetuo penitus et remisit venerabili et religioso viro domno Petro Michonis, huius loci prioris dicte domus Vallis Ste Marie, dicte Diensis dyocesis, presenti, acceptanti, stipulanti et recipienti pro se et suis in dicto suo priorato successoribus quibuscumque, videlicet: unum obolum censualem, unacum placito et directo dominio ejusdem. Quem quidem obolum censualem, unacum placito et dominio directo ejusdem, idem dominus prior de cetero annuo facient et tenebatur facere dicto Guillelmo et suis, cujusdam prati, dicta die supra scripta dicto domino priori per dictum Guillelmum Botini allegatum, situm in Tariatis, juxta suos confines, contentos et descriptos in instrumento dicti allegamenti per nos notarios subscriptos recepto; ipsumque dominum priorem et suos successores de eodem obolo censuali donato, cesso et remisso, unacum placito et directo dominio ejusdem, in locum suum totaliter ponendo: ad habendum, tenendum, utendum, dominandumque, alienandum et quicquid eidem domino priori et suis successoribus et perpetuo de eisdem, cessit, donavit et quittavit placuerit et videbitur faciendum, constituens ... dictus donator ... predicta cessa .. tenere ... precario nomine .. dicto domino priori .. donec ipse dominus prior .. possessionem apprehenderit corporalem; quam apprehendere possit et valeat ex nunc in antea .... ipsumque dominum priorem ... in premissis contra placito et directo dominio verum dominum et procuratorem legitimum ... faciendo ... Michil juris, actionis ... sibi .. neque suis retinendo; sed in dictum

in dictum Dompnum priorem et suos totalites transferendo ... devestiens se et suos ... de dicto obolo census ... placitoque et dominio directo ejusdem ... Promittens inde dictus Guillelmus etc ... formulas ordinarias .... Ethoc cum et sub omni juris et facti renunciatione ad hec necessaria, utili, habita pariter et tacita ... Quibus premissis omnibus dictus dompnus prior petiit et dictus Guillelmus Botini eidem fieri confessit per nos notarios publicos subscriptos, publicum instrumentum, dictandum, corrigendum, et de novo, si opus fuerit, reficiendum ad consilium et dictamen unius vel plurium juris peritorum, facti tamen substantia in aliquo non mutata. — Acta fuerunt premissa in Ponte Royanis, videlicet in domo dicti ordinis Vallis Ste Marie, presentibus testibus Guillelmo Gastodi, fabro dicti loci, Guigone Bornati, parochie Capelle Varcorii, Glaudio Bozonati, pignerio habitatore dicti loci, ad premissa vocatis et rogatis : Et me Petro Parrochini habitatore Pontis in Royanis, notario auctoritate dalphinali publica, qui de premissis, una cum, provido viro Petro Botini notario, notam sumpsi, et quam hoc presens publicum instrumentum extraxi ... ita ...

(Magnat. VI. pag. 65-66.). —

---

221. — 1483, 8 Août. — Transaction entre le prieur de Val Ste Marie, D. Pierre Michon, et celui de Pont en Royans, Antoine Vallini, au sujet de la dîme du vin sur les vignes de la chartreuse auprès Pont. L'arbitre frère Guillaume Guillon, vicaire général de l'abbé de St-Antoine, décide que les anciennes vignes de la chartreuse ne sont pas soumises à la dîme, mais qu'elle doit payer un baral de vin de cens annuel au prieur de Pont pour la vigne nouvellement achetée; elle devra racheter ce baral de vin de cens au plustot. — « charte latine » dit M. Magnat.

In nomine Domini, Amen. Noverint universi et singuli hujusmodi presentis et publica acta inspecturi, audituri et etiam audituri, quod, cum lis et questio orta esset majorque verti et oriri speraretur in futurum inter venerabilem et religiosum virum fratrem Anthonium Vallini, priorem, prioratus beati Petri Pontis in Royanis, Gratianopolit. diocesis, actorem, ex una parte : et dompnum + Petrum Michonis, priorem, priorates beate Marie Vallis cartusie, Vienn. diocesis, reum et

reum et ad defendendam, parte ex altera : super eo quia idem dictus prior Aulbonis Vallium, prior predictus moderneus prioratus beate Patri in Royanis, dicebat et proponebat ratione dicti sui prioratus . . . . . et alias consistentium in parochia dictiloci Pontis in Royanis, seu vini in ipsis vineis excrescentis, jactare et plenos jure portionario eidem et suorum . . . . . in possessione dictas decimas exigendi, levandi et percipiendi, tam parte quam per ejus predecessores, cui et cuitis a tanto tempore, quod memoria hominum non . . . . . Igitur fatebat ipse prior Pontis prefato domino priori Vallis beate Marie Cartusie et ejus conventui, scilicet decimam . . . . . suos, empte a Henrisia Girarde quondam, dictiloci Pontis, continentis circa octo fassoyratas, sitas in dicto loco Pontis, loco dicto in Clotis, juxta . . . . vineam, dicti conventus beate Marie Vallis cartusie. Item et simili modo fatebat etiam idem prior Pontis decimam super quadam alia vinea a on . . . . . loco predicto supra mentionato. Item et pariter fatebat idem prior Pontis decimam super quadam alia vinea acquisita a Johanne Bernonis alias Lort, sita loco . . . . circa quatuor fassoyratas cum suis confinibus, ex una. — Adversusque premissa dictus + dominus Petrus Michonis, prior predictus beate Marie Vallis cartusie . . . . . se neque suos successores in ipsis decimis nulliter tenuit, causis et rationibus infra declaratis : Primo, quod primam vineam supra declaratam et mentionatam, et alias sequentes ad dictam decimam pertinere, juxta indultum apostolicum . . . . bone memorie pape vigesimi secundi (Jean XXII) super exemptione dictarum decimarum religioni Cartusiensi concessa, videlicet, a sive de possessionibus, que propriis eorum manibus dictorum cartusiensium excolentur sive cultivantur. Quorum ad alias dictas vineas dicebat ipse prior predicta beate Marie Vallis fecisse excambium sive formutationem de duabus aliis vineis ex proprietatibus dicti sui prioratus contra dictas duas vineas supra scriptas et mentionatas, super quibus vineis per ipsum dominum priorem formutatas, pro ante, ipse prior Pontis neque sui predecessores aliquam decimam . . . . et pro ita, ex dictis causis et maxime causa prementionato . . . eorum privilegio exemptionis ad aliquam decimam ipse dominus prior

neque sui

negue sui successores, nomine et ex parte ipsorum tenentur. Et quia boni judicis est cuncta rimari, propterea venerabilis frater Guillelmus Guillonis, ad quem, ipso dicto et judicio de dicte partes, tam actricis quam ree, fuerant, ut dicitur constare quedam nota recepta per magistrum Petrum Garini, ipse prefatus frater Guillelmus Guillonis commisit examinationi testium ad probandum, juxta petita per actoream suam (intercessionem), et etiam negata per ream suam (intercessionem) supra propositam : scilicet mihi Petro Botarini, notario infrascripto, qui . . . . . dicte mee commissionis, tenet pro utraque parte cartam quantitatem, examinavi et eorum dicta et depositiones in scriptis redegi, tam dicte partes, tam actrix quam rea, ... testibus, et inde per ipsas partes visis et perlectis eorum depositionibus, voluerunt, ceperunt de dictis eorum quantionibus et debatis supramentionatis concordiam . . . . . et veram concordiam devenire et litem et anfractus, propone, evitare. —

Hinc igitur fuit actum, quod anno ejusdem Domini millesimo quatercentesimo (octuagesimo tertio), die vero mensis augusti (1483, 8 Août), loco subscripto, coram nobis notariis publicis infrascriptis et testibus subscriptis, personaliter constituti predicti venerabilis pater frater Anthonius Vallini, prior prioratus modernus beate Petri Pontis in Royenis, Gratianopolitane dyocesis, actor, ex una : et dictus dominus Petrus Michonis prior prioratus dicte beate Marie Vallis Cartusie, reus, ex altera. Ipsi, inquam, scientes, prudentes, spontanei atque suis factis et juribus, ut asserebant, plenarie certificati quilibet ipsorum, ut quilibet ipsorum, ipsum et (ipsorum) prioratibus tangit et tangere potest : coram, prefato venerabili et egregio viro et fratre Guillelmo Guillonis predicto, secretorum, doctore precellentoque generali de . . . . . Botarii vicarii generalis in spiritualibus et temporalibus prefati Rev^di in X^to patris et domini domini Johannis, permissione divina abbatis inclite monasterii sancti Anthonii . . . . . Romanam Ecclesiam pertinent . . . , ordinis beati Augustini, Viennensis dyocesis, judicem ea vice quem ad arbitrum, juris et negocii supra mentionatis et descripti, per ipsas partes communiter electum, . . . et deputatum, ut dicitur constare enarratis dicti providi viri magistri Petri Garini, ejus secretarii, signata. Existentes eedem predicte partes eumdem prefatum dominum, requisierunt et humiliter petierunt, quatinus per ipsum visis et perlectis depositionibus testium, super hoc negotio examinatis,

dignaretur

dignetur super earum ventilatis et debatis dicere et pronunciare juxta eidem per ipsas partes commissa. Propterea prefatus venerabilis pater et dominus Guillelmus Guillonis, doctor predictus, auditis dictis partibus et earum requestis visisque de juribus alterius partis, potissime Indulto apostolico obtento super decimis a bonne Pontifice domino bone memorie Johanne Papa vicesimo secundo, super exemptione dictarum decimarum religioni Cartusiane concesso videlicet, a et ne possessionibus, que propriis manibus dictorum Cartusiensium excolentur sive cultivantur: et etiam visis et perlectis examinationibus et attestationibus testium per utramque partem productorum et examinatorum: etiam dictis partibus, in eorum dictis et propositis, auditis et examinatis; ipse ut supra dictus dominus Commissarius ordinavit et ordinat juxta sibi commissa, non inclinando plus ad unam partem quam ad alteram, scilicet:

1. Primo quod quo ad antiquas vineas dicti prioratus beate Marie Vallis Cartusie similiter que et etiam quoad alias duas vineas ex prenominatis excambiis acquisitas prefate domui Vallis beate Marie Cartusie, in solutum et recompensationem aliarum duarum vinearum, que ..... predicte domui erant et pertinebant, ipse dompnus prior nequa sui in dicto suo priorate successores dicte domino priori Pontis negocia sui successoribus nichil ..... sive tenentur; sed solvendo aliquid rationa ipsarum sit et stent exempte et exempti.

2. Quo vero ad aliam novitter acquisitam, que fuit ..... Hauriste Girarde et patre Lyone, de qua supra mentionatur, ipse prefatus dominus de Botariis, commissarius predictus ordinavit et ordinat quod ipse dompnus frater Petrus Mothonis, prior predictus prioratus beate Marie Vallis cartusie, sive ejus successores, quam brevius potuit aut poterunt, dicto domino et patri Antonio Vallis priori moderno dicti prioratus Pontis et suis in dicto priorate successoribus, et eis commodum dicti ejus prioratus et successorum, in eodem in futurum, acquirere debeat et teneatur ..... precium convenient, unum barrale vini, ad mensuram hujus ville Pontis, annuale et pensionale, sive declaratio census et censu mortuo absque aliquo dominio directo ..... per ipsum dominum priorem Pontis et suos in dicto suo priorate successores, ab illo a quo acquiretur, cum tabita

